


Zob. wyklejone w czasie przeoprawy rachunki kard. Rodriga Borgii opracowane, osobno jako rkps BJ Przyb. 19/85

142




Julii Firmici Mathesis



VII

IV



Primus liber Julij firmici

Incipiunt Capitula librorum Primus liber epl'is habet solam quid sit Mathesis Capitula secundi libri Primum habet de duodecim signis II De domibus stellarum III De altitudinibus IIII De humilitatibus V De decanis VI De partibus signorum VII De finibus VIII De stellis que p diem quep nocte gaudeant IX De formis stellarum X Dum de ortu stellarum XI De luna quid cum astro se iungens significet XII De stellis qn sunt matutine XIII De scematibus stellarum XIIII De Moribus stellarum eo quo tempore quas vires hnt XV De stellis qn st matutine qn uespertine XVI De Moribus signorum et natura et anaforis ex quibus uentis subiactat' XVII De duo decatheme ris XVIII De octo locis cardinibus XVIIII De delectis locis XX De ordine locorum XXI De duodecim locorum potestatibus XXII De nominibus duodecim locorum et qui sut sortite et apotelismate ipsarum XXIII De qualitatibus geniturarum XXIIII De diametris trigonis quadratis exagonis et ableptis XXV De Signis quibus ptibus corporis sint attributa XXVI Quis deus quot annos vite decernat XXVII De temporum dominio XXVIII De temporum diuisione XXIX De anni diuisione XXX De Numeris antiscioru et apothelesima Secundus

Liber hoc habet ad imaginem hominem

1 Que stelle in quibus locis singule res constitute quid faciant 2 De coniunctione solis et mercurij 3 De coniunctione Mercurij et Jouis 4 De Coniunctioe Martis et Mercurij 5 De Coniunctioe Mercurij 6 De Luna quibus locis posita et cum quibus astris et veneris constituta quid faciat

Tertius Liber hoc habet 1 Lunam maximam ee vite hominis substantiam II De Luna ad quam stellam attendens qd decernat III De luna cum ad nullum fertur et quem primo posat natiuitatem suu cursus vel a quo defluat et ad quem currat et i quibus locis quid faciat et a qua stella defluens natiua currens et ad nullum ferat cui se applicuerit vel a quo ad quem et i quo scemate fuerit IIII De Inueniendo loco fortune et quid decernat in ventos V De loco demonis VI De domo geniture inuenienda que stella domina geniture inuenta quid faciat VII Quemadmodum anni clematerici inueniant' VIII De datorib' actuum

Liber Martini de Ilkus plebani buden et Custodis kelten



VIII De variis locis et plenis et significationibus eorum. X Quando anni clematerica transeat. XI Que signa sint masculina que feminina. XII De luna quo loco et in quibus stellis inventa quid decernat et de eius defluxione

Iulii firmici Materni Iunioris V C Matheseos Liber Primus feliciter Incipit



Lim tibi hos libellos Mavorti decus nostrum editurum me esse promiseram. Verum diu me inconstantia verecundie retardavit: sed et ab isto scribendi studio dubia trepidatione revocavit: cum fragilitas ingenii mei nihil se facere tale posse conciperet quod dignum foret tuis auribus iudicare. Nam cum esses in Campanie provintie fascibus constitutus cuius te administrationis meritum maxima honoris dignitate nobilitat. Occurrit tibi rigor hiemalium pruinarum et prolixi itineris diversitate confectus. Illic tu languentis et fatigati corporis mei senium emissis es fidis et religiosissimis amicitie relevare fomentis. Cum itaque ad pristinum statum me solatiis ac medelis tuis sanitas restituta revocasset. Recolentes invicem pristinos actus et ad memoriam revocantes: honestas et varias sermonum fabulas ferebamus. Postea quam de talibus ac de processibus nostris confabulati sumus: scrutatus a me es sicut meministi totius Sicilie situm quam incolo et unde oriundus sim. et omnia a me que veteres fabule prodiderunt cum vere rationis explicatione quesisti. Quid velit esse Scilla quid vero Charibdis quid contrarietum infreta fluctuum turbulenta confusio: quos disiuncta ac separata maria certo horarum tempore ac spatio: contraria undarum collisione coniungunt. Quid faciat ignes qui ex ethne verticae erumpunt que natura eorum quave substantia profiscatur et anhelent media. Qualis sit lacus qui prope alveum Symethum amnis ostenditur cui palicus nomen qui semper grassitudine luvida sordidus livetibus spumis obatrescat et strepente congregio stridulis arguti murmur exsibilat. Cetera etiam omnia recolens et requirens queque tibi a primo etatis gradu antiquitate et romane littere de admirabilibus provintie Sicilie tradiderunt. Ad ultimum ad archimedis spheram sermonis atque orationis tue ordinem transtulisti / ostendens mihi

Qui te a rebus ... (marginal annotation, left margin: qui te a rebus agendis sermocinationibus et pluribus laboribus ... statum ... et membra alligerit ... ad me ... studia ... ab ineunte etate ... vedi et languentes)

(marginal annotation, right margin: Tu enim audacia nimis et supra vires meas pollicitationem illa tractare ... tibi omnem divine matheseos disciplinam ... me esse spopondera ... pollicere ... timor ...)

Iulij firmici

diuini ingenij tui prudētiam atq; doctrinā / Quid noue illi
globi Quid quinq; zone que diverso naturarū genere colo
rāt. Quid duodecī facerēt signa Quid quinq; stellarū sē
piternus error operet. Quid solis quotidiani cursus ānui
q; reductus / Quid lune velox motus assidua q; luminis uel
augmēta uel dāna Quātis etiā conuersionibus maior ille
quē ferūt pficeret annus qui quinq; has stellas lunā etiā
et solem locis suis originibusq; restituit / Qui mille et q̄-
dringētorū et sexagita et unius āni curriculo termināt. Que
ratio orbem lacteū faceret Que defectionē solis et lune cur
septētriones nunq̄ celi rotato uertice ad occidētem transfe
ratur orientiq; restituātur / Que sit aquiloni pars terre
que vero austro subiecta Que ratio terrā ipsam ī media p
te cōpositam librata ac equabilitatis moderatione suspēdat
/ Quatenus occeanus qd̄ quidā athlāticū aiūt mare terre
spaciū ī modū insule undarū suarū circūfusione cōcluderet / Hec
cū omnia mihi a te Mauorti ornamētū bonorū facili de
monstrationis magisterio traderētur / Fui itaq; sicut ipē no
uisti ī ista promissione temerarius et me (ut verū etiā loqr̄)
frequēter seuera obiurgatione reprehendi cupiebā q; si
permitteret mutare promissū. Sed trepidationē meā hor
tatio tui sermonis erexit coegit q; aggredi: quod freque
ter ex desperatione deserui. Nam cū tibi Orientis
gubernacula domini atq; Imperatoris nr̄i Augusti Constātini sere
na ac venerabilia iudicia tradidissent: nullū pretermisisti
tempus quo nō a nobis exigeres quod tibi inconsulta polli
citatione promisimus. Proconsuli itaq; tibi et ordinario cō
suli designato / promissa reddimus orātes ac veniā postulā
tes: ne ī istis libris pondus et gratiā perfecte orationis requi
ras / ne tractatus maximi aut graues firme q; sentētie aut
doctrine aut eloquētie tue iudicio requirāt / In nobis tenue
ē ingeniū et sermo subtilis. et (quod vere confitendū est) ma
theseos cognitio pmodica / Que omnia cū nos varia desperā
tione turbarēt aggressi sumus tn̄ scribendi laborē: ne licet
ī arduis ac difficillimis promissionibus constituti prudētie
tue Lolliane doctissima iudicia falleremus. In vestibulo ita
q; orationis atq; ī ipsis principiorū primordijs constituti
nihil aliud agere debemus: nisi ut his respondeamus qui
totā vim matheseos multiplici orationū genere labefacta
re conātur Qui sentētijs ac disputationibus suis omnē hāc
philosophiā diuinā q; scientiā putāt se posse elati sermonis
auctoritate perstringere Quos sicut ego uideo et sicut ipsis

maior Annus

Aussus sū enī ipē aliqd ingsulti sermonis temeritate pferre vt pmitterem me tibi editurum quidqd egiptij veteres sapientes ac diui viri Babilonij q; prudentes de vi stellarū ac potestatibus diuine nob doctrine magisterio tradiderunt ossa

rebus probatur nō infirmitas ipsius falsitasq; doctrine sed
contradicendi studia sollicitāt ut certis ac definitis rebus
quas nō tm̄ aīo et ratione cernimus sed ipsorū oculorum
acie ac iudicio conspicimus argumētationis pugnaci licētia
resistāt. Hi nanq; nimis abditis ac subtilibus disputatiōi
bus suis ex ipsis primo mathematicorū respōsis quasi per
cuniculū quendā ad labefactandā hanc totā scientiā conāt
ire / qui quāto uehemētius pugnāt et quātū omēs psuadēdi
uias querunt / tanto fidem astrologie uehemētius fortiusq;
cōmuniunt. Neq; .n. esset eius uera substātia: nisi tōtā eā
tantis argumētorū uiribus niterētur. Nec hoc est admiratio
ne dignū cum sciam⁹: inter istos quāta sit de ipā deorū natu
ra dissensio quantisq; disputationū argumētis uim totam
diuinitatis conātur euertere / Cū aly deos non eē dicāt. Aly
eē quidē sed nihil procurare definiant: aly et eē et rerū
nrārū curā procuratione q; suscipere. Et tanta sūt hi omēs
ī uarietate et dissensione uersati ut longū et alienū sit hoc
presertī tempore cū aliud opus aggressi sumus singulorū
enumerare sentētias. Nam aly et figuras his pro arbitrio
suo tribuūt et ~~longas~~ colora adsignāt: sedes etiā constituūt: et mlta de actibus eorū uitaq; describūt et oīā queq; facta et cōstituta sīt ipsorū arbitrio regi gubernariq; pronūctiant. Aly
nihil moliri nihil curare et ab omni adminīstrationis cura
uacuos esse dixerunt. Afferunt q; omēs uerisimile quid
dam quod auditorū animos ad facilitatē credulitatis inuitet
Que uero d' anime īmortalitate dicta sint: diuini illius pla
tonis et acerrimi atq; ardentissimi aristotelis contraria sibi
ac repugnātia dicta demonstrāt. Nam de bono ac malo di
uerse inter se mobilesq; sīt sentētie quarū explicationē nūc
pretermittendā puto / Neq; .n. hoc genus disputationis in
trauim⁹ nec ad hec refutanda uel confirmanda st animum
nostrū consiliū q; formauim⁹ / Sed omīā hec ideo breui
oratione perstrinxim⁹ ut contradicentiū contētiosa cōmenta
cunctis hominibus patefacto suo studio panderēt // Libet itaq;
censere que de mathesi dicātur et cure ē omīā que ab illis dic
ta sunt breui oratione perstringere. Explicaturi .n. mathe
seos atq; astrologie substātiā nō debemus diutius ī alienis
operibus īmorari // Primū itaq; de moribus hoīū colorib⁹
q; cōueniūt dicentes si stellarū mixturis mores hominibus
coloresq; attribuūt et quasi quodā picture genere atq; arti
ficio stellarū cursus mortaliū corporū lineamēta cōponūt idest
ut luna facit candidos mars rubeos saturnus nigros Cur

Matheseos aduersus simulaq; argumēta captulum primum //

omnes in ethiopia nigri / In germania candidi In tracia rubei
procreantur. quasi luna et mars in ethiopia vim suam vires
que non habeant et potestatem suam fingendi que licentiam in ger
mania ac tracia saturni deserat stella / De moribus vero il
lud addunt. Si saturnus faciat cautos graves tardos ava
ros ac tacitos. Jupiter maturos bonos benignos ac modes
tos Mars crudeles perfidos ac feroces. Sol religiosos no
biles ac superbos. Venus luxuriosos venustos et hones
tos gratie splendore fulgentes. Mercurius astutos callidos
et concitati animi mobilitatibus turbulentos. Luna acu
tos splendidos elegantes et popularis splendoris gratia pre
valentes. Cur quedam gentes ita sint formate ut propria sint
morum quodammodo unitate perspicue. Scythe soli immanis sint
~~feritatis~~ feritatis crudelitate grassantur. Itali ~~filii sunt~~ re
gali semper nobilitate prefulgidi. Galli stolidi leves. Gre
ci afri subdoli avari / Syri acuti. Siculi luxuriosi semp
asiani voluptatibus occupati. hispani elata iactantie animo
sitate prepostere. Ergo scytharum rabiem numquam mitigat iupi
ter. Nec italis sol aliquando denegabit imperia. Nec levitati
grecorum saturni stella pondus imponit. Nec asiana lascivitas sobria
Jovis moderatione corrigitur. Nec siculorum acumen frigidus
ortus aliquando saturni obtundet. Nec syrorum avaritie las
civis veneris radiationibus temperatur. Nec ~~xx~~ afrorum ma
liciosa commenta et bilingues animos salutare Jovis sidus impe
diet. Nec hispanorum iactantiam pigrum poterit saturni lumen
hebetare. Nec gallicam stoliditatem mercurii sapientissimum
sidus exacuet. Illa vero ipsorum interea potentissima et vehe
menter contra nos posita peroratio est ex auctoritate ex istius artis
institutio omnia ex rebus humanis virtutum officia tolli si tem
perantia fortitudo prudentia iustitia stellarum decretis non nostris
tribuuntur voluptatibus. Iam si quis societatis caritatisque vin
culum ruperit et conciliationis humane iura neglexerit totumque se
feritati perfidieque tradiderit: facinus suum et animi perversas
cupiditates secutus stellarum iudiciis adscribat. Sit iniquus sit
perfidus. sit malivolus sit irreligiosus quia hec vitia mala
~~eum~~ sit mercurius cum marte perfidum constellatio fecit. Cur animum no
strum fortitudinis studio roboramus Cur erecta mente sublimi
que constantia et divinarum virtutum magisterio formati acer
bis casibus constituti mortem dolores que contemnimus Si glorie
laudem et potentissime dignitatis insignia nec appetentibus
nobis sol iovis bona coniunctionis societate largitur: frustra igitur
consilio ac ratione errantis animi vitia comprimimus. frustra luxe

Iam non ex assidua studentium lucubratione sed ex solis stellarum influxibus dependeamus At contra si quis

Iam non sibi sed impetu stellis virtus ascribatur

uriosas libidinũ illecebras temperam⁹ frustra grauitatis isti-
tu equitatis modestiã intra q3 cõquirimus. Si mercurius iouis
ac lune bonis radiationibus tẽperatus ad desideria nos et cupi-
ditates istius uirtutis inflãmat. Etiam singulos hoĩes hac dis-
putationis oratione cõueniũt. Frustra habes o bone vir de-
lectũ bonarũ rerũ ac malarũ fugiendi cupiditatẽ. Quid et
honestis prouisionib⁹ ac diligẽtie suffragijs uiuis hoc tibi
nec scienti. aut saturnus prestat aut iupiter cõtẽnãs. si vide-
tur deos et religionũ sãctas uenerabilesq3 cerimonias sacri-
lego desperationis ardore publicemus. Quid innocens ara-
tor deos sine cura numinis tu ingenio segetis sulcus equat ẽ
Tu qui aperta iuga oliuarũ ĩ aciem distinctis componis ordini-
bus frustra dẽuotas vitiũ palmites libero tuo religiosã tre-
pidatione cumulas. sine presidio diuinitatis: stellarũ cursu aut
denegãtur aut dantur. Et tu qui promulgas leges ac iura
sanctis tolle scita. refige tabulas et istis nos seuerissimis ãiad-
uersionibus libera. illi sacrilegũ. Mercurius ut mathematici
uolũt illi sacrilegũ adulteriũ venus fecit. Illũ ad neces ho-
minũ martis sidus armauit. illũ mutare tabularũ fidem
illũ venena miscere. illũ quiescẽtiũ securas aĩas etiã lethei
fluminis obliuione purgatas mercurius cogit nefarijs car-
minibus excitare. Ecce ille incestis inflãmat ardoribus
Illũ vides puerorũ complexibus inherentẽ causam huius
tãti mali marti tribuimus aut veneri. Ille te iubẽte manu
carnificis sine causa passus est. In illũ pperã dicta sentẽtia
ẽ si nõ suo studio sed stellarũ viciosa coactus ẽ radiatoẽ peccare
nõ habetis magistratus iustã aĩaduertẽdi substãtiã quia sci-
tis nos ad ista vicia malignis stellarũ semp ĩcitari fomitibus
Hec atq3 alia simili oratione cõponũt qrentes ut nã stellas
animãtes an ĩanimãtes eẽ dicamus ut istius questionis cõ-
clusione cõfusi difficile animi nr̃i iudiciũ sententiamq3 proma-
mus. Quicquid in horũ dictis fuerit silogismorũ callidis ĩ con-
trariũ uertũt. aut ad arbitriũ ipsorũ cõstructus respondentiũ
sermo cõsentiat. In quibus rebus et disputationib⁹ ingenia
quidẽ nos eorũ laudamus. ppositũ uero institutũq3 vitam⁹.
Quia nobis fidẽ suã astrologia responsionũ apotelesmaticis
diuinis ac maĩfestissimis auctoritatibus cõprobabit. Addunt
etiã quidã ut nobis ex alia pte cõsentiãt et ut eblandito
consensu totã istã scientiã dubitationis desperatione [illegible]tur-
bent. Habere quidẽ doctrinã istã vi maximã sed aliquã diũ
ppter ptiũ minutiarũq3 breuitatẽ ac velocissimũ siderũ cur-
sum celiq3 pronũ rotate uertiginis lapsũ neminẽ puenire

sic sentit ad Mag alude compulsum

stellarũ uis influxus genio

ali3 dẽuiones

si ipsorũ numine stellis iuuantibus omnia cõsequi possumus

mortalium
posse confirmat ut ista eorum verisimili definitione sermonis
totius scientie substantia subruatur. Nos vero licet sit nob' te
nue ingenium et anguste orationis pene inefficax sermo cum de
beremus ipsius rei veritate refutare que dicunt et responsio
num apotelesmatum q' constantia divine istius scientie confirmare
precepta respondebim' a te tamen decus nostrum Lolliane veniam
postulantes ut in refutationib' omnibus veritatis fides non
orationis splendor ac substantia requiratur. Et primum quidem vel
lem ut profiteretur iste vehemens mathematicorum accusator qui
artem istam tam elata ratione persequitur utrumnam cepit aliquod
ipsius scientie experimentum an sciscitanti sibi nemo vera res
pondit an vero aspernatus audire et sperans aures suas istis
responsionibus pollui severus et vehemens et totus quodammodo
divinitatis ira perturbans argumentorum suorum aculeos lice
tia exercitati sermonis exacuit. Si quesivit et vera responsa
sunt et respondentis sententiam fides secuta est veritatis. Cur noluit
quod admirari debuerat. Cur divinam scientiam proditoris
animo perfidus accusator impugnat. Si vero erratis responsio
nibus is qui mathesim se scire profitebatur non potuit implere
que dixerat sed responsa eius mendacia promissionis inani vacil
lant imperitia illius temeritas q' (non mathesis ipsa) pulsanda et fallax infama
da promissio. Omni enim malo dignus est qui per illum fiet ut tam pre
clare artis studium falsis responsoris mendaciis obumbretur.
Qui vero querere aliquid aut audire noluit nec iudicium ani
mi sui verum vera respondentibus commodavit. Veritus scilicet
ne rigidas eius cogitationes fides veritatis infringeret. Ini
que factum notandum putat quicquid ~~notat~~ potuit vel non potuit
obtusa mentis intentione percipere. Iniusti sunt enim semper
sicut novimus iudices qui de incognitis sibi pronuntiant rebus
et non habent iudicandi auctoritatem qui ad statuendum aliquid
imperita licentia temeritatis adducuntur. Unde si impugnat
is qui a prudentissimo mathematico et audivit aliquid et credi
dit et probavit malicioso mentis instituto et pugnaci studio no
tabilia contradicendi notam concepit. Si vero interrogati et
imperitus professor falsa respondit non mathesis sed hominis
fallax ac temeraria notetur inscientia. Qui vero nec audi
re voluit nec iudicare frustra sibi pronuntiandi vindicat partes
quia eius rei animus experimentum capere noluit non est ido
neus ut possit notare substantiam. Si vero nos in isto stu
dio quidam opposita scientie eius difficultate deterret libe
ter amplectimur. Vere enim sunt res ardue atque difficiles et quas
non facile possit animus terrenis sordium laqueis impeditus

Obiectorum dissolutio
tam sicut

neque ad effectum sen
tentie in examinatis
pro allegationibus
proferunt

licet ipse ignea sit diuinitatis imortalitate formatus fa cili inquisitionis ratione percipere diuinitas eius que sempiterna agitatione sustentatur Si i terreno corpore fu erit inclusa: iacturam quandam diuinitatis sue patitur tempo ralem Cum vis eius atque substantia coniunctione et societate ter reni corporis et assidua dissolutione mortalitatis hebetatur Unde fit ut omnia que ad investigationem diuinarum artium pertineant difficili semper nobis cognitione tradantur Quapropter quia nos libenter ac facile in ista parte consensimus ostendentes cur diuine res difficili inquisitione cernantur Confitendum etiam ipse necesse est quod animus qui imortalis est si a vitiis ac libi dinibus terreni corporis fuerit separatus ac sue originis ac seminis constantiam retinens primum sue maiestatis cognouerit omnia que difficilia putantur atque ardua facile diuine mentis investiga tione consequitur / Dic mihi quis in celo iter maris vidit. quis attritu lapidum scintillam latentis ignis excussit. Quis potestates cognouit herbarum Cui se tota natura diuinitatis et osten dit et prodidit nisi animo qui ex celesti igne profectus ad regimen et ad gubernationem terrene fragilitatis immissus est. Ipse et huius scientie rationem. ipse computos tradidit Ipse solis ac lune et ceterarum stellarum que a nobis errantes a grecis uero planete dicuntur cursus regressus stationes societates augmenta ortus occasus que monstrauit Et in fragi litate terreni corporis constitutus breui maiestatis sue recor datione Hec omnia ut traderet non didicit sed agnouit / Ecce cognoscitur et inuenitur quo in signo saturni gaudeat stella et quando frigus eius fomento alieni ardoris mcalescat Ec ce motus et cursus eius per dies singulos horasque colligimus Predicimus etiam quando retrogradus ad stationem pristinam re uertatur. quando tarditatis eius pigros cursus regali ma iestatis auctoritate vicini solis lumen exagitet. quando pro fectis ab eo solis ardor tarde agitationi quietam tribuat po testatem: Post quantum temporis ad eandem signi partem unde semel recesserat pigra rursus molitione perueniat. Hec et in iouis stella eadem ac pari ratione cernuntur. Licet .n. breuiori tem poris spatio simili tamen etiam ipsa per duodecim signa agitatione per currit. Mars etiam quem vides ignitis fulgorum ardoribus san guinolentum et minaci luminis coruscatione terribilem Ecce tamen ad saturni humectam uenerit domum igneas eius naturam a lieni frigoris temperatur / et licet sint mutationes huius side ris cursus. eadem tamen etiam ipsius ratione cernuntur / Veneris etiam et mercurii quotidiana nobis obsequia monstrata sunt He enim

stelle breui interiecto spatio· solis orbem ~~cursum~~ parvit pariter aut
sequuntur aut una subsequens stella alteri precuundi con
cedit obsequia: Scimus qm̄ vespertino qm̄ matutino ortu
nobis appareant: qm̄ solis orbe absconse lateant: qm̄ ex
radiis eius splendore liberate lucido suo nitore refulgeant
· Quid de lune nobis cursu videt' quā dicim' qm̄ suppleme
tis sollēnibus attriti orbis nutriat damna qm̄ pauperata
luminibus iacturā proprie maiestatis agnoscat Hec enī cū
Diana soli siue crescens siue deficiens fuerit: radios lumis
sui qū solem uenerata submittit ~~ut~~ fraternis ignibus cursus
ornata cū longiores cursus sui fecerit metas renata fulgidi
splendoris ac renouata luminis ornamēta transferat / Ecce
aliud maius addiscamus quod cū acciderit imperitos hoīes
monstrosa semper timiditate perturbat / Cum sol medio diei
tempore lune radiis quasi quibusdam obstaculis impeditus
cunctis mortalibus fulgida splendoris sui denegat lumina
quod optati et paulini consulatu (ut de recentioribus loquar)
cunctis hominibus futurū mathematicorū sagax predixit in
tentio· Quando cursus luna terrenarū altitudinū adumbra
ta regionibus simili ratione deficiat· quod frequēter fieri ~~uide~~ lucide
noctis serenitate peruidim'· Hec omīa mathematicorū colle
git ingeniū et computatione sollerti diuine disputationis se
creta perdidicit· Vellem itaq; mihi tu quicūq; es qrenti
ea respōdeas quid difficilius ~~potest~~ putas esse cursus siderū inuēire
quos nūc inuētos exposui qui modo p altū modo p latū: modo
per deuersū feruntur qui nūc se austri nūc aquilonis regio
nibus ac flatibus iungūt: nunc decedūt: nūc absconduntur
nūc directo cursu: nunc retrogrado· nūc statiuā tarditate sub
sistūt et intentionē querentiū ex ista cursus sui uarietate cō
fundunt· An inuentis stellarū cursibus definire postea quid
per omnem terrarū ambitū mixtura ipsarū irradiatio q; per
ficiat Qui enī ad consentiendū ipā ~~rattionis~~ ueritate com
pelleris Quod cursus hos siderū assidua obseruatione cōputa
tionis inuenimus· Consentias ~~oportet et~~ necesse est q inuē
to stellarū cursu facile postea officia ipsarū potestates q; in
dicemus Difficilia .n. sunt semper et ardua: que rudes et
indocti inconstātia trepidationis accedimus: nec facile possu
mus consequi ratione quicquid non precedentia nobis ma
gisteria tradiderunt Sic prima litterarū signa cū quadam
fastidii aspernatione cognoscimus Sic ī incognito itinere cō
stituti ī primis uestigiis pene deficimus· Vides ut primo dis
centes compu̇tos digitos tarda agitatione deflectant Illū

quem vides natantem ex crebra submersionis trepidatione deficere · post paululum assidua brachiorum agitatione firmatus per summas elapsus undarum spumas facili se mobilitatis levitate suspendit // quoniam hec omnia id est litteras computum musicam cetera queque discimus : tunc facili ratione peritissimus cum prime originis viam confirmata ingenii conceperit disciplina Ergo quia constat difficilius fuisse invenire stellarum cursus quam definire quid faciat De invento namque eatinde cursu nulla dubitatio est quod volentibus discere primum calculo deinde ipsa oculorum visione monstramus Quid impugnatis scientiam cuius principiis ac parti consentientes totam eius substantiam roboratis // Sequitur ~~illud~~ ut de coloribus ac moribus disputemus et omnem istum calumniose questionis questionis locum veris argumentorum viribus refutemus ut discussis omnibus atque purgatis securi ad ipsius scientie venerabilia secreta veniamus // ~~Cum~~ Cur inquit omnes sint in ethiopia nigri in germania candidi ~~...~~ figuras hominibus et colores stellarum cursus diversa radiationis commixtione largitur Oportebat quidem nos in ista questionis parte copiosa oratione ~~purgare~~ pugnare ut astuta et calumniosa commenta adulti sermonis viribus vincerentur Sed coartavimus omne dicendi studium solis veritatis viribus ne copiose orationis illecebris affluentia que sermonis et argumentationis licentia captas iudicantium aures ad falsarum opinionum ineptias transferamus. Et primum quidem vellem ut querenti mihi respondeat an in hoc ipso populo in quo nunc constituti sumus una sit omnium hominum similisque forma · licet sit omnium una natura: Opinor hoc eum esse dicturum quod omnes cives nostri dissimili sint vultus varietate formati nec eadem est omnium similisque forma Et si dubitat (quod non opinor) aspiciat cum in unum se locum totius populi multitudo collegerit (quod in theatris vel in contionibus fieri consuevit) et oculorum suorum aciem iudiciumque ad formam totius transferat turbe et ostendat mihi si potest duos saltem aliquos in tantis milibus hominum qui isdem ~~con~~ ac similibus membrorum lineamentis videantur esse formati Prodeant simul patres liberi fratres et cum sit omnium necessitudo sanguinis iuncta diversa tamen formarum designatione cernuntur Nec invenitur aliquis ita similis ut non vultus eius ab alterius vultu ex aliqua parte dissentiat / Unde constat generis quidem nostri substantiam et ipsam nudi ac solius corporis formam ex quattuor elementorum commixtione providi numinis artificio esse formatam Colores vero nobis ac for-

Argumentorum confusio
tam tenuis

mas mores etiā et instituta de nulla re alia nisi stellarum
perenni cursus agitatione distribui. Habent .n. stelle propriū
sensū diuinā q3 prudētiam Nam puro diuinitatis animate cō
cepti sūmo illi ac rectori deo qui omnia ppetua legis dispositiōe
composuit ad perennis procreationis custodiendū ordinē infati
gabilibus consensionibus obsequitur Nec .n. ē aliquis homo
quē tam sacrilega desperatio temeritate exagitet ut in terra
ubi omnia videt esse mortalia dicat eē prudentiam Illic vō ubi
omnia īmortalitate perpetuitatis ornatur non prudētiā eē non
ratione aut prouisionis ordinem obstinata mentis animositate
desinat. Quis dubitat q per has stellas terrenis corporib9
diuinus ille animus necessitate cuiusdam legis infundat cui de
scensus per orbem solis tribuitur Per orbem vero lune ppa
ratur ascensus Mens .n. illa diuina animus q3 celestis p omē
mūdi corpus īmodū circuli collocatus et nūc intrinsecus nūc
extrinsecus positus cuncta regit atq3 componit et propria ori
ginis generatione conceptus [e]st ad procuranda et conseruanda
omnia ingenia ac sempiterna agitatione ppetuat nec hoc offi
ciū aliqua fatigatione deponit Ut seipsū atq3 mūdū omnia que
q3 intra mūdū sunt ppetua sui atq3 infatigabili mobilitate sus
tentet Et ex hoc animo hi sempiterni stellarū ignes qui glo
bose rotunditatis spetie formati circulos suos orbes q3 celeri
festinatione perficiunt. maiestate diuina illius mentis anima
ti partem animi ad terrena corpora transferūt Et spiritum
ex illis ppetuis animi [fomitibus] fortibus mutuāt. Hac ratione īmor
talis animus [in nob] caducam terreni corporis fragilitatē confidētia
sue maiestatis exornat Ut et ipē auctori suo origini q3 ex a
liqua parte respondeat Qui diffusus per cunctos animātes
qui terrena conceptione gignūtur facit ut diuino animati
fomēto ppetua generationis propagatione uigescant: quare
nūc cum simus cū stellis quadam cognatione coniūcti non
debemus eas sacrilegis disputationibus propriis priuare po
testatibus quarū quotidianis cursibus et formamur pariter
et creamur Unde quod tu per nos fieri posse desinis ut ho
mines a cultu deorū religionū q3 profano mentis furore reuo
cemus qui omēs actus nostros diuinis stellarū diarniis cursi
bus confitū fallens et contrariū putas et a uera ratione disse
tis nos numen eorū maiestatē q3 monstramus cū omēs actus
nostros diuinis eorū diarniis agitationibus gubernari Colam9
itaq3 deos quorū se nobis origo stellarū perenni agitatione
cōiunxit et maiestatē eorū gens hūana supplici semper ve
neratione suscipiat Inuocemus suppliciter deos et religiose

ignita

Nos eni timē[tes] deos nos soli facimus

promissa numinibus uota reddamus ut confirmati animino
stri diuinitate ex aliqua parte stellarū violentis decretorū
Sortes potestatibus resistamus Hoc debere nos facere vir diuine
sapiētie Socrates docuit Nam cum quidā ei de moribus suis
cupiditatibus q̄ dixisset: quas ille simili ratione collegerat
Sunt inquit ut dicis cognosco · confiteor. et vir prudētissi
corporis vana mus latentia facili confessione detexit Sed hec inquit oīa
a me prudētia et virtutū auctoritate superata sꝫ et quicquid
vicii ex praua ~~cogitatione~~ concretione corpus habuit animi bene cōstituta
diuinitas temperauit Hinc intelligi datur stellarū quidē
esse q̄ patimur et q̄ que nos incentiuis quibusdam ignibus stimu
lant / Diuinitatis vero eē animi q̄ repugnamus / Nam quod
ad leges pertinet quibus peccata hominū seuera correctiōe
plectūtur / eas recte prudētissima constituit antiquitas / Animo
n laborāti per eas opem tulit ut per ipsa sius diuine mentis
permaciosa corporis vicia purgaret / Sed iam ei qui ad istā
nos necessitatē questionis addux it dilata responsione ea que
de moribus et coloribus parabatur cuius fundamēta ex aliq̄
parte iactata sꝫ : ostendamus etiā leges potestatibus fatorū
necessitatibusq̄ seruire et hoc eas semper facere quod fato
rum decreuit auctoritas / Quod ut probemus longiora repetē
Fati necessitas multis probatur exemplis debemus exempla / Ecce ille Iuuenis integer viribus diues
Innocens et modestus nullo domestici facinoris exagitatus im
pulsu · nulla timoris trepidatione compulsus laqueo se suspen
dit et perdidit / alterius iā palpitātis laqueū rupit inimicus
et qui se ob dedecus vite mortis propria animaduersione dederat So
luto laqueo iudicantis sententia liberatur . Quis hoc alius ni
si vis fati necessitasq̄ perficit: ut ministri necis qui ad exhi
bendū reū fuerant destinati oppressum malis suis hominē
et conscientie animaduersione dānati · ex medio īminētis mor
tis periculo liberarēt / Ille rursus cui omēs īnocētie testimōnū
perhibebāt stricto gladio tanq̄ cogeretur incubuit · et minacem
mucronis aciem costis innocentibus condidit / Ille vir integer
sobrius et pudicus cuius vitam semper summus institutū q̄ mira
ti Ecce per precipicia proiectū corpus flebili laceratione disper
sit Ille iustus vitam suam misera mendicatione sustentat
Ille vero quē famosi sceleris maculauit infamia felicibus sub
leuatur augmentis et maximis honorū cumulatur insignibus
Ecce ~~peracta~~ peracta post infinitas innocētiū neces incruento sinu
felices suscipit filios / Ille innocens et ab omi sceleris separat
inuidia / Cum hec tribus quis ista fieri permittit: cum tantū de
nobis liceat Damnamus et aliquā istis nos contentionū cōflicta

Flagiosus remotus ab omi felicitas innocens scelestus fecit

firmna

tionibus libera ut hec omnia que fragilis et caduca consueuit
ferre mortalitas/ fortuitis scelerum terminis cursibus etiam tua con
fessione confirmes ~~et de errore~~ Quid de honoribus malorum et de fi
gura exilijsque bonorum dicamus uides illum seruilibus maculis in
fectum sordes ac labem generis sui consularium fastuum nobilita
te protegere. Ille ingenui sanguinis ornamenta circumferens
honorum debitis est priuatus insignibus. Ille in primo etatis gra
du positus nulla preferens ornamenta uirtutis omnes hono
res precipiti celeritate continuat. Ille iam deficientis etatis
senio confectus et testimonio egregie uite ornatus cursus nunc primos
in adeundis honoribus auspicatur/ que istum senem ratio retar
dauit. Aut quid illi omnia honorum ornamenta uite meritum posti
cebatur. Quis illum iuuenem ad tantum honorum cumulum de quo
nihil adhuc tale sperare poteramus: cursus repentine feli
citatis impegit: nisi uis illa quam dicimus fati que stellarum
agitatione perficitur operata est ut illum cogeret hunc retar
daret/ Quid iam de dampnationibus loquar malorum peccatorum
aut criminum merito dicebas paulo ante ~~constitutum~~ frequenter
uidimus huiuscemodi iniurias omnium consentiente iudicio
innocentibus irrogatas. prudentissimum illum atheniensium et sin
gularis iusticie uirum qui uite atque uirtutum merito sapientis Socrates
cognomen acceperat infamis testule calicis exegit. Socrates
uero cuius prudentia testimonio diuinitatis ornatur formatis
moribus hominum et diuina institutione compositis falsis ac
cusationibus obrutus est acerbe delationis oneratus iudicio
indefensus et proditus seuere animaduertentium potestati succu
buit/ Quotiens fortuna imperatorem alcibiadem quotiens ex
ulem fecit. Quid de ista sortis uarietate dicamus. Patieba
tur hec alcibiades ad ciuilem imperandi modum Socrates
diuinis magisterijs institutus ut cum semper et ubique pros
pere duxisset exercitum fortune contra se seuientis inuidiam
uitare non potuit. Sed illum forsitan ut quidam uolunt
(Absit enim ut hec nostra oratione firmemus) prauarum cupi
ditatum desideria ceperant et incaute temeritatis fefellit
improuisa. Unius ergo aliud proferamus exemplum ut uel
sic ad confessionis angustias coarteris platonem cum illis a plato
nimi uirtutibus cum illa sapientie doctrina uendidit fatum et
illam diuini animi disciplinam tirannicis crudelitatibus ac lu
dibriosis dyonisij potestatibus tradidit. Si hec non sufficiunt pythagoras
ad pythagore naufragia reuertamur qualis uir ille fuerit
omnibus notus est cuius uirtute sapientia prudentiaque et di
uini animi commenta et hominum et deorum probauere iudicia

Ecce ad sūmū cuncta perdidit et ne quid deesset eius diuino in
genio peregrinis etiam magisteriis imbutus ad omnā sapien
tie secreta penetrauit et ut uerius loquar diuini animi
intentione primus imo potius solus in ista positus terrena
fragilitate naturā et originē prouidi numinis ac diuine ma
ⁿ vij iestatis inuenit / salutare illū ut quidam uolūt et prouidū
numen per dies singulos sequebatur cuius monitis atq; pre
ceptis purgatis animi sordibus ad omnia ~~vite~~ ornamenta
uirtutis / extorrem atq; exulem ciuium suorū seuerissima de
creta fecerunt . Is patriam fugiens totamq; greciam ad ali
ena primū transiuit imperia : sybarim et crotonem exul inco
luit Sed nec ibi illū diutius fortuna detinuit Nam nunc
per locros nunc per tarentū et per omēs pene italie oras
fugitiuus errauit. Ecce ad vltimū flāma seuiente circūda
tur et cū illo pariter miserorū turba incendio grassante cō
ficitur Quid agis etiā nunc derogas fato et stellarū vim
obstinata animositate contēnis cum uideas bonorū malos
exitus : malorū prosperos actus Innocentiū securitates Cui hec
tribuis cui hec putas fieri decretis . Iniqui sumus si tū hec
omiā nobis fatorū imperia decernāt : adhuc rigide contra
dictionis animositatibus repugnamus . In sūma tibi responde
dum est quia hoc nos facere presentia hortantur exempla Et
ille qui nocens est fato cogente ~~peccauit~~ et ille quidem tu Inocens [illegible]
fatali necessitate compulsus seueram animaduersionis sentē
tiam pertulit . Ad te nūc singularem uirū plotine veniē plotinus
mus ut allegationes nostras recentiū exemplorū patroci
niis muniamus Quasi ille philosophie nō attigit partes
cum doctrina eius uite sequeretur insignia Cum id quod
docebat nō aliene sed proprio uirtutis ostenderet exemplo
Cuius ex ore tamquam ex adyto quodam diuine sentētie profe
rebātur Fuit namq; ille vir ad omiā uirtutis ornamenta
compositus et omni diuinarū dispositionū studio formatus
iustus fortis prouidus temperatus et qui se crederet fortu
ne impetus prouidentie possē ratione superare Primū itaq;
locum sibi quiete sedis elegit ut ab omni hūane conuersa
tionis strepitu separatus fortune se liberaret inuidia Solis di
uine institutionis vacaturus insignibus / ut contra fortūe om
nes minas integro se et incorrupto presidio virtutis arma
ret / Ista itaq; confidentia mentis erectus etiā corporis sui curā
tuitionemq; suscepit ut nihil uacuū ac nudū relinqueret ubi
se posset licentia fortūe seuientis exercere in salubri se ac pu
ra religionis parte constituit Nam ad collocandā sedem ame

num sibi Campanie ciuitatis solum elegisse narratur ubi sem Exemplum Longis
per aeris quieta moderatio cunctos inlotos (incolas) salubri uegeta
tione sustentat. Ubi nec uis hiemis nec flagrantis solis accen
sio sed composita temperies ex utroque moderatur. ubi egritu
dine aliqua laborantibus hominibus ingentium fontium calore
et feruescentium aquarum salutari fomento conciliata sanitas ir
rigatur. Illic constitutus honorum primum contempsit insignia
Illos ueros honores putans quoscumque illi diuinum prudentie
magisterium contulisset. Nulla illum diuitiarum desideria ceperunt
sed has putabat esse diuitias quibus animus ornatus auc
torem posset proprie originis inuenire. Ecce in quadam par
te orationis sue sicut mihi uidetur improuidus et incautus. Et
uim fatalis necessitatis adgreditur et homines fortune de
cretum metuentes seuera orationis obiurgatione castigat nihil
potestati stellarum tribuens. nihil fatorum necessitatibus reser
uans sed totum dicens in nostra positum esse potestate. Lon
gum est enarrare quid de rebus singulis senserit. qua se ra
tione fatali sorti subtraxerit. qua uim istam idest stellarum
atque fati sententiarum argumentatione turbauerit. Sed hec
adhuc integer incolumis que narrabat. Numquam ille ad Socratis
finem Platonis ue exitum contorsit oculos uel mentem. utique
sicuti suspicari datur multa illorum mentibus. multa uicijs ad
scribens. Ecce se illi ista confidentie animositate securo to
ta fatorum potestas inposuit. et primum membra eius frigida
sanguinis torpore riguerunt et oculorum acies splendorem pau
latim extenuati luminis perdidit. Postea per totam eius cu
tem malignis humoribus nutrita pestis erupit ut putre cor
pus deficientibus membris corrupti sanguinis morte tabes
ceret. per omnes dies ac per omnes horas serpente morbo mi
nute partes uiscerum defluebant et quicquid paulo ante in
tegrum uideras statim confecti corporis exulceratio deforma
bat. Sic corrupta ac dissipata facie tota ab illo figura cor
poris recedebat et in mortuo (ut ita dicam) corpore solus su
perstes retinebatur animus. ut ista grauis morbi continuati
one confectus et tormentis proprijs coactus ac uere rationis
auctoritate conuictus uim fati potestatemque sentiret. et ut con
fecti corporis laceratione quassatus sententiam fortune promun
tiantis exciperet. Quid nunc de huius famosa dicimus mor
te. Cur enim non potuere uirtutes idest prudentia tempe
rantia fortitudo iustitia ab istis fortune animaduersionibus libe
rare. Sensit itaque etiam iste uim fati et excepit finem quem
illi stellarum ignita iudicia decreuerant et istius ualitudinis

acerbitate confectus proprio exemplo non sermonis licentia
cunctos homines docuit vim potestatem que fatorum nulla posse
ratione contemni. Sed etiam ut rursus ad antiquiora re-
deamus exempla que miltiades post victoriam passus sit
que themistocles sustinuerit post triumphos post questeriam eru- questeria
narum calamitatibus implicati. ab his salutet quibus per illos
et libertas reddita videbatur et patria. quis contra illos se-
vientis populi urbem concitavit. Quis conflavit invidiam.
Quis tam acerbum induxit odium ut beneficiorum ex red-
dite libertatis immemores ut gravi furoris instinctu et effre-
nate levitatis erroribus innocentes ac strenuos viros po-
pulari animadversionis acerbitate percuterent. nisi vis neces-
sitas que fati infatigabili que semper potestate dominatur. Ad ro-
mana nunc si placet revertamur exempla. Ecce ignavus il-
Sylla le vir et omni infamia maculatione que pollutus Syllam
dico qui a primo vestigio pubescentis etatis in scurrarum gre-
mys per damna verecundati pudoris adolevit totiens prospere
duxit exercitum et ut totiens felix diceretur fecerunt innumera-
bilia rei publice naufragia. Respice quotiens laceratis pa-
trie visceribus civili sanguine cruentatur. Ecce innumerabiles pro-
scriptionum tabulas ponit et cruentatarum pecuniarum parricidali col-
locatione ditatur. Sed nunc licet sit omnia facinora eius e-
numerare difficile, pauca tamen enumerabimus ut ex illis
vim fatalis necessitatis agnoscas. Septem milia civium nostro-
rum in medio sinu urbis Rome syllana animadversione cecide-
runt. Mihi crede nulla vis alia. nullum peccatorum meritum nul-
fata necitant. la deorum voluntas sed fatorum necessitas istam multitudinem syl-
lanis manibus impegit. Quod nunc putas esse iudicium que
rationis ordinem ut ille qui numquam fuit memor sexus sui
qui ultra commendationem gratie puerilis etatis senex exo-
letus in aliena etate flagicia corporis detinebat vicys obsessus
romana gubernaret imperia. Hunc sciebamus in pretura aut in-
preture petitione deiectum. cum vir gravissimus Censorinus ve-
ris ac firmis accusationibus spoliate provincie crimen obiecit
Qui legatus bello ambrico degeneris animi timore prostra-
tus imperatorem marium et romanum reliquit exercitum. Sed cum
his pollueretur infamiys regalis postea maiestatis auctori-
tate decoratus. exercitum nostrum in dispendia nostra convertit
Permitte mihi longiore oratione syllanorum scelerum replicare
discrimina. Omnia enim hec ad disputationis mee meritum confe-
runtur. si plurimis infortuniorum generibus integre ac verissi-
me fuerit fatorum necessitas explicata. Iussione Syllana Sul-

plautius tribunus plebis ~~parricidas~~ parricidalis precepti nefanda
animadversione percussus est. Quo flagitio tyrãnica et scelera
ta eius cupiditas imbuta omnĩa statim sine aliqua dubitatiõe
genera crudelitatis exercuit. ut effrenatas animi sui cupidi
tates p̄ dies singulos civilis sanguinis profusione satiaret. Pre
torio viro minori scilicet mario qui iudicio omniũ bene me
ritus de re publica videbatur sillana iussione elisa sũt pri
us crura. deinde deiecta de statu corporis brachia humeris
tenus dissoluta ceciderũt. Tertio amputata lingua vocẽ reli
quit in faucibus. Ad postremũ omni parte corporis mutila
ta oculi qui fuerunt spectatores et superstites egeruntur
et in tam angusto corpore ac nefario patrie carnifice tot sũt
inuẽta supplicia. et vix anima tãtis vulneribus erogata ẽ
cum hic inde dãpnis fluentibus minutatĩ spiritus carperetur
Sed forsitan circa solos viros talis ẽ feritatis atrocitate gras
satus. Ecce in proscriptionũ tabulis etiã mulierũ ac matro
narũ nomen adscripsit ut per omẽ hũanũ genus cruentã
gladii exerceret potestatem. Non habet modũ qui nec cru
enta cupiditate nec infinita civiũ strage satiatur. Romanus
ille populus subactis omnibus gẽtibus post pacatũ orbẽ atque
possessũ postremũ extremũ etiã occeani litus invẽtũ ser
uire compulsus ẽ nephanie syllane potestatis imperio debilita
tis omniũ animis metu ~~miseri minoris~~ imprema horroris trepidatione possessis.
Inter leges porcias legesque sempronias cũ omniũ civiũ gemi
tu etiam tertiam proscriptionis tabulã posuit. Nec hoc contẽ
tus malo ne quod etatis tempus vacuũ a sceleribus reserua
ret lucretiũ iam privatus occidit. Et deposita regia potestate
animi tamẽ in illo perniciosa crudelitas perseuerat. Vis ne a
liquid tibi quia in syllanis temporibus inmoramur de lacu
seruilio referam. In quo multorũ senatorũ capita ad ostẽtationẽ
inmanissimi facinoris fectis ceruicibus pependerũt rei p̄ vulne
ra inter ipsa deorũ puluinaria constitutus inter sacras cerimonias
positus semper sylla securus ac superbus aspexit. Quid potest
crudelius fieri liberis et uxoribus miseras orbitates titulo pub
licate calamitatis ingessit: nihil pietati: nihil fidei: nihil fortitudini
nihil providẽtie licuit contra syllã. Ubi nũc sunt qui peccata no
stra hũana ac divina credunt posse lege puniri. Ecce sylla ne
fariis cedibus pascitur. ecce tyrãnico grassatur imperio nec cupi
ditates eius potestas aliqua divinitatis impugnat. Quid sentis
quid iudicas? Refutas quod dicimus ostende nobis ordinẽ rerum
ubi sunt leges? ubi iudicia? humano et divino sumus destitu
ti iudicio. Quia omnĩa hec que diximus sylla cõmisit impune. Ergo

Marius p̄tor quo trucidatus

facinora eius cum tantis cedibus pasceret nulla ultricium dearum
flagella castigant imperia ne qui dolorem suum verbis ac lacrimis
prodat defunctis / Per illum etiam supremus ignis eripitur et hoc
non potuit videre iusticia · Dicis peccata hominum per dies sin
multari gulos / dys ultricibus ~~[illegible]~~ : omnia hec sicut vides impune
gesta sunt et fecit de his omnibus fortuna quod voluit et quicquid
singulis fata decreuerant syllane feritatis animaduersione completa
sunt / ~~Et~~ ut hoc scias ueram nos ratione edixisse ipsum post hec
mala prosper sequebatur euentus perpetue dictature cumulatur insigni
bus et proprio arbitrio deponit imperia · lacerate rei publice
artus et cruente pecunie iussu eius ad ignobiliorum hominum
diuitias conferuntur / Post hec mala quieta securitate fruitur
et abundantia scelerum saginatus decreto amplissimi senatus
et populi nomine prospere et perpetue felicitatis ornatur · Ubi
nunc sunt qui negant actus nostros stellarum fortuitis cursibus
gubernari / Ille crudelis perfidus quem scimus per omnia crudeli
~~tatis genera grassatum securus~~ omnia dignitatis ornamen
Marius ta consequitur / Marius vero post triumphum Iugurte ce
terarumque gentium quas subegit posteaque urbem Romam et
externis et domesticis periculis liberauit / post triumphales
purpuras post pictas aureasque palmatas ferreis stringitur
uinculis cathenarum / Ecce exul in paludibus ~~[illegible]~~ minturnarum nec libus
latitat Ecce carceris squaloribus premitur · Vides ut ad crepi
dinem dirute Carthaginis fugitiuus accedat Quis deus
aut exulem marium aut felicem fecerat ~~[illegible]~~ syllam Paulus impera
tor militi Mario promittebat imperia · legatus sylla romanum
deserebat exercitum et tamen postea iudicio fortune ille ex
ul factus est : ille felix Nimis longa oratione vim necessita
tem que fati : stellarum etiam potestatem : syllane dominia
tionis facta crudelia isto sermone defleuimus Scipio post
Scipio tot triumphos · post deletam Kartaginem · numantiamque
prostratam · post peragratam greciam · asiam Bythiniam
Syriam lustratam · post dictature irreprehensibiles actus intra
priuatos parietes domesticorum insidys acerbo mortis cruciatu
tu et nepharys frangentium gulam manibus oppressus priua
ta quodammodo animaduersione confectus est / Quid regulo fides
Regulus profuit ut illum vis fati post miseram captiuitatis infamiam inter
hostiles manus peruigili crudelitatis atrocitate prosterneret Que
vis alia dissolutis persarum regibus cum romanis fascibus captiuum
Crassus tradidit Crassum et utique vir strenuus fuerat et virtutes eius
que propria ostentatione lucebant Romanos protegebant ex
ercitus Pompei post quintum consulatum post tot et tam insignes
triumphos ad nili fluminis ripam ceruices inuictas et regias

et quas totiens purpura triumphalis ambierat semiviri hominis gladius nefario genere mortis incidit. Quis manus in suam necem catonis armavit. Quis impuris et effeminatis antonii cupiditatibus tam lugubri misero que omnium fletu venerabilem ciceronis tradidit sanguinem. Cesar quos sua indulgentia ab omni liberaverat metu ad exitium postea proprie salutis armavit. Vides ut semper ubique fortuna dominetur. Vides ut varii sint hominum mirabiles que semper eventus. Fortis ab ignavo ~~sepe~~ superatur. Bonum prostravit inferior. Iusto iusticia non profuit. Castos providentia sepe decepit. Pudicus ac sobrius impudicus ac dissolutus in honoris petitione prelatus est. Iacent strenui. Laudantur improbi. Et quicquid huic profuit illum cauta imitatione decepit. Hec nobis omnia stellarum cursibus conferuntur. His nos fortuna varietatibus concutit. Unde tot exemplis ac tot rationibus moniti atque formati fatalis necessitatis legem non argumentorum licentia nec verborum copia sed veritatis probabili ac recto iudicio comprobemus. Sed iam huic nostre allegationi etiam ipsi qui contradicebant ex aliqua parte consentiunt dicentes esse quidem quandam vim fortune ac fati quam himarmenem vocant. Sed huic necessitati disputationis sue licentiam quedam tribuunt quedam contra hominem lex necessitas que fatorum ut non posse videatur aliquid et posse. Hanc namque quam dicunt himarmenen volunt nature hominum terrenarum que animantium quadam societate coniungi ut quia sic facti ac procreati sumus ut certo viventes tempore completo vite cursu ad divinum illum spiritum qui nos sustentat resoluta fragilitate corporis referamur subito nos sensus ad completum illum finem fato pariter ac sorti ut et nos et omnes animantes unus ac similis dissolutionis terminus fatalis sit certa lege constringeret. Omnia vero que ad cursum vite pertinent in nostra voluntate esse posita ac potestate ut nostrum sit quod vivimus fati vero ac sortis solum videatur esse quod morimur. Nescio quid ista diversitas conclusionis operetur. Nescio cui possit persuaderi quod dicitur. Confiteatur aliquis esse fatum et dicat finem omnium fatalibus necessitatibus subiacere et cum disputationibus suis ex ista quodammodo confessione preiudicet potestate eius in minoribus partibus partibus minuit: auget in maioribus. Multa ac potiora concedens ut actus quidem nostros in nostra dicit esse positos potestate. finem vero vivendi ad fatalis sortis licentiam revocet. et in tam inepta disputatione licentia se argumentationis extollit ut cum fato animadvertendi quodammodo licentiam tribuat et totius potestatis concedat imperium et quod minus est ei deneget regendi scilicet hominis potestatem. Si procreatos nos fatum pro

vel ultro

cicero venerabilis

nõ

ducet in lucē et ad terrenas conuersationes uenientibus ho
liis suis in oportunis genture locis habuerit positas ultra modum felix ac potens erit. Qui tres habuerit prope ad deorum uere accedit felicitatē. Qui quatuor stellas ī domiciliis suis habuerit constitutas ultra hunc numerū humani generis substātia non patitur. Qui uero nullā stellā in domicilio suo habuerit constitutam ignotus ignobilis et miseris erit semper actibus implicatus. De diametris trigonis et quadratis. De diametris trigonis et quadratis exagonis deuictis siue ableptis instituendum mathematicum. Etiam illud in primis docere debemus quid sit diametrum. quid sit trigonum. quid quadratum. quid ableptum. quid sit etiam trigonum dextrum quid sinistrum. Quid exagonum dextrū quid sinistrum. Diametrū ē arietis libra et libre aries. Tauri diametrum ē scorpius et scorpii taurus. Et cetera omnia signa simili modo. Sed ut non solum oculis hec sed et computatione inuenias breui docemus exemplo. A signo ad aliud signū septimū quod fuerit hoc est diametrum. Sed hec semper maligna ac minax radiatio est. Trigonum est a signo a quo inciamus signū quintum quod hoc docetur exemplo. Ab ariete usq; ad leonem trigonū. A tauro usq; ad uirginē siliter. Sic p omniā signa quodcunq; in signo quīto fuerit hoc est trigonū. Scire etiam debemus quid sit dextrū trigonū et quid sinistrū. Dextrum ē quod ab eo signo a quo incipimus retro. Et sinistrū uero quod ab ante. Utputa arietis dextrum trigonū est sagittarius. Sinistrum uero leo. Et simili modo leonis dextrum trigonū est aries. Sinistrū uero sagittarius. Sagittarii uero dextrū trigonū ē leo sinistrū aries. Sic et in ceteris omnibus signis trigona queras. Hec est prospera felixq; radiatio. Quadratū est ab eo signo a quo inchoamus quod quartum fuerit signū. Quod hoc docetur exemplo. Arietis quadratū ē signū cancer et cācri libra et libre capricornus et capricorni aries. Sed quid sit quadratum dextrum quid sinistrū simili ratione sicut in trigonis diximus inuenies. Nam quodcunq; retro fuerit quadratū dextrū est ut arietis capricornus. Sinistrū cancer. Sicut in ceteris omnibus quadratis quod retro fuerit dextrū est quod ab ante fuerit sinistrum. Et hec minax ē radiatio et maliciosa potestate composita. Exagona hoc idem sunt quod trigona sed minoris potestatis. Exagonū est itaq; ab eo signo a quo īciamus tertiū. Utputa arietis sunt exagoni gemini. Quod uero sit exagonū dextrū qd sinistrū sicut cetera īuenies. Sed nequa sit controuersia etiam hui' rei damus exempla. Aries dextrū exagonū ē aquarius. Sinistrū uero gemini. Sic et in ceteris signis qd retro

fuerit dextrum et sinistrum quod est ab ante. Sed exago
na illa sunt potiora que habent in medio tropica uel duplicia
Cap 26 signa. Inefficacia uero que signis solis diuiditur / que ratio con
tinent horoscop trigona quadrata. diametra exagona. Nunc
illud breuiter explicandum est cur quedam loca cum horoscopis
diximus radiationis societate coniungi. quedam uero auersa
esse ab horosc. et quodammodo aliena que non inmerito pigra
diximus. Omnia .n. explicare debemus ut iste institutionis
liber plena matheseos substantia muniatur. Omnia signa in
uenimus inuicem sibi obligata cur hoc dixerimus breuiter ad
De gradibus signorum disce. Omnia signa xxx habere diximus partes. Si itaque has
xxx partes partes duodecies iunctas unum feceris numerum per
ficis cccLx partes que per omnia duodecim signorum corpora di
uiduntur. Unde omnia sibi signa inuicem uicinitas coniunctionis ad
sociat. Quecunque itaque integro partium numero iuncta cccLx partes
fecerint ipsa sibi equalitatis ac societatis radiatione iunguntur. Ex
agonum diximus cum horoscopo et cum ceteris radiationibus socie
tate coniungi. Quid sit autem exagonum et ante diximus et nunc
partaliter intimamus. A parte horoscopi quecunque Lx pars fu
De Aspectibus. erit ipsa exagonum latus demonstrat. Si itaque sexies Lx mul
tiueris integrum cccLx parties numerum. Qui itaque integris sex
partionibus iunctis. omnis cccLx partium numerus impleatur aqua
societate coniungitur. Trigonum est id est V ab horoscopo locus et
a ceteris siue sit dextrum trigonum siue sinistrum maxima diximus
cum horoscopo uel cum ceteris societate coniungi. Sed et hoc qua
ratione fiat breuiter explicemus. A prima horoscopi parte pro
fecti in cxx partem hunc locum constituimus. Si itaque cxx partes
triplicauerimus primum integrum cccLx partium numerum com
plemus. hac radiatione coniunctionis iste locus horoscopo iungitur.
Sed et omnia trigona hac sibi societatis radiatione iunguntur.
Quadratum quoque cum horoscopo quoque diximus ualidissima
radiationis societate coniungi. Sed et huius coniunctionis ra
diationem breuiter ostendam. A parte horoscopi cccLx pro prima
fecti in xc partem hunc locum constituimus. Quadruplica
tes itaque xc partes integrum cccLx partium numerum comple
mus. Vide quod oportune quadratum sit latus dignum quia qua
druplicatus xc partium numerus omnem substantiam cccLx
partium complet. Ideoque quadrati nomen accepit. hec con
iunctionibus quadratis ratio est. De diametris. Diametra etiam
diximus cum horoscopi radiationis societate coniungi. Sed et
huius coniunctionis radiationem explicabo. A prima horoscopi
parte profecti in cLxxx part. hunc locum constituimus. Si itaque

clxxx partes duplicauerimus integrum numerum ccclx
part. faciemus Unde quia duo integri numeri idest clxxx
bis iuncti integram ccclx partium substantiam reddunt max
ima sibi hec loca societatis radiatione iunguntur Hec in omnibus
diametris radiatio est Que vero loca sunt ita posita ut par
tes eorum nulla uel duplicatione uel triplicatione uel quadru
platione integrum ccclx partium numerum perficiant nulla tamen
horoscopo nec cum alio signo quod sic ceciderit societatis radi
atione iunguntur. Ac per hoc quodcumque signum extra hunc nu
merum fuerit inuentum . pigrum et ablepum dicitur De
duodecim signis quas partes corporis designant Descriptio Cam 21
corporis Explicare debemus signa xii quas partes humani
corporis teneant Hoc enim etiam ad apothelesmata vehemen De membris Signorum
tissime proficit presertim cum locum valitudinis uel vicii vo
luerit inuenire Caput hominis in signo arietis est Ceruix
in tauro . humeri in geminis . Cor in cancro . pectus et stoma
cus in leone . Venter in uirgine . Renes vertebre in libra
. Natura in scorpione . femora in sagittario . genitalia in capricor
no Tibie in aquario . pedes in piscibus . Sic etiam per hec
signa tota membra hominis diuiduntur Quis deus annos Cam 28
vite decernat Quis deorum annos vite decernat Nunc
illud explicare debemus que stella quot annos . bene colloca
ta plures . male vero collocata pauciores decernat. Cum datorem
vite diligenter inspexeris idest dominum geniture et videris De Longitudine vite
quo sit in loco positus et in quali signo et in qualibus partibus
Sed et dominum signi ipsius in quo est vite dator constitutus
simili ratione perspexeris quo sit in loco et in quo signo et in
quibus partibus constitutus : similiter et lunam quatenus da
tor vite et beniuole stelle respiciant facile totius vite poteris de
finire substantiam De datoribus vite Nam et si ipse dator
vite bono in loco sit positus et in bono signo et in bonis partibus
integer annorum decernitur numerus presertim si datorem vite
Jupiter in diurna genitura . Venus in nocturna prospera radi
atione sustentent . Saturnus si dator vite fuerit et integrum Si medie 43 menses et sex
decernit annorum numerum 57 annos decernit // Si vero ma
le decreuerit xxx annos aut menses 120 aut dies // xxx et hor. xii dicer Si medie 40 et menses sex
Si Jupiter dator vite fuit et bene decernit 79 annos decernit : si medie 45 menses et sex : Si male annos 12. xii aut menses xii dies xii horas xii / . Mars si da
tor vite fuerit si bene decreuerit Lxiiii 66 annos decernit // Si
male xv aut menses xv dies xv horas xii . Sol si bene
decer. decreuerit . cxx annos decernit . Si male xviii Si
medie xlv 69 / . Venus si bene decreuerit Lxxxiiii annos decer
nit // Si male viii annos dies viii horas xii . Mercurius
// Si medie 45 et menses sex

si bene decreuerit cviii annos decernit si medie LXXVIIII
Si male annos XX menses XX dies XX horas XX Luna
si bene decreuerit LXXXIIII annos decernit si male XXV
Si itaque dominus vite uel dator vite idest dominus ge
niture in domo sua vel in altitudine sua uel finibus suis fuerit
et conditiones sue stelle ei bonum testimonium perhibeant idest
bona illum radiatione respiciant et ipse stelle que testimoni
um perhibent bene sint posite maior annorum minorum decer
nitur numerus. mediam vero etatem tunc decernunt si da
tor vite sit quidem in finibus suis vel in suis domicilijs aut
in ortu suo horoscopus vero in libra De temporum diuisio
ne De cronocratore diurno et nocturno et cui quot annos
diuidat et de anno et de diebus Cronocratorem dixerunt
greci temporum dominum Sed initium temporum in diurnis gen
turis sol accipit et ceteris diuidit in nocturnis. Lune nec
aliam rationem admittas quia hoc ab omnibus probatur.
Cum itaque dominus sol temporum fuerit tenet dominatum
annos X menses VIII Simili modo et luna cum domina
temporis fuerit tenebit annos X menses VIII. In diurna
itaque genitura primum decennium sol accipit. Secundum qui in
genitura per signorum cursum in secundo loco fuerit inuentus
Tertium qui post secundum fuerit et simili modo ceteri Quod
vt manifestius intelligas hoc docemus exemplo Si in diur
na genitura Sol in ariete fuerit inuentus ipse erit decennij
dominus Sed et in quocumque alio signo fuerit Quicumque itaque
in tauro fuerit ipse erit secundo loco qui post taurum fuerit ipse
erit tertius Sic et in ceteris Hoc modo et in nocturnis ge
nituris a luna inchoantes faciamus Sed quicumque decennium
sortitus fuerit licet sit totius temporis dominus. omnibus tamen
stellis totam decennij substantiam diuidit: a se incipiens et
post se illis tradens qui sunt per ordinem positi. Primo illi
tradens quicumque in themate secundus fuerit inuentus.
De distributione temporum Quanta autem sit temporum
distributio breuiter ostendemus Sol capit menses XVIIII.
Luna menses XXX. Saturnus menses XXX Jupiter menses
XII. Mars menses XV. Venus menses VIII Mercurius men
ses XX. Quid autem ista temporum distributione fiat in
libris apotelesmatum dicemus Ostendemus quid que stel
la suscipiens ipsa decernat Omnia enim que nobis proueniunt
bona uel mala ista temporum ratione colligimus. fines etiam
vite sic inueniuntur et omnis geniture substantia et totum quod
stellarum ordo decreuerit ¶ Annum autem facillimis rationibus

Cronocrator Cam. 29.

De decennijs quos alij vocant firdarios.

Cam 30

inuenimus Nam ab horoscopo semper sumit exordium et primus annus erit in quo est horoscopus constitutus Secundus in secundo signo Tertius in tertio et sic ceteri per ordinem Alij in diurna genitura a sole hoc idem faciunt in nocturna luna et habet rationem // Dies etiam totius anni stellis singulis diuiditur Quatenus autem diuidatur vel unde initium accipiat etiam hoc monstrare curare habebo · quando egritudines quando inbecillitates · quando lucra · quando damna prouenient quando gaudia · quando dolores Nam cum beniuole stelle dies acceperint ab omni malo liberamur · cum maliuole tunc nos repentini infortuniorum casus inpugnant In quocumque itaque signo anni fuerit eius signi dominus primos accipiet dies et post ipsum ceteri prout sunt singuli constituti · Que itaque stella quot dies sortiatur etiam hoc docebo Sol dies LIII Luna LXXI Saturnus LXXXV · Iupiter XXX · Mars XXXVI · Venus XXXIII · Mercurius LVII · In hoc dierum spatio omnia que nobis obueniunt inuenire possumus Sed prius signorum ac locorum qualitate perspecta Nam si bene collocata aut tempus aut menses aut dies fuerit sortita et sit beniuola omnia bona decernit Si vero maliuola stella tempus aut menses aut dies acceperit et male sit collocata infortunia pro locorum qualitate decernit · Omnia itaque prudenti inquisitione pertractans totam verissime geniture poteris explicare substantiam De Antiscijs

Ex istis institutis omnibus quia tractatum antisciorum paulo ante distulimus huic locum nunc explicare debemus nequid a nobis in ista institutione pretermissum esse videatur · Antiscia grecorum sunt nobis magisterio tradita Nam nolo aliquis suspicetur quod non sit apud grecos ipse tractatus · Nam si ptolomeus nullam aliam rationem sequitur nisi antisciorum et anthiocus cum dicat Quare in libra arietem propter terram que media est non videat quam per speculum quandam antisciorum rationem attingit · Dorotheus vero sidonius vir prudentissimus qui apothelesmata verissimis et disertissimis versibus scripsit Antisciorum rationem manifestis sententijs explicauit in libro suo quarto Nunc qua ratione colligantur antiscia breuiter explicabo Initium antisciorum ut a geminis et cancro est aut a sagittario et capricorno inchoamus Itaque nos instituentes a geminis et cancro · gemini in cancrum antiscia mittunt · et cancer in geminos · Leo in taurum · et in leonem taurus · Virgo in arietem et aries in virginem · Pisces in libram et libra in pisces · Aquarius in scorpionem et scorpius in aquarium et Sagittarius in capricornum et capricornus in sagittarium Sic rursus initium a sagittario et capricorno fecerimus Simili modo in geminos et in cancrum desinunt · Hec itaque semper omnia sagaci debemus in

de profectionibus

Cap. 31.


Quot dies in anno quelibet planeta habet

de diebus climactericis

quisitione tractare ne aliquando tam honesta professio falsis apo
telesmatum mendaciis obumbretur. Sed hoc quod de antiscys
diximus nō sufficit nisi etiā partes explicate specialiter fuerīt
que in quam ꝑtem mittant et cuius antiscium rursus ipā
suscipiant. et illud scire inter cetera oportet quod ī XXX partē
signi nulla pars mittat et quod XXX pars signi ī nullā partē
mittat antiscium. hoc itaque exemplum quod de geminis et
cancro fecimus ad omniū signorum antiscia pertinebit. Ge
prima" minorum pars ī XXVIIII cancri partem mittit antiscium
Rursus cancri XXVIIII pars in primam geminorū partem
mittit antiscium. Secunda ī XXVIII. XXVIII ī ij. iij ī XXVII
XXVII ī iij. iiij ī XXVI. XXVI ī iiij. XXV rursus ī V. V ī XXV.
XXIIII ī VI. VI ī XXIIII. VII ī XXIII. XXIII ī VII. VIII ī XXII
XXII ī VIII. VIIII ī XXI. XXI ī VIIII. XX ī X ī XX rursus
XX ī X. XI ī XVIIII. XVIIII rursus ī XI. XII ī XVIII. XVIII
rursus ī XII. XIII ī XVII. XVII rursus ī XIII. XIIII ī XVI
XVI rursus ī XIIII. XV ī XV. Rursus que conuersim. Et hoc
modo facias donec gradum ꝑ nūm nūalem retrogradiens
descensum ad descensum perducas. Ita gemini et cancer in
se mittūt antiscia. Nam pars a qua exceperit antiscium ad
eam a se rursus mittit antiscium. Sic itaque in semetipsis
mittūt taurus et leo. Sic virgo et aries. Sic libra et pisces
Sic scorpius et aquarius. Sic sagittarius et capricornus
Ut hoc itaque manifestius intelligi possit. Cum scias iā quod
signū in quod signū antisciū mittat ipsas partes specialiter
scripsi ut omnibus obscuritas solueretur. In quācumque itaque pars
prima antiscium miserit: ab ea suscipit ipsa rursus antiscium
Sic secunda sic cetere. Geminorum itaque et cancri sumpsimus
partes quod exemplū etiam ī ceteris signorū partibus ser
uari conuenit. et eorū scilicet et signorū que que inuicē in se
dicimus antiscium mittere

I	XXVIIII	Sic taurus in leone sic leo rursus ī tauro
II	XXVIII	Sic aries ī uirgine sic ūgo rursus ī ariete
III	XXVII	Sic pisces ī libra sic libra rursus in piscib'
IIII	XXVI	Sic scorpius ī aquario sic aq̄rius rursus ī scor.
V	XXV	Sic sagittari' ī capricorno. Sic capri. rursus ī sagitt.
VI	XXIIII	Si que se itaque stelle ī ordinatione gem
VII	XXIII	ture nō viderīt: querendū ē an sibi ꝑ anti
VIII	XXII	sciū sociata radiatione iūgāt. Cū n. ātisciū
VIIII	XXI	sic miserīt ut trigonica sepe antisciū ul' qua
X	XX	drata ul' diametra ul' exagona radiatione
XI	XVIIII	coniūgant: sic decernūt qui sic sint simplici or

XII XVIII dinatione composite et sic omnia ista mix
XIII XVII turarũ radiatione complentur. Quod cum
XIIII XVI feceris omnia que in factis fatis hominũ
XV XV querũtur facillime poteris inuenire. Est autẽ
XVI XIIII ratio hec latens antiscior̃ naturali formata cõ
XVII XIII sensu. Quam rationẽ alio tempore explicare
XVIII XII curabo. Quantum autem antisciorũ uis ualeat
XVIIII XI quãtũq; antisciorũ ratio operetur ex hac geñ
XX X tura discere poteris quã subiecere curabimus
Is in cuius genitura Sol fuit in piscibus. Luna in cancro. Sa
turnus in virgine. Jupiter in piscibus ĩ eadem parte qua sol.
Mars in aquario. Venus in tauro. Mercurius in tauro cum
marte partibus horoscopi in scorpione. Eius geniture pa
ter post geminũ ordinariũ consulatũ ĩ exiliũ datus ẽ. Sed
et ipẽ ob adulterii crimen in exiliũ datus. Et de exilio raptus
ad administrationẽ campanie primũ destinatus est. Deinde
achaie proconsulatum. Post uero ad asie proconsulatũ et
prefecturam urbis Rome. Quicunq; hominũ antisciorũ nesciẽs
rationẽ si solem cũ Joue iisdem partibus ĩ V ab horoscopo
loco idest in bona fortuna uide etiam Jouis Jouem cui dederit
patrem beatum felicem potentẽ et cetera de ipso huiusmodi
pronũciant. De exilio uero eius et assiduis insidiis nihil potuit
poterit pronũciare: nisi intentione sua antisciorũ rationem trans
tulerit. Meministi dixisse nos quod pisces antisciũ in librã mittat
et libra rursus in piscibus. Sol itaq; et Jupiter in piscib⁹ pa
riter constituti in librã mittentes antisciũ. In hoc signo in quo
humiliatur et deiicitur et in XII loco geniture idest ĩ cacode
mone paternũ genus ostendit ignobile et ipsi patri famo
sum decreuit exiliũ. Jupiter uero cuius uim ac potestatem
antiscii radius est et signo piscium ad libre transtulit signũ
ĩ XII loco idest in cacodemone per antisciũ fuisset cõstitutus
plurimos et ipsi et patri eius excitabit inimicos: et eos su
periores esse perficeat. Est etiã aliud quod patri decreuit
exiliũ. Nã ĩ uirgine constitutus saturnus solem de diametro
uidit et antiscium eius de diametri radiatione respexit et
ĩ uirgine constitutus antisciũ ĩ arietem misit. Antisciũ itaq; ei⁹
ĩ ariete constitutũ solis antisciũ qđ in libra fuit missum per
diametrũ sibi facta contraria: amplissimos ordines decreuit
et ĩ exiliũ mitti fecerũt. Ob hoc quod saturni et solis antiscia ĩ con
trarias constituti sideribus de diametro se uiderunt. Ipsũ uero
que ratio exulem fecerit uel q̃ ratio adulterii. Hoc n. illi cri
mẽ obiectũ est: hac ratione monstratur. Diximus cãcrũ ĩ genios



malicia martis

antiscium mittere sic cancro itaq; luna constituta antiscium suum
cuius antiscium in aquario constitutus mars de dextero latere re
spexit et est perniciosus quotiens de quocumq; latere crescē
tis lune lumē exceperit Nam superior effectus cū multis cor
poris vicijs postremo hunc eundem exulem fecit Sed ipse
mars in aquario constitutus in scorpione antiscium misit in quo
signo pars horoscopi fuerat constituta · et primū quidē part
iute idest horoscopi ī mediū celū constitutus violenta radiatio
ne percussit Deinde luna antiscium eius in geminis constitutum
plenā trigoni radiationē respexit · tercio antiscium eius ī horos
copi parte sedit Quarto antiscium martis quod in horoscopo mi
serat luna in cancro constituta de trigono vidit Ex omnibus itaq;
lateribus crescens luna martis percussa radijs multis valitudini
bus oppressum postremo exulem fecit et nisi Jupiter in piscibus
constitutus horoscopū de trigono vidisset: fuisset de exilio libera
tus Et si luna in altitudine sua (altitudo n. iouis ē cancer) de
trigono non vidisset: ut biothanatus interisset Et desicere huius
modi iouis beneficia in prioribus partibus diximus · ob hoc quia
tertio die luna in leone constituta de diametro plena luce martis
radijs impegit hic. n. dies idest tertius plurimū in modū ī ge
nituris operatur Que vero illū ratio adulterū fecit etiā hoc
explicare curabo In aquario constitutus mars antiscium in scorpio
ne misit In occasu itaq; geniture venerem positā antiscium martis
invenit est. n. misera venus et multis calamitatibus implicata si
ī occasu posita violēta martis radiatione pulsetur Et rursus anti
sciū vene venus in leonē misit: martē in aquario constitutū in
IMC de diametro respexit · Sed ex imo celo mars sine antiscij
ratione veneri quadrata radiatione coniungitur Ex omnibus itaq;
rationibus: et per semetipsos et p antiscia in principalibus cardini
bus cardinibus geniture venus et mars aut quadratis aut dia
metris radiationibus inimico se genere societatis impugnāt hec
illū ratio adulterij reum fecit Mercurius vero ī aquario constitutus
sine testimonio iouis idest in domo saturni et saturnus ī domo mercu
rij commutatis invicem domibus · absconsarū litterarū instinctū faciunt
Que vero venus de tauro ī leonē misit antiscium idest ī domo solis et ī
mediū celū: de istis crimibus Imperator ī illū fecit sententiā dicē Cuius
hec genitura sit Lolliane decus nostrū optiē nostis Tractatis itaq;
his universis īvenies quāta vis sit antisciorum quāsiquis diligēti
fuerit disciplina consecutus Nunq̄ eū tractatem fata hominum
coniecture fallit intentio Honores illi maximos In octavo loco ī domo
sua plena luce luna constituta decrevit preserti quia ī nocturna
genitura conditionis sue secuta potestatē in decernēdis honoribus

Nota diem triū pg natiuit

habuit principatū· doctrinā etiā et tantā lrārū scientiā imu
tatis domibus saturni mercurii q3 decreuerunt ut oratio eius ac
stilus veteribus auctoribus conferatur. Cui⁹ hec genitura sit optīe nosti
Qualis vite et qualis instituti esse debet mathematicus· Nūc
tu quicūq3 hos libellos legere conaris cū omnē diuinitatis accepe
ris scientiam et cū natura sacris imbutus atq3 initiatus sacrati
operis disciplina ad imaginē te diuinitatis similitudinēq3 forma
ueris ut sis semper preconio bonitatis ornatus. Oportet enī eū
qui quotidie de diis vel cū diis loquitur animū suū ita formar[e]
atq3 instruere ut ad imitationē diuinitatis semper accedat. Que
re et disce et exequere omīa ornamēta virtutis et cū te his in
struxeris esto facilis accessu ut siquis voluerit aliquid salutari
ad te cū nullo terrore trepidationis accedat. Esto pudicus inter sobri
os· paruo victu· paruis opibus contētus· ne istius diuine scien
tie gloriā ignobilis pecunie cupiditas infamet. Dato operā ut in
stituto ac proposito tuo bonorū institutū ac propositū vincas sa
cerdotū. Antistitem .n. solis ac lune et ceterorū deorū per quos
terrena omīa gubernātur sic oportet animū suū semp instruere
ut dignus esse tātis cerimoniis omniū testimoniis comprobet[ur]
Dabis sane responsa publice et hoc interrogaturis ante pdicito
Omnia quidem illis de quibus interrogant te; clara sis voce
dicturus: nequid a te tale forte queratur quod non liceat nec in
terrogare nec dicere. Caue nequādo de statu rei publice vel de
vita romani imperatoris aliquid interroganti respondeas. Non
.n. oportet nec licet ut de statu rei publice aliqua nefaria curiosita
te dicamus. Sed et sceleratus atq3 omni animaduersione dignus
est· si quid interrogatus de fato dixeris imperatoris quia nihil
nec dicere poteris nec inuenire. Scire .n. te conuenit quod et a
ruspices quotienscūq3 a priuatis interrogati de statu imperatoris
fuerint et querētī respondere voluerint. Exta semper que ad hoc
fuerint destinata venarū ordines inuoluta confusione conturbant
Sed nec aliquis mathematicus verum aliquid de fato imperato
ris definire potuit. Solus .n. imperator stellarum non subiacet
cursibus et solus est in cuius fato stelle decernendi non habent
potestatē. Cum .n. fuerit totius orbis dominus fatum eius dei
sūmi iudicio gubernatur· et quia totius orbis terrenū spaciū
imperatoris subiacet potestatibus etiam ipē in eorū deorū nume
ro constitutus est: quem ad facienda et conseruāda omnia diui
nitas statuit. Principalis hec ratio et aruspices turbat. Quod
cunq3 .n. ab his inuocatū fuerit nūmen quia minoris est potes
tatis· que est ī imperatore non poterit explicare substantiā. Cui
.n. omēs ingenui: omēs ordines: omēs diuites: oēs nobiles

omnes honores · omēs seruiūt potestates : diuini nūminis et
īmortalis sortitus licentiae potestatē · in principalibus deorū or
dinibus collocatur · Quare quicunq aliquid de Imperatore que
siuerit : nolo ut eum tri a ac seuera responsione conturbes Sed
ei docili sermone persuade q nulla possit de vita principis a
liquid inuenire ut persuasionibus tuis monitus istum furo
rem temeritatis correcto mentis errore deponat · Sed nec
differre te volo siquis aliquid male quesiuerit ne cū ille
ob illicitas animi cupiditates capitali sententia subiugatus : mor
tis eius causa extitisse videaris quod alienū est a proposito
sacerdotis · Sit tibi uxor sit tibi domus · Sit honestorū amico
rum copia ; Sit ad publicū assiduus accessus esto ab oībus
contentionibus sepatis Nulla negocia noxia suscipias · nec
te aliqn pecuniē augmēta sollicitēt esto ab omni crudelitatis
ardore sepositus · nunq alienis iurgiis uel capitalibus ac pes
tiferis inimiciis gaudeas Sed tibi in omni conuersatione pla
ceat quieta moderatio · fuge seditionē · fuge semper turbulēta
certaminā · amicitie fidem fortibus copulationibus stringe Da o
peram ut in omnibus actibus fides tua incorrupta pmaneat · Nu
q conscientiā tuam falsis testimoniis polluas nunq pecuniē fen
exerceas nec alienis necessitatibus miserū tibi pecuniē conferat
augmentū Iurisiurandi fidem nec promittas nec exigas presertī
si propter pecuniam exactum fuerit ne pp̄ter pecuniē miseram
stipem diuina nūminū presidia implorata esse videatur Erratib
hominibus presertim quos tibi amicitie necessitudo coniunxit Rectā
viuendi viam monstra ut tua institutione formati preteritis vite
liberētur erroribus ut non solū responsis sed etiam consiliis per
ditas hominū possis instituere cupiditates Nunq nocturnis sa
crificiis intersis siue illa publica siue priuata dicātur Nec secrete
cū aliquo fabulas conferas sed palam sicut superius comphēdi
sub conspectu omnium istius diuine artis exerce disciplinam
Nolo te vicia hominū i tractatu geniturarum manifestius ex
plicare Sed quotienscunq ad hunc locū veneris responsū tuū
cū quadam ruboris trepidatione suspende ne quod homini
malus stellarum decreuit cursus : non dicere sed exprobrare
videaris · Secerne te ab spectaculorum semper illecebris ne
quis te fautorem alicuius esse partis existimet Antistites
enī deorum sepatos et alienos esse decet prauis illecebris
voluptatum Cum animū tuū his ornamentis ac presidiis
virtutis ornaueris : aggredere hoc opus et posteriores libros quos
de apotelesmatibus scripsimus securamentis animositate per
disce Q si ab his institutis que de moribus diximus animum

tuum ex aliqua parte transtuleris vide ne prepostere cupiditatis instinctu aut sacrilego temeritatis ardore ad huius disciplinae secreta venias nec errantibus animi cupiditatibus religionis istius archana committas Non. n. oportet perditas mentes hominum divinis imitari cerimoniis. Sed nec occupato animo et perdita cupiditate polluto inherere aliquando poterit istius venerande scientie disciplina Et patitur semper iacturam maximam cum ea improba professoris voluntas Immaculatus itaque purus castus esto et si te ab omnibus nefariis actibus separasti que animum persundare consueverint et si te recte vivendi votum ab omni scelerum liberavit invidia et si purgatum animi et memorem divini seminis geris: adgredere hoc opus et posteriores libros memorie trade: ut integram tibi scientiam divinitas tradat: et ut animus tuus latenter presagam maiestatem attedat ut veram divinitatis scientiam consecutus in desiniendis fatis hominum et in explicando vite cursu non tantum lectionibus sed propriis mentis iudiciis instruaris: ut plus tibi divinitate animi quam lectionum magisterio conferatur

Iulii Firmici Materni iunioris V. C. Matheseos Liber secundus explicit
Incipit Liber tertius Lege feliciter



Atheseos qui pertinebat sermo totus ad definitionem apotelesmatum vel sententias transferatur ut patefactis omnibus atque monstratis que divini veteres ediderunt studiosis huiusce artis viris tota plenissime per nos insinuentur huius prudentie disciplina. Scire itaque nos principe in loco oportet Loliane decus nostrum quod ad imaginem speciemque mundi formam hominis ac statum totamque substantiam deus ille fabricator hominis natura monstrante perfecerit. Nam ita corpus hominis ut mundi ex quattuor elementorum commixtione composuit ignis scilicet et aque aeris et terre: ut omnium istorum coniunctio temperata animal ad formam divine imitationis

ornaret et ita hominem artificio diuine fabricationis expo
suit ut in paruo corpore omnē elemētorū vim atq substātiā
natura cogente conferret ut diuino illi spiritui qui ad sus
tentationē mortalis corporis ex celesti mente descendit licet
fragile sed tamē simile mūdo pararetur hospitiū. Hac ex
causa hominē quasi minorem quendā mūdū Stelle quoq
Sol etiam et luna ignita ac sempiterna cogitatione sustentāt
Ut animal quod ad imitationē mundi factū est similis diuini
tatis substātia gubernetur Quare illi diuini viri atq oīuz
admiratione digni Petosiris necepso: quorū prudentia ad
ipā secreta diuinitatis accessit: etiam mūdi genturā diuino
nobis sciencie magisterio tradiderūt ut ostenderent atq mō
strarent hominē ad naturā mūdi similitudinē q formatū isdē
principijs quibus ipse mūdus regitur et continetur perenni
perpetuitatis sustentari comitatibus. Mundi itaq genturā
hanc esse voluerūt secuti Esculapiū et anubiū quibus poten
tissimū mercurij numen istius sciencie secreta commisit Constitu
erunt solem in Leonis. p̄. XV. Lunā in cancri. p̄. XV. Satur
num in capricorni. p̄. XV. Jouem ī sagittarij. p̄. XV Martē
ī Scorpionis. p̄. XV. Venerē in libre. p̄. XV. Mercuriū ī vir
ginis. p̄. XV horā in cancri. p̄. XV Secundū hanc itaq
genturā et secund has conditiones stellarū et secundum
testimonia que huic genture perhibent et secund istagratio
nes etiā hominū uolunt fata disponi Sicut ī illo libro cōtinē
tur Esculapij qui Minogenesis appellatur. Prorsus ut nihil
ab ista mūdi genitura in singulis hominū genturis alienū
esse videatur Videamus itaq que stella luminibus quatenus
uel qua ratione radiationis sue testimonia comodauit. Lumi
na autē sunt Sol et luna. Saturnus se primū lune coniungit
Nam lune est conditionē secutus Ideo autem cōditionē lunē sequitur
quia in feminino se signo constitutus lune in feminino signo
constitute per diametrū radios excipit. At uero cū idem Sa
turnus in ista saluet gentura ad aquarij signū transitū fecit
soli se rursus simili radiatione coniunxit Et rursus ad eam quam
sol conditione componit Nam in masculino constitutus signo
equabili se testimonio radiationis adsociat cum per diametrū
solem simili qua lunā radiatione respexit. hac ratione etiā
Jupiter in sagittario constitutus ē ut in signo masculino consti
tutus et per trigonū testimoniū soli perhibens solis se pri
mū conditioni coniunxit et ob hoc in masculino signo cōstitu
tus in euisdem generis signo constitutoq soli associatus eius
primū sequitur potestatē Cum vero ad pisces trāsitū fecerit

lune serursus pari condicione coniūgit Nam simili more per
trigonū in feminino ipse signo positus lunā in eiusdem gene
ris signo constitutam equata condicionis radiatione respexit
Simili modo etiam martis stella in scorpione constituta quia
in feminino ē signo per trigonū lune testimoniū perhibet Cū
vero ad arietē venerit ad solis testimoniū transitū masculiō
signo collocatus soli trigonica radiatione coniūgit Sed ista
ratio in venere cōmutata est. In libra enī constituta cū sit ipm
signū masculinū Lune tū per quadratū testimoniū perhibet
Verū cū ad taurū transitum fecerit feminino signo constituta
et solem quadrata radiatione respiciens ipsi rursus testimoni
um perhibet. Mercurij vero stellam in istam geniturā con
munem esse voluerūt quia neq; soli neq; lune per quadratū
neq; per trigonū neq; per diametrū testimoniū perhibet nec
ista se cum sole aut luna radiatione coniūgit Sed delectari
quidem per diem soli si matutinus: per noctem vero lune si
vespertinus fuerit. Hec omīa que diximus etiā in homi
num genituris voluīt observari debere et putant se fatum
hominis invenire non posse nisi iste radiationes sagaci fuerīt
inquisitōe collecte Sed neq; hominū fabulosa cōmenta de
cipiant et qui putant a prudentissimis viris genituram is
tam sine causa esse compositā: omīa a nobis debent spec
aliter explicari vt secreti istius prudentissima ratio homib[us]
diligētissimis expositionibus intimetur Non fuit ista geni
tura mūdi nec .n. mūdus humane fragilitatis extēdere ne
originē mūdi fatali possit divine mentis ac providi nūminis
certū diem habuit ortus sui nec aliquis interfuit eo tempore
quo mundus divine mentis ac providi nūminis ratione forma
tus est Nec eousq; se intentio potuit hūane fragilitatis vt
originē mundi fatali possit ratione concipere aut explicare pre
sertim cū ccc mil. annorū maior apocatastasis idest re
dintegratio per hecpyrosim aut per cataclysmū fieri con
sueverit his .n. duobus generibus apocatastasis idest redinte
gratio fieri consuevit Tunc ergo exustioni diluvium idest hec
pyrosi cataclysmus sequit' Nulla .n. re alia exuste res poterāt
renasci Nec ulla re alia ad pristinā faciem formamq; revocari
nisi admixtione aque concretus pulvis familiarū omniū geni
taliū seminū collectam conceperit fecunditatem. Sed vt esset
quod mathematici in genituris hominū sequerēt' exemplum
Ideo hanc quasi geniturā mundi divini viri prudēti ratione fix
erunt Libet itaq; divine istius compl cōpositionis explicare cō
mēta ut cōiectura istius admirabilis ratio magisterij studio pan

datur Voluerūt itaq; lunam constituere ut primū se satur
no coniūgeret et que temporū traderet principatū nec īme
rito Quia enī prima origo mundi inculta fuit et horrida
et agresti conuersatione et fera et quia rudes homines
prima et incognita sibi uestigia lucis ingressus polite huā
nitatis ratio deserebat Saturni hoc agreste et horridum
tempus esse voluerūt vt ad imitatione͞ huius sideris tirs
vite constituta qualitas agresti se conuersatione et inhuma
na feritatis exasperatione duraret · Post saturnū Jupiter acce
pit temporum potestatē Nam huic secundo loco luna cōiūgit
ut deserto pristini squaloris horrore et agrestis conuersationis
feritate seposita cultior vita hominū purgatis moribus red
deretur · Tertio vero loco marti se luna cōiungens ei temporū
tradidit potestatē ut rectū vite iter ingressa mortalitas eciā
inhuanitatis quadā moderationis moderatione composita: aciā
artius hac fabricatione ornamēta conciperet Post martē
dominādi venus tempus accepit vt quia per gradus cresceēs
hominū disciplina etiam prudētie ornamēta concepit Hoc tē
pus quo mores hominū sermo doctus excolūt et quo homines
singularū disciplinarū naturali licet scietia formati sī: veneris
esse voluerūt: ut leti ac salutaris numinis maiestate prouecti
errantes actus prudentie magisterio gubernarēt · Ultimū
vero tempus mercurio dandum esse putauerē cui se nouissi
mo luna coniūgit · Quid hac potest inueniri disputatione sub
tilius: purgatis agrestibus · repertis artibus disciplinisq; cō
positis · per diuersos actus humani generis excreuit intentio
et quia nobile ingeniū in homine vnū vite cursum seruare
non potest ex uariis institutis moribusq; confusis: malicie cre
uit improbitas et ad vite scelerū flagicia gens hominū hoc
tempore facinorosis machinationibus et inuenit et tradidit.
hac ex causa vltimū tempus mercurio eē tradendum putant
putauerūt vt ad imitationem istius sideris inuēta gens homi
nūm plena malicia conciperet potestatē Ex his itaq; que per
ordinem gesta sunt et ex his quatuor hominū succedētiū tem
porū mutatione͞ fecerūt genituram mundi diuinam coniectu
re interpretatione composita est vt nobis hactenus et origo
et cursus huāni generis traditur et ut hoc esset quod in geni
turis hominū sequeremur exemplū · Nequid autem a nobis
pretermissū esse videat: omnia explicāda sī que probāt ho
minē ad imitationem mūdi similitudinem q; formatū Apoca
tastasin ecpyrosin et per cataclysmū fieri et nos diximus
et ab omnibus comprobat · Substātiam etiā humani corporis

completo vite cursu simili ratione dissolvit Et quotiensc͞u
q̄ homo naturali caloris ardore corpus hominis nimis laxa
tum humorū inūdationibus evaporat: Ita semper aut ig
nito ardore decoquitur aut nimia desudatione dissolvit Nec
aliter prudentissimi medicine artis interpretes substātiam hu
mani generis naturali pronūciant fine dissolui nisi aut hu
mor ignem dissoluīt aut calore cursus dominate extinctus
medullitus ignis aruerit Sic omnifariam ad imitationē
mūdi hominem artifex natura composuit ut quicquid sub
stantiā mundi aut dissolvit aut format hoc etiam hominē
et formaret et solveret. Cur autem initiū signorū XII
ab ariete esse voluerunt etiā nunc hoc explicandū est idest
quod in libro institutionis non explicavimus. Questio ista ex
plicari non poterat nisi fuisset mūdi monstrata genitura: quā
in libro institutionis explicare non debui ne rudes discentis
animos expositio ista obscura interpretatione turbaret Re
tractans itaq̄ genituram mūdi quā diximus a sapientissimis
viris prudentissime esse compositā invenī · M·C genitur
in ariete esse positum: Ob hoc itaq̄ quia frequēter imo sē
per MC in omnibus genituris possidet principatum et quia
hic locus supra verticem primū est: et quia ex hoc loco totius
genitura fundamēta colligimus: oportuit ex hoc signo initiū
signis omnibus datū est presertim cū maxima pars stellarum
: sed et ambo lumina idest sol et luna radios suos in hoc sig
nū miserint quibus omnibus gentibus siderum initiū ex hoc
signo inchoari convenit. Nunc quia hec dicta sunt atq̄ mō
strata definiendū est per singula genitura loca quid constitute
singule stelle decernāt Et quāvis quidam putant platicam is
tam dispositionem: tamē discentis ingeniū facili institutio
nis magisterio componit Ne quasi in tenebris constitutus
mathematicus caduca erroris confusione turbetur Sed licet
platice definita hec a quibusdam putentur: etiam partiliter
in hoc libro multa dicētur: Tunc n· habebunt efficaciā suā stel
le si in locis suis singulis partiliter fuerint collocate De Sa
turni stella Saturnus in horoscopo Saturnus per
diem in horoscopo partiliter constitutus idest in ea parte in
qua horoscopus facit cum summo clamore edipartum Est au
tem iste qui nascitur maior omnibus fratribus aut siquis ante
eum natus fuerit ut a parentibus separetur Semper autē
denus iste p diem ī omnibus quatuor cardinibus facit primos nas
ci aut primos nutriri aut eos fratres qui ante se nati fuerīt
recedunt. Facit inflatos ac superbie spiritus sublevatos Si vero

Si uero saturno per diem in horoscopo constituto mars a
liū genture possederit carnē cardinē vel in anafora car
dinis fuerit: multorū malorū significat aduentū maxima
.n. faciet pericula et labem patrimonij: frequenter vero
si nulla illius beniuola stella in bono genture loco posita for
ti radiatione coniunxerit. Et si crescentis lune mars radios
excepit Biothanatos facit. Si vero p noctē saturnus in
parte horoscopi fuerit constitutus. his qui sic eum habuerint
maximis langoribus impeditur et magno semper labore
deprimitur quibusdam vero circa aquam dabit actus sic
tamen ut semper laboriosis conuersationibus atteratur. In
secundo loco saturnus ab horoscopo cum possederit locū
facit egritudines graues et euersiones maximas. uxoris
etiā et filiorum interemptor est et maximarū turbarū et fre
quētiū concitator Sed et paternā ac maternā substātiam
dissipat Ipsum vero qui natus fuerit tardiorem ī omnibus acti
bus facit. quibusdam perpetuas indicit corporis valitudines.
Si uero sic constituto saturno mars in quolibet genture car
dine fuerit et solem per quadratū uel per diametrū viderit aut
lunā crescētem simili ratione respexerit: faciet miseros pau
peres destitutos et qui corpus suū quotidianis operibus oppo
nant. Si uero per diem in secundo signo ab horoscopo fuit
: tarde et gradatim augmenta patrimonio dabit Ipsos vero
absconsos latentes et animo pauperes reddit et habere se a
liquid semper negātes Quibusdam vero ex aquaticis actibus
uel ex humidis negotijs vite subsidia largitur In Tertio signo
saturnus ab horoscopo constitutus. facit pigros tardos et
nullam substantiā patrimonij requirētes Si vero cum mer
curio ac luna in hoc loco fuerit: faciet cum stultitia maliciosos
. sacrilega contra diuinitatem verba iactātes: perdentes semper
patrimoniū suū. fures sed quos in furto prosper nūquam sequitur
euētus. Si vero his ita positis quacunque se mars ratione con
iunxerit accusatores. sycophantes. malos maliuolos inuidos
maliciosos faciet et mala semper morte pereuntes In Quar
to loco saturnus ab horoscopo partiliter constitutus Idest
in MC Si per diem hunc locum tenuerit. facit pecuniarū
auidos. custodes auri et argenti. Per noctem vero in hoc sig
no si fuerit paternū patrimoniū dissipat et citum patris mortē
faciet. egritudines etiam graues et frigidos horrores corpo
ris et infirma etate faciet semper infamem. Si vero lunā
de quadrato vel de diametro viderit aut si luā ī eadem parte
fuerit qua ipē constitutus sterilitatē filiorū faciet. cogit eū qui

natus fuerit alienos sibi filios adoptare aut tutores pupillorũ
fiunt et ex latentibus doloribus perpetue valitudinis vitio defor
mat Matrem vero eius qui natus est cito viduam reddit et
ex mulieribus graues ei valitudines irrogabit stomachi q;
facit perpetuis doloribus fatigari In quinto loco Satur
nus ab horoscopo constitutus Si per diem in isto loco fu
erit Reges facit ac duces et maxima largitur insignia po
testatis. Si vero sic Saturno posito Sol in parte horoscopi fuit
inuentus et coniunctionẽ lune Saturnus crescentis exceperit per
petuas tribuit felicitates et maiorũ potestatũ ornamẽta decernit
Si vero sic Saturno posito non sol sed Jupiter in horoscopo
fuerit: faciet minoris loci magistratus et ciu singularũ ciui
tatũ gubernacula credat. dominos autẽ maximi patrimony
faciet ita ut ex suis opibus etiã alios sustẽtare possint Si vero
neq; sol neq; Jupiter in horoscopo fuerit et coniunctionẽ lune
crescentis exceperit et sit in quĩto loco constitutus dabit sub
stantiã et hereditates Erunt tñ frequẽter sine uxore aut
indignis sibi matrimoniis copulatur. Si vero per noctẽ istum
geniture locum Saturnus tenuerit: i processu etatis quãtulũ
cunq; domino partẽ felicitatis assignat virtutẽ vero eius incõ
stantẽ facit tardũ etiã in omnibus actibus hominẽ et pigrum
demonstrat. quosdam autẽ si deficiens se ei luna coniunxerit fa
cit patrimoniũ amittere et quicquid ante quesitũ fuerat mi
sera laceratione disperdere In Sexto loco Saturnus ab
horoscopo constitutus omẽ patrimoniũ dissipat: male n.
semper in isto constituitur loco. facit etiã egritudines: preserti
si deficiens se ei luna coniunxerit. vel si tũ deficiens per diametrũ
respexerit vel si quadrata ei deficiens fuerit. faciet infelices
infames. erraticos qui in vno nũq possint consistere loco Si
autem sic constitutũ Saturnũ vel de quadrato vel de diame
tro mars respexerit vel sicũ eo in ipso signo fuerit faciet la
tentes corporis dolores vel ptisicos disintericos. et si sic eos
positus nullius beniuole stelle radiatio mitigarit. facit eos
qui sic nati fuerint ex istis valitudinibus deperire In Sep
timo loco Saturnus ab horoscopo constitutus constitutus id
est in occasu partiliter Si matutinus fuerit diurna scilicet
genitura. bonus erit et maximã decernit substãtiã Seductũ
tum fuerint limen senectutis ingressi maximã. n. sic positus
senectutis largitur etatẽ et pecuniarũ custodem faciet et latẽ
tiũ corporũ dolores indicit. facit enĩ emoroicos aut neruorũ
dolore contractos Si vero in hoc loco vespertinus fuit fistulas
circa anũ facit et simili modo emoroicos preserti sicut eũ positũ

qualitunq; mars radiatione respexerit facit n. reumaticos et
quibus frequēter apostemata nascātur et quos semper uxorū
casus grauí doloris acerbitate conficiant In octauo loco Sa
turnus ab horoscopo constitutus Si per diem fuerit hac te
nus collocatus · procedente etatis tempore augmēta patrimonij
largitur Quibusdam vero simili hoc loco constitutus si ī mar
tis signo fuerit vel in martis finibus · ex alienis mortibus pe
cunias decernit · Si vero per noctem in hoc loco fuerit consti
tutus : euersionem patrimonij faciet Si luna eū quadrata
uel diametra radiatione respexerit malū si sic constituto satur
no : in domo saturni luna constituta precedētibus eū radiatio
nibus respexerit Et si lunā sic pōitam cū saturno mars ex a
liqua parte qualibet radiatione respexerit biothanatos facit mala morte p
Et si mars similiter et Jupiter · lunā et saturnū sic sicut diximus ros hoc ē bis
collocat oportuna radiatione respexerit · bonos bone vite opi natos,
nionisq; faciet Sed circa affectus uxoris semper instabiles · bona
autē radiatio trigonica est aut exagona In nono loco Satur
nus ab horoscopo constitutus Magos ac famosos faciet uel
philosophos opinatos vel sacerdotum templorū In magica
semper opinione famosos. facit etiā pro qualitate signorū Arus
pices vates mathematicos vera semper interptatione fulgē
tes et quorū responsa sic fiunt quasi quadam diuinitatis aucto
ritate prolata Quosdam autē facit in templorū cultu semper
perseuerare aut prepositos religionū : interdū somniorū di
uinos reddit interpretes sed et frequenter facit philosophos
capillatos · Si uero fuerit per noctē hoc loco constitutus · faciet
iras deorū Imperatorū odia : presertī si luna minuto lumine
ad eum feratur qualiq; radiatione · maiora autē a dijs vel ab
Jmperatore ei qui sic natus fuerit decernūtur mala si sic positū
cum luna saturnū mars ex aliq; parte respexerit Mitigantur
vero si se oportuno iouis ei radijs accesserit et si in suis finibus
fuerit vel in domo solis uel in altitudine sua Si tū se trigonica
ioui radiatione coniunxerit In decimo loco Saturnus ab ho
roscopo constitutus partiliter in MC faciet impatores du
ces · prefectos pretorios · Si sic posito Saturno in quibus ex
altatur sol in horoscopi parte fuerit constitutus Saturnus autē
sicut ante diximus ī MC per diem fuerit inuētus · faciet
honestos · honestis moribus agricolas sed locupletes et quorū
possessiones aut mari aut fluuijs aut siluis semper adiacēt
Dabit etiam substātias maximas · magnā gloriā et a maio
ribus pre personis hereditates si sic ei posito nulla se radiatoē
coniūxerit Et si mars sic eū pōitū respexerit validissima conucti

one hec que diximus minora prestabit. Si vero per noctem in
MC fuerit inuentus infelicitates decernit patrimonii amis
sionem facit: denegabit nuptias. denegabit filios presertim
si in maligne stelle vel signo vel loco vel finibus fuerit inuen
tus. Et si beniuola stella sic positum per noctem saltem saturnum bo
na radiatione respexerit idest Iouis vel venus spetialiter: quos
paulo ante diximus denegari ex aliqua parte largitur. Sed spe
tialiter Saturni stella per noctem in omnibus cardinibus constituta
mala geniture maxima decernit. Uxorem. non permittit. filios
prosternit et acerbos dolores orbitatis semper indicit. Et si
sic positus coniunctionem lune deficientis exceperit is qui sic sa
turnum habuerit paupertatis onere confectus ut et quotidiane
vite alimenta vix habeat presertim si luna in feminino signo
constituta deficiens lumine se saturno coniunxerit. Et si sic
Saturnus positus radios lune crescentis exceperit inequalita
tem vite decernit ut non sit in eo qui sic habuerit saturnum
unus vite similisque cursus sed ut semper se mutabili diuersita
te conuertat. Si vero sic posito Saturno Mercurii se ei stella
sociauerit acumen cordis maximum dabit et longam vite sub
stantiam presertim si dominus geniture vel dator vite fuerit. Et si
contrarius fuerit is qui dominus geniture est ei qui dator vite
fuerit: ex his annis qui decreti fuerint XXX annos sub
trahit. Sed et potiora mala decernit: quotiensque sic collo
catus: contra dominum geniture quem greci occodespoten vo
cant vel si contra datorem vite fuerit collocatus presertim si
mars eum quadrata uel diametra radiatione respexerit: facit
et non si sic fuerit collocatus paralyticos. ridiculos. gibbos.
nanos. mancos. hermafroditos et quecunque his sunt similia
Decernit autem hec secundum corpora signorum atque substantiam. Et si
sic Saturno posito ab eo recedens luna marti se coniunxerit in
nocturnis scilicet genituris. faciet insanos lunaticos. melancolicos
languidos. Et si sic saturnus constitutus in nocturna genitura
in extremo cornu deficientis lune heserit facit pthysicos
In Undecimo loco Saturnus ab horoscopo constitutus Me
diocria decernit bona et quantum aliquid magnum fuerit largitus
eum qui natus fuerit in eo loco et in eo ordine collocabit in
quo fuit pater eius ante collocatus. Sed post XXX etatis an
num. Nam ante XXX etatis annum quicquid quesierit amittet
nec poterit dignitatem uel patrimonium consequi nisi prima XXX
annorum spatia transiuerit. In Duodecimo loco Saturnus
ab horoscopo constitutus tumultus: sermonis discrimina uel
propter seruos pericula decernit et distringit seruitia qui sic eum

in genitura habuerit collocatum. faciet etiam maximas e-
gritudines sed et valitudines non modicas presertim si sic
Saturno posito luna ex aliqua parte se coniunxerit. et si nulla
beniuola stella in genture cardinibus fuerit collocata. Nam
si sic posito saturno beniuola stella in quocumque genture cardine
fuerit inuenta: hec mala que diximus ex aliqua parte mitigan-
tur que omnia mitiora erunt atque leviora si per diem saturnus
fuerit inuentus; fortiora vero et vehementiora si istum locum
in nocturna genitura possederit. Sed in his omnibus locis sa-
turno posito partem eius diligenter inquire ut inuenias in quo
loco et in quibus finibus duodecathemorium eius sit collocatum
ut ex duodecathemorio et ex finibus duodecathemorii omnem
saturni inuenias potestatem. Iupiter. Si Iupiter
in primo cardine partiliter id est si in parte horoscopi
fuerit constitutus. In his presertim signis in quibus gaudet
vel in suis domiciliis et suis finibus vel in altitudine sua
faciet nobiles gloriosos magnos semper prepositos ciuitatis
interdum magnarum ciuitatum decernit primos pro mensura
genture bonos. venustos. beniuolos. letos. diuites presertim
si per diem in horoscopi partibus fuerit inuentus et si nulla
maliuola stella sic ei posito ex aliqua parte respexerit. Nam
si Iouem sic positum maliuole stelle contraria radiatione respex-
erint: totum quicquid Iupiter decreuerit ex magna parte minuit.
Si vero per noctem in horoscopi parte fuerit inuentus: faciet
primum nasci inter fratres vel qui ante ipsum natus fuerit
interimit vel in longinquis eum separabit et constituet regioni-
bus ac locis ut ipse in paterna domo habeat principatum. Facit
autem bene nutriri et parentes eius in maxima felicitate constituet.
Et si sic per noctem Ioue posito maliuola stella restiterit: omnem
paternam ac maternam substantiam dissipat. Semper autem Iupiter
in cardinibus genture collocatus aut primos nasci faciet aut
fratres eius maiores interimit ut ipse sicut superius dixi solus
in domo paterna habeat principatum. Et si per noctem vel
diem in horoscopo constituto ioue crescens luna quacumque se ei ra-
diatione coniunxerit: faciet maximos administratores. rectores
ciuitatum et maximis negotiis sepe prepositos. In secundo
loco ab horoscopo constitutus Iupiter. extraneas here-
ditates decernit et ab extraneis faciet adoptari. dabit autem
magnorum nobilium maxima possessionum dominia. Si sic posito
Mercurius: et ipsi bene posito bona radiationi coniunxerit. Et
si sic positum Iouem societatem mercurii habentem Mars vel Satur-
nus ex aliqua parte prospexerit: frequenter mutabit statum et de-

bonis actibus ad malos actus transferri faciet · et erit quis sic saturnũ habuerit semper in omni vita varia diversitate mutabilis: ut nũc abundet diuitijs · nunc paupertatis onere deprimat. In Tertio loco Iupiter ab horoscopo constitutus nec bonus est nec malus sed equabilis semper moderatione componitur: ut eorum interdũ patrimonia dissipentur Interdum vero illis insperate diuitie conferantur. In Quarto loco Iupiter ab horoscopo partiliter constitutus Idest In medio celi IOVC facit maximos viros iuridicos vel legũ latores: vel legum interpretes et iurisperitos facit etiã iumentorũ amatores atque cultores pro qualitate signorũ · nuncios regum vel ducũ vel iudicum et quibus primis cursus publici cura sollicitudo que mandetur · et qui cursu publico · iussu principum vel ducũ uel iudicũ huc atque illuc frequenti discursione mittũtur. Faciet notos principibus publicis actibus positos et qui deorum se presidio cõmittant et a dijs remedia postulent et quibus directum iter frequenti significatione demonstrent. Plurima autem cum sic habuerint iouem futura prenoscunt et habent in templis honores frequenter maximos Alij autẽ pro qualitate signorum thesauros inueniũt. Semper autem sic positus Iupiter usque ad mortem felicẽ decernit senectutem Si uero sic ioue constituto in diametro sol fuerit collocatus nobilem patre facit et gloriosum: sed patrimoniũ eius circa mediũ etatis tempus dissipabit et rursus postea colliget Erit autem circa feminarũ coitus ꝙ tardior · et filiorũ affectibus separatus Si vero p nocte fuerit inuentus · mediocres faciet in substantia homines · et processu temporis feliciores In Quinto loco Iupiter ab horoscopo constitutus Magna felicitatũ augmẽta decernit facit eum qui natus fuerit ĩ maximis publicis honoratum · presertim si ĩ domicilijs suis vel finibus vel ĩ altitudine sua vel in domo solis fuerit inuentus Quod si sic posito ioue Mars se bona radiatione coniunxerit faciet duces · habebit etiam vite ac necis potestatem Quod si sine marte sic posito ioue Mercurius et luna se aliqua parte coniunxerint faciet procuratores regũ rationales Quod si sine his omnibus venus ei se sola ex aliqua parte coniunxerit · facit affluentis felicitatis ornatos Nam sicut superius diximus Si cũ marte sic fuerit constitutus Is qui sic eum habuerit regali erit semper potestate perspicuus et sententie eius sic erũt tanque ab eo coniunctis hominibus diuina documẽta proferantur. Erit autem qui sic eũ habuerit fortis corpore: validis ossibus et si coniunctionẽ cũ uento lune crescentis exceperit diuine atque imortalis pene substantie hois perrabit

Oportebit autem eum semper si sic Iupiter fuerit collocatus: quo
vento crescens luna ad eum feratur. Difficile .n. ista ratio colligi
tur. Nam si ī aquilone constituto ioue: ex austro recedens lu
na crescenti ac pleno lumine se iunxerit. In qūto scilicet Ioue
loco ab horoscopo constituto. et his signis quibus gaudet vel
in domicilijs suis uel ī altitudine sua per diem dūtaxat facit
īuictos Imperatores et qui totius orbis gubernacula tenēt
presertim si sic Ioue collocato in his sol signis in quib9 gaudet
vel in quibus exaltat᷑ trigonica se radiatione coniunxerit
Gaudet autem per diem solis a saturni radiatione adorna
tus presertim si ī matutiō ortu fuerit constitutus. Et si sic po
situs Iupiter sicut diximus deficientē exceperit lunā faciet
honestis moribus homines et moderate dignitatis gratia
sublevatos et quibus nūq̄ se onus paupertatis imponat. Et
si sic posito ioue sine coniunctione ulla ventorū quā dixim9 cres
cens se luna simplici ratione coniūxerit: administratores cō
sulares. frequēter etiā et consules ordinarios. presertī si di
urna genitura fuerit. Si vero mercurij se societate radiatio
neq̄ coniūxerit: longos annos et vite maxima spatia decer
nit. Dabit etiam utriusq̄ sexus filios aut geminos presertī
si ipse fuerit dominus genitur e vel dominus partis horosco
pi vel dn̄s eius signi in quo est dominus geniture collocatus
Et si in nocturna genitura contra datorem vite fuerit collo
catus. Non enī gaudet Iupiter in nocturnis genituris: eius e
tatis quecunq̄ decreta fuerit XII annos aufert. Sed et si
in nocturna genitura Mars ei9 vel venus uel luna contrario
se cursu monstrauerint: maximis eum qui sic natus fuerit
faciet vitijs implicari secūdū naturā scilicet signorū atq̄ sub
stantiā. In humanis .n. signis sic positus facit libidinosus et
circa amores insana cupiditate preposteros. facientes ea que
mulieres facere consueuerīt. In quadrupedibus vero signis
sic positus venatores faciet et ferarū amatores et quos
semper silvarū deserta delectēt et assiduis laboribus impli
catos. In terrenis vero herbarios facit et plus volentes
scire q̄ patitur hūana natura hūane nē substātia. In aquo
sis vero piscatores et quibus circa fluuium vel mare ul' pa
ludes sit subsidiū. laboriosos sane et ex istis artibus sepe vi
uentes. Et si sic posito Ioue ī nocturna genitura. resistētibus
ei his quibus diximus luna ab eo recesserit inequalē vitā
faciet. frequētiores miserias incidit. Sed hoc a malo ex aliq̄
parte temperabitur: si sic eo posito recedens luna: veneris se
oportuna radiatione cōiūxerit. Et si sic posito ioue luā ab eo

recedens luna

recedens nullius stelle habuerit coniunctionē : maxīas infeli
citates labores miserias q; decernit Q si sic posito ioue rece
dens ab eo luna et quodāmodo fugiens per quadratū siue
diametrū radijs martis obiecerit biothanatos faciet secūd
naturalem signi formā atq; substantiam Si .n. per diametrū
sic · cū a ioue recedētem lunā mars hac qua diximus ra
diatione respexerit in nocturna genitura : faciet rixas pe
ricula et magna semper cum inferiore certamina Vnde
per noctem in hoc signo iupiter , frequēter malas decernit
calamitates In sexto loco Jupiter ab horoscopo constitu
tus Maxima mala decernit · faciet enī natos frequēter ex
pom · maxime si in sexto loco constitutus ipē dominus eius
signi fuerit in quo est horoscopus uel in quo est MC consti
tutū presertī si in nocturna fuerit et si per diametrū solem ul
saturnū uel martem respexerit et si sic positus lunā deficientē
de quadrato respexerit vel cū eodem luna in eodem signo defi
ciens fuerit Q si sic positus siue maliuola cuiusdā stelle ra
diatione crescētis lune lumē exceperit · hec que diximus ex
parte aliqua mitigātur et facit aurifices aut eos qui noto auro
vestes pingunt · facit interdum et argētarios Sed nihilominus
etiā si eas fuerit largitus hos eosdem crebra euersione desubi
tat Locus .n. idest sextus habet militie propriā prerogatiuā
et quecumq; stella in ipso loco fuerit idest in sexto ad decer
nenda mala maximas uires ex loci vicio vitio mutabuntur
In Septimo loco Jupiter ab horoscopo constitutus idest
in occasu partaliter in diurna scilicet genitura : facit locupletes
· et longe ac beate senectutis spatia decernit Sed filiorū locus
et coniugis nocturnus maxime · Nam et carissimā et moratā
uxorem amittat necesse est et amati filij uel filie miserā vide
bit mortē · Si uero per noctem in eo loco genitura fuerit ī uetus
crescente etate augmēta patrimonij consequetur · mediocris uero
substātie erit et tantarū facultatū ut nequid desit In oc
tauo loco Jupiter ab horoscopo constitutus · Labe
factat frequēter patrimoniū et īmicos maximos facit et
seditiones frequēter ex populo et maliciosis semper actibus
occupatos · facit etiā ignobiles et stulta iactātes animositate
preposteros et quorū furor ad infamiā procedat presertī si
sic posito iouem cardinē aliquē geniture maliuola stella posse
derit Q si ī eo loco constitutus vel secū habuerit mercuriū
uel eū trigonica radiatione respexerit et ei crescens luna bo
na radiatione coniunxerit : faciet aut procuratores regū aut ra
tionales aut quibus nūmādi potestas conceditur et semper

inlicita

in prima etate morientur. In nono loco Jupiter ab horoscopo constitutus Si diurna fuerit genitura facit eum qui natus est futura quecumq; dicere et reddit deorū semper interpretes. Quidam autē et sacerdotia consequūt͛. alijs facit de templis conferri aliquid muneris Sed interdū facit et dāna et estus dāni et animi Si vero nocte in eo loco fuūt constitutus facit semper falsa somnia sōniātes et qui ꝺ dijs frequēter aliquid mētiāt͛ et qui ꝺ deorū sortibus spem sibi aliquā polliceāt͛ et qui se ex hoc vitatos semper existiment In decimo loco Jupiter ab horoscopo constitutus constitutus idest in MC parciliter per diem publicorū negociorū facit prīcipes. faciet maximorū ꭗ primos et quibus a populo honores maximi conferāt͛: claros et qui se velint semper gratia ostentationis exercere sed ī vita luxuriosos reddit. Quosdā etiā facit magnorū virorū aut Imperatorū negocia tractare. alios per totā vitā suā facit coronatos Sed et maximas felicitates decernit sic positus Si nulla ei maliuola stella ī MC posito resistent Et si sic posito ioue ī IO MC maliuola stella restiterit quicquid ei in prima etate dignitatis vel honoris vel diuiciarū collatū fuerit. totū in vita posteriore minuit͛ ac dissipatur et fundituis euertit͛ nisi octauus idest septimus ab horoscopo locus alterius beniuole stelle fuerit omine minutus Si vero per noctē ī deciō loco fuerit constitutus. honestos quidem moribus facit sed qui cito fallātur et quorū patrimonii frequēter ac cita dissipatione de pereat In vndecimo loco Jupiter ab horoscopo cōstitutus Maximas decernit felicitates et magnas diuitias largitur Dat etiā famosas potestates fasces etiam et proconsulare decernit imperiū si sol et venus bona ei radiatione cōiugāt et si luna ab austro recedens ioui in aquilone constituto plena seco iunxerit idest Si tali ad eum cursu feratur qualē in quinto loco descripsimus Minuūtur autē hec omiā et efficaciā suā perdunt Si ī nocturna genitura sic fuerit constitutus Si vero mars ioui sic constituto fuerit contrarius ī viii° loco geniture posit͛ magnis ac potētib͛ felicitatibus constitutus et maximis diuitijs cultus: totū quicquid ei vel honorū vel dignitatis collatū fuerit miseriarū atq; infelicitatis mansione mutatur In Duodecimo loco Jupiter ab horoscopo constitutus maximas decernit felicitates facit semꝑ īnimicos potentes et qui cum crebra potestate deterreāt presertim si ꝑtiliter horoscopū maliuola stella possederit vel si sic Joue constituto idest in septiā parte horoscopi mars fuerit inuētus Nam si sic ioue constituto idest ī duodeciō loco ab horoscopo. mars ī octaū geniture fuerit inuētus idest in septiō loco ab horoscopo biothanatos

sine dubitatione perficiet. Maiora autem erunt hec mala et fortiori calamitate prevalida si in duodecimo loco iovem constitutum per diametrum sol saturnusque respexerint. Erunt autem pauperes et inopes si sic iove constituto in nocturna genitura deficiens se luna per diametrum opposuerit. Si vero neque ei sol neque saturnus in diametro fuerint et bona geniture loca possederint nec deficiente lumine iovi se luna contulerit. faciet eos qui sic habuerint iovem quodam subtili artificio sepe pollentes aut aurifices aut ex auro vestes pingentes aut malleatores aut musinarios aut ex argento quedam facientes opera. Appetitur autem atque laudatur quecumque ars fuerit si sic iovi constituto veneris se stella oportuna societate coniunxerit. In iove quoque duodecimthemorium diligenter inquire aut in duodecimthemorio vires eius diligenti ratione repenas.

Mars in horoscopo partiliter constitutus in nocturna genitura et in masculinis signis

faciet militares. In matutinis autem si fuerit partiliter in horoscopo constitutus sine radiatione iovis faciet magistros alteros longiores plus volentes donare quam patrimonii ipsorum substantia patitur ita ut profusi esse videantur sed quorum actus eorum semper ratione pollicentur publicentur. Si vero per noctem horoscopus in martis domicilio sit constitutus: in signo scilicet masculino et in eodem signo idest in horoscopo mars fuerit inventus et iupiter cum eo sit partiliter in eodem signo aut solida eum radiatione respexerit: facit bellorum duces sed quibus omnis committatur exercitus. mortis ac vite dominus quorum adventum civitates semper aut provincie maxime perhorrescant: felices fortes graves et quorum ire magnis semper indignationibus proferantur. Sed nec coniugem nec filios sic positus caro diligere permittit affectu. Per diem vero si in horoscopo partiliter fuerit inventus: callidos: audaces: furiosos: peregrinos facit et in omnibus semper instabiles et quicquid ausi fuerint nulla poterint ratione complere. Sed semper de manibus eorum quicquid nacti fuerint defluit. Patrimonia autem eorum qui sic martem habuerint dissipantur. Sed et omnis vite substantiam uxores etiam et filios amittunt. Nec aliquid illis vel ab ipsis de paterna substantia reservatur. Sed et hec prima etate depereant. Et nisi sic depositum martem iupiter per diem ipse in domicilio suo constitutus vel in altitudine sua vel in finibus suis trigonica radiatione respexerit aut si cum ipso partiliter fuerit: mala eius ex quacumque parte mitigantur. Sed ego scio et plurimis genituris inveni multos marte in horoscopo constituto in exilium datos bene et strenue administrare res publicas.

In secundo loco Mars ab horoscopo constitutus

Si per diem in hoc loco fuerit inventus: maxima mala et magna infortunia decernit presertim si matutino ortu fuit constitutus

facit in alienari a parētibus et a domo sua et in finibus
semper errare pegrinis. Et si sic posito marte vel cū ioui ipso
crescens luna fuerit vel in diametro constituta vel si quadrata
radiatione se coniūxerit faciet tardos debiles et qui vulnera
de ferro freqūēter accipiāt. Debilitabit autē a frigore vel a
quadrupede vulneratos. quosdam autē facit natos expom; alios
facit sepe captiuos aut ex ingenuitate ad seruitutē trahi. e
uiuit autē semper in estu aī et ī maximis necessitatibus con
stituti. Et si sic posito marte Jupiter se bona radiatione cōiunx
erit constitutus ipē uel in domo sua uel in finibus suis ex omnib9
periculis euadunt et a captiuitate liberāt' vel redimūt' et ex
seruitute ad libertatē rursus transferūt'. Sed ea que necessaria
sunt vite interdiū non habebūt. Si vero per noctē sic fuerit
inuētus milites facit vel athletas sed et ipsos consueuit facile
periculorū continuatione decipere. Aderunt autē simili modo
pericula si iupiter et venus sicut superius diximus bona se ei
radiatione coniungant. In Tertio Loco Mars ab horosco
po constitutus. Decernit quidem gloriam sed cum labore maxi
mo. Alienas res autē qui sic martem habuerit desiderabit et
omībus inuidebit et habebit maximi cuiusdam facinoris malā
conscientiā. Et si sic marte collocato in xi genture loco iupiter
fuerit inuētus vel ī vij idest in occasu facit ut in publicis ad
ministrationibus constitutus cū magno labore consequatur sed max
imas patrimonij facultates. Sic autem positus in iii ab ho
roscopo loco si se ioui sicut diximus ante coniūxerit; mag maxīe
potestatis atq honoris regimē ac domina largitur ita ut oēs
qui ei genere iūguntur honoris ipsius nobilitate superāt'. Nam
si in hoc loco constitutus in domo fuerit ul' ī partibus suis ul' in
domicilijs uel ī altitudine sua et Jupiter sic ei sicut diximus ante
iungatur; faciet presides ciparū. duces vicarios. prefectores
pretorij et quibus freqūēter cōmittatur imperiū. In Quar
to Loco Mars ab horoscopo partiliter constitutus. idest
in IMC si per noctem fuerit faciet militares laboriosos
et qui semper in desertis regionibus cōmorāt'. vel ferarum
prepositos; ac magistros interdiū impatorū faciet ul' iudicū
pro qualitate signorū. Parentū uero uitam ac patrimonium
dissipabit. dabit vulnera viduitatis: ruine. filiū uero aut
vnū dabit aut nullū. cum sic eū habuerit in omībus semper
actibus impeditur. Et si per diem sic fuerit inuētus; debilita
bit omē corpus; faciet languidos: caducos et qui ex ferro vul
nera frequenter accipient. Reddet inualidos et quos femine sem
per impugnent et qui a feminis magnis semper molestiis dete

rantur faciet etiam eos sine gratia prestare quod dederint
Nam quicunque aliquid ab ipsis fuerit consecutus ingratus ille
semper existit Et si sic positum martem sol de quadrato uel
de diametro respexerit : aut cum eo fuerit : fortiora hec mala cre
briora que decernit frequenter et maximis periculis constituit
Faciet etiam insanos lunaticos si sic marte constituto horoscopus
in domo martis fuerit inuentus uel collocatus aut si locus cupi
dinis uel demonis in domo martis fuerit constitutus In
Quinto loco Mars ab horoscopo constitutus Si per noc
tem in horoscopo fuerit et si in domo sua vel in domo iouis uel
finibus suis uel in iouis fuerit finibus uel in altitudine sua fuerit
constitutus et si iupiter cum eo fuerit uel de trigono ipse in domo
sua constitutus respexerit : faciet glorias maximas et patrimo
nii augmenta magna et omne genus decernit felicitatis . facit
etiam honores a populo decerni cum potentibus uiris uel cum
maximis administratoribus fidelis amicitie gratia coniunctos Et
si sic posito marte ac ioue Luna deficiens lumine : martis se stella
oportuna radiatione coniunxerit faciet prepotentes honorabiles du
ces et quibus maxime committatur exercitus ut det etiam
vite necisque auctoritatem : et in magnis administrationibus viris
gladii decernit potestatem Et si ab eo luna venus uero sit cum
eo aut de trigono eum respexerit : faciet felices diuites et qui
per semetipsos gloriam consequantur et qui sunt semper uenustis
corporibus grati . Si uero per diem Mars in V. ab horosco
pi loco fuerit constitutus ; patrimonium eius labefactabit et do
micilium frequenter mutabit ; et propter infortunia que ei acci
dent peregrinis semper regionibus immorabitur Erit autem in
periculis non modicis constitutus Si vero sic positum per diem
martem hec mala decernentem : iupiter aut uenus vel simul
cum eo constituti uel de trigono uel de exagono eum respexerint
: lucra maxima ex peregrinitatis incommodo consequetur et cito
de peregre reuocabitur ad patriam Metuendum est autem quo
tiens sic per diem constitutus in diametro habuerit lunam crescentem
lumine : maximos enim labores incidet tales actus aut ad mu
tationem seruitutis accedant Nam et si felix esse visus fuerit : ta
lis eius erit felicitas aut semper aliene subiacet potestati . facit
enim assessores iudicum maximorum : accusationesque . sediciones turbas
Damna facit et repentina pericula et ex aliqua parte corporis
debiles . et interdum insanos et langores tales facit ut nimio
febris labore adusti ad insaniam transferantur . Faciet etiam vincula
carceres et custodias nisi respiciens iupiter lunam in diametro
martis constitutam uel ipsum martem in parte calamitatum miserias mitiga

rit. Quotiensqumque enim sic posito marte ac lunam Jupiter radi
atione respexerit eos qui sic nati fuerint maximis periculis con
stitutos et omnium presidio desperatos repentinus facit iupiter
liberari filios presidijs. filios etiam per diem in hoc loco con
stitutus sine testimonio iovis denegabit. In Sexto loco
Mars ab horoscopo constitutus Multa mala decernit Nam
et filijs nocebit et inequalitatem vite faciet. Valitudines de
cernit pro signorum scilicet genitura. Nam inimicis signis pre
motis facit interdum claudos et gibbosos In hoc loco omnium
valitudinum vitia decernit Si autem partiliter mars in eo sig
no fuerit constitutus In Septimo loco Mars ab horoscopo
constitutus Id est in occasu Maxima mala et inmensa pericula
decernit. facit enim laboriosos homicidas et sceleratos et reos
facinorum inventores aut tortores aut carnifices aut proditores
Et si in domum suam in occasu positus per diametrum respiciat non
faciet biothanatum Nunquam enim mars domum suam evertit Sed
tunc facit digochoronium si horoscopus et luna fuerint iovis
presidio protecti Et si non fuerit horoscopus in domo martis dio
chronios reddit presertim si per quadratum vel diametrum id est
in horosc. vel in MC pleno lumine constitutam lunam respexerit. Sed
generaliter mars in VII ab horosc. loco constitutus id est in occa
su per diem et per noctem biothanathos facit pro qualitate
signorum. fortius tamen hoc malum decernit et manifestius in alienis
signis Nam in hoc loco si fuerit inventus tunc dolores et laterati
ones corporis facit et aut precipitat aut interimit aut in carce
rem vinculis constitutos perpetuis et mortiferis calamitatibus de
primit. in nocturnis genituris vero dolorem eius faciet ex omnibus
actibus Sed ex ferro vulnera frequenter infligit et vulnera il
la facit ignita cauteriorum adustione curari. facit et absconsos cor
porum et inmensos dolores presertim cum ipse temporum dominus fue
rit vel a luna plena ipse divisa sibi temporum spatia possederit Si
viso marte in VII loco constituto saturno aut hora aut in MC
partiliter sit constitutus vel si luna plena feratur ad martem vel ad
minuta saturni magnorum malorum funeste calamitatis infortunia
decernunt. tunc accusationes tunc vincula tunc carceres. tunc dam
nationes. tunc contra eum capitales sententie proferuntur. Aut enim
bestijs obicitur aut per precipitia iactatur aut ruina deprimitur
aut domesticis insidijs laniatur aut a latronibus interimitur aut
in naufragio perit sed hec pro genere et qualitate signorum decernuntur
Nam in terrenis signis constitutus feris facit obici In solidis
vero opprimi a ruina facit aut in precipitia iactari In aquosis con
stitutus naufragio submergit. In humanis vero signis constitutus gla

diochronium

rit Q̣ụọṭiẹ dio facit interire Si vero sol in diametro fuerit ul'
cū eo vel in alio genture cardine vivos facit exuri ut omifaria
in hoc loco constitutus misera calamitate hominē et flebili vite atro
citate disperdat Sed ante diem ultimū vite habebit actus qui
nūc genture VII martē ī loco habuerit aut de igne aut de fer
ro aut de quadā violētia aut de tormētis aut ꝺ homicidys. Sed
et locum coniugis ac filiorū vehemētissime persequit' mars ī VII
constitutus loco In Octavo Loco Mars ab horoscopo
constitutus Si per diem in hoc loco fuerit: aut patrimo
nys denegat facultates aut eos qui habēt patrimoniū mi
sera facit proscriptione mutari Et si solem et lunā in
diametro habuerit: decernit extictis oculis cecitatē. Solis
autem in hoc signo constitutus. turbas sediciones pericula
penurias. angustias estus faciet. Si uero sic marte cōstitu
to. luna ī anafora horoscopi fuerit idest ī IIº ab horoscopo
loco cum ipō marte scilicet. Jupiter vero se nulla his radia
tione cōiungat et alienus ab his sit nec horoscopū videat
facit biothanatos sed secundū signorū naturā atq; substātiā
In humanis .n. signis sicut diximus si constitutus fuerit ab ho
minibus gladio perimit' Sed a piratis aut a latronibus aut
a domesticis interemptus qui sic martē habuerit occiditur
aut gladio percutitur sentētia iudicātis uaria criminū diuer
sitate conuictus. frequēter tn̄ si sic cum luna positus sicut
diximus sine veneris aut iouis testimonio gladiatores
facit sed eos qui conspectu populi crudeli necessitate necis
atrocitate depereant In q terrestribus uero signis in desertis
locis facit occidi. multiplicia tn̄ prius periculorū continuatiōe
turbatos. In quadrupedibus uero signis constitutus cū lūa
hac radiatione qua diximus aut in fluuiis aut ī stagnis
aut ī mari submergi facit aut occisos aut a piratis vndis
facit fluctibusq; disperdi In solidis uero signis constitutus
per precipicia lapsos interimit In igneis uero signis cōstitut'
exuri facit. Per noctē uero in hoc signo constitutus idest ī
VIIIº loco ab horoscopo facit callidos periculosos sed argu
tos tn̄ publicis actibus aut in claris eos qui sic martē habu
erint constituit Sed mortē nihilomin' decernit biothana
tam aut repentinā sicut apopletici interire consueuerūt Sz
si Jupiter sic positus martē quacūq; radiatione respexerit ul'
si cū eo fuerit hec que diximus mala ex parte maxima mi
tigātur Sed si in horoscopo Jupiter pariter fuerit inuentus
horoscopus uō ipē sit in domo iouis vel veneris que stella
prospera se ioui radiatione coniūgat et obstiterit marti hac

qua diximus radiatione gratatũ. oĩa hec calamitatũ funera
maxĩa parte mutantur. flebiles n casus et misera semper
infortuniorũ incomoda et in hoc et in ceteris locis decreta
per martẽ mutantur atqȝ mitescũt si impetus martis bono
veneris ac iouis testĩonio mitigentur. In Nono Loco ab
horoscopo Mars constitutus. bonus erit circa vitam
et gloriam et si iupiter in horoscopo fuerit constitutus ĩ VIIII
loco marte posito facile felices facit et qui facile omnĩa cõsequã
tur. Si vero nocte in VIIII loco marte constituto iupiter
ĩ martis horoscopo fuerit inuẽtus potestatẽ maximã admi
nistrationũ et ius gladij decernit et facit eũ qui sic natus
fuerit exercitũ ducere. frequẽter tñ sic positus in peregri
nitate decernit incomoda. Si vero ĩ VIIII loco constitutus ĩ
domo Mercurij uel veneris fuerit: doctos et famosos facit
oratores. Si uero aut in domo sua fuerit aut in domo iouis aut
in altitudine sua iupiter in hora non fuerit aut in domo iouis
collocatus. faciet deos terribiles et qui omnia per irreligiorũ
genera contemnãt. Erunt autẽ omnibus demonibus terribi
les et quorũ aduentũ praui demonũ spiritus fugiãt et qui
sic laborãtes homines non vi uerborũ sed sola vi ostensiõe
liberẽt et quãuis sit violentus demon qui corpus hominũ
qȝ quatiat siue ille aereus siue terrenus siue infernus istius
hominis iussione fugiet et preceptis eius cum quadã venera
tione terretur. Hi sunt qui a vulgo exorciste dicũtur. Sed
talis erit si in VIIII loco sicut diximus habuerit martem Exorciste
vt laborantẽ hominem ab omĩ malignorũ demonũ spiritu fa
cile possit iussionis sue auctoritate purgare. In Decimo Lo
co Mars ab horoscopo constitutus. id est ĩ MC pariliter
in nocturna genitura scilicet si in masculino signo fuerit inuẽ
tus in suo domicilio uel in iouis vel ĩ eius cuius diximus ve
neris uel in altitudine sua faciet quidem periculosos et vario
genere sepe deceptos. Sed nihilominus presides duces vite
necisqȝ dominos: tribunos terribiles prouintijs et ciuitatibus.
Si vero p̃ ĩ MC per noctem constitutũ in quali diximus sig
no coniunctionẽ lune venientis acceperit iupiter uero aliũ geni
ture possederit cardinem. et ipẽ nihilominus vel in domo sua
vel in altitudine sua vel in suis finibus constitutus. potentes
duces ac totius orbis dominos efficiet. Quod si sic positũ martẽ
iouis deseruerit stella nec ipĩ aliqua se radiatione coniugat
nec ĩ ceteris geniture cardinibus fuerit inuẽta: faciet nihilo
minus armatos uel prepositos uel tribunos uel minoris loci
duces aut magnarũ prouintiarũ et licet ĩ minoris dignitatis

loco constitutos habentes tamen gladii et vite et necis potestatem
Quod si sic constituto marte sicut diximus: sole etiam sicut diximus
ante in ceteris geniture cardinibus constituto in his in quibus
diximus signis: et in his partibus saturnus in aliquo geniture car
dine fuerit constitutus erunt quidem reges imperatores potentes
maxime terribiles periculosi ciuitatum euersores uel fabricatores
sed modice vite idest oligochronii: quidam autem et malo fine
depereunt in peregrinis locis constituti amittunt vitam pariter
et regnum vel in aliena potestate positi moriuntur. Si uero in MC
Mars in feminino signo fuerit inuentus cuiuslibet stelle uel suo
uel iouis: nocte scilicet facit nihilominus honestate fulgentes
et in masculino tamen signo: per noctem in feminino in MC constitutus
denegat filios. Si uero per diem in hoc loco fuerit inuentus idest
in MC inefficaces homines facit: quos conueniet in omnibus
actibus variis generibus impediri: decernit etiam damna maxima
et amissionem patrimonii: Faciet etiam proscriptiones et eodem
nationis. Aliis onus peregrinationis indicit. Aliis maximas im
ponit necessitates. Alios fugere compellit. Aliis decernit exilia. Alios
facit peregre uel in exiliis deperire. In Undecimo loco Mars
ab horoscopo constitutus. Bona multa decernit et augmenta
patrimonii largitur et amorem populi frequenter dat: maxime dig
nitatis insignia si sic eum positum cum deficiente luna Jupiter bona
radiatione respexerit aut si cum eo fuerit aut trigonica se socie
tate coniunxerit. tunc enim facit iudices habentes ius gladii cum
maximis dignitatis insignibus. In Duodecimo Loco Mars
ab horoscopo constitutus. Si per diem in hoc loco fuerit in
uentus egritudines maximas decernit in et malis vitiis impli
cat et a seruis crebras continuat insidias et facit talem cum se
per seruum nocere desiderant. et omnibus eius multiplices per
seruos spargit infamias. frequenter autem propter inclusos quos
dam aut in custodia constitutos aut etiam damnatos eius lango
res sollicitudines damna pericula que decernit. Sed hec omnia mitigan
tur si sic Mars positus in nocturna genitura fuerit inuentus.
Optare autem debemus in omnibus genituris atque in omnibus locis ut
marti qualibet radiatione quolibet ex loco: venus ac iupiter sit
semper oportuni. tunc enim impetus eius ex qualicumque parte lang
uescunt: aut istarum stellarum fuerit testimonio mitigatus. Sed et
illud debemus optare nequando per diem cardinem aliquem Mars
geniture possideat. Si enim per diem partiliter in aliquo geniture car
dine fuerit inuentus: uario contra eum qui natus fuerit genere
grassatur. In cardine enim marte posito si ei per diem iupiter se con
iunxerit: in alio cardine per diem mars fuerit inuentus: et saturnus

aliū cardinē geniture possederit : faciet biothanatos aut ipōs sibi inferentes necē . Si uero in cardine per diem constituto marte : ī alio cardine venus fuerit iuncta faciet assidue malorū illecebris fatigari aut interfectores uxorū aut ipōs sibi inferētes necē Si vero mars per diem aliquē geniture cardinē possederit et mercurius aliquo fuerit geniture cardine constitutus cardiacos faciet et qualicunq; ratione dānatos Si uero in aliquem per diem geniture cardinē mars fuerit īuctus et sol ī alio geniture cardine sit positus . faciet quotiēq; libet semper exuri Si vō luna se simili radiatione coniunxerit et si luna crescēti sit lūie faciet biothanatos et matres eorū acerba morte prosternit Si uero luna aliena ab eo fuerit et sine alicuius stelle coniunctione in quolibet geniture cardine per diem fuerit iunctus : maximas valitudines vicia egritudines debilitates q; decernit gaudet autē coniugens se deficienti lune semper et veneri : unus .n. has tres stellas idest martis et lune et veneris in libro institutionis sicut meministi conditionis esse monstrauimus Si uero in quotiēq; cardine geniture per diem fuerit constitutus et aliū geniture cardinē mercurius acceperit magna et īmensa et sine modo pericula decernit Quicquid .n. mali ī rebus humanis est id totum ex ista stellarū coniunctione decernit' Et illud meminisse debemus q; et per diem mars in cardinibus constitutus semper sobolem denegat filiorū si locus in signo eius fuerit inuentus ipse ī cardine constitutus : quia ipē dominus ē eius loci filios denegauit Sed et si in alieno domicilio filiorū fuerit locus inuentus et dominus ipsius signi cū marte fuerit vel si mars eū de diametro uel quadrato respexerit filios denegabit Si vero p noctē ipē dator vite fuerit maxima etatis spacia largitur . Si ī diurna genitura ipse dator vite fuerit : faciet in primo etatis gradu positos interire . Si vero alter fuerit dator vite : mars per diametrū uel per quadratū restiterit : minuet ex hac etate que ei decreta fuerit annos XV . Si vero inter se et saturnū mediam lunam positā acceperit : debilitat amputat q; partē corporis pro qualitate signi in quo luna fuerit iuncta . Si uero luna crescētem per diametrū uel quadratū viderit eos qui nati fuerint aut statim perimit aut faciet expoin Sed ut uerius potestatem colligas martis duodecathemoriū eius et fines duodecathemorii diligēter inquire De Sole Sol in parte horoscopi constitutus Difficile fratres dabit In masculinō autē signo constitutus in domo sua aut in altitudine sua et beniuole stelle radiatione coniunctus beniuolis protectus magne no

bilitatis largitur insignia Si vero maliuole stelle in sole ho
roscopo constituto prope radiys accedat · oculorū aciem ex maxi
ma parte desiderat Sed quia diximus cū maxiās deterīnē
felicitates omīa debemus specialiter explicare cū saturno
in horoscopi cardine partiliter constitutis in his quibus dix
imꝰ ꝑtibus per diem imperatores faciet ac reges Quod si vis
eius leviter fuerit impedita: consulares faciet proconsulares
et dat ordinarios consulatus Si vero mars sic solem posi
tū sicut diximus aspexerit vel si cū eo positus fuerit cum
maxima invidia et cū magnis periculis et impedimētis et
magnis pugnis aut difficultatibus: ducatus imperia ꝑta
tesqꝫ decernit Si vero sole in horoscopo per diem ī his ī
quibus diximꝰ signis ꝑtiliter constituto: aliū iupiter cardinē
geniture possederit: mars uō ī MC fuerit ꝑtiliter inuentus
ī masculiō scilicet signo Luna etiā ī aliquo sit geniture cardi
ne plena lumine vel in anaforis cardinū: eū qui natus
fuerit totū orbem faciet imperia ut in tali potestatis admi
nistratione constituti potestas eius licet nō sit dominus ac
res tamen per totius orbis spatia dirigat Si vero Mars ī
MC fuerit uel in coitu sit sole et ioue sicut diximꝰ consti
tutis. Luā uero cū marte uel ī MC fuerit inuēta pleno scili
cet lumine uel ī VIII geniture loco eos qui sic nati fuerint
duces aut reges aut admīstratores biothanatos facit aut
aliqua ratione captos: mala faciet morte prosterni secū
dū scilicet signorū atqꝫ substātiam · faciet autē interdū depo
sitū ab honoribus suis: ab omī potestate deyci Sed et si mars
cū luna nō fuerit sic sicut diximus cōiūctus et solus ī cardi
nibus geniture fuerit inuētus uel in catafora uel in anafo
ris eorū sole ī horoscopo sicut añ diximus constituto: nihilo
minꝰ qui nati fuerint duces aut reges uel admīstratores cap
tiuos uel biothanatos faciet uel cum summo dedecore a sua
potestate deponi Sed et si sol in parte horoscopi fuerit īuē
tus Si saturnus pariter ī MC possederit simili reges du
ces et potentissimos admīstratores facit Si sic sole posito ac
saturno · mars in secundo ab horoscopo uel ī VIII° loco fuerit
inuētus et luna plena luminibus ī aliys cardinibus fuerit
īuenta uel ī II° ab horoscopo loco uel ī VIII: eos qui nati
fuerint reges uel duces uel admīstratores biothanatos facit
et exules et captiuos . Si uero sol solus in parte horoscopi
fuerit inuentus in quibus diximus signis hoc est te memis
se coniūxerit et mars ī anafora lune fuerit inuētus · luna in
ceteris cardinibus uel ī anaforis cardinū constituta: eos qui na

ti fuerint reges uel duces uel adminĩstratores Simili modo
biothanatos faciet uel cogit eos isto honore priuari Si
vero sol in parte horoscopi fuerit inuẽtus et luna ĩ ceteris
cardinibus genitura vel ĩ anaforis uel in cataforis cardinũ
fuerit inuẽta · et mars se nulla illis radiatione conmiꝫerit
Si vero Iouis stella aut cũ sole in parte horoscopi constituta
aut in ceteris cardinibus iũcta uel ĩ anaforis uel in cataforis
cardinũ hi qui nati fuerint reges totius orbis gubernacula
possidebunt euertẽtes alias ciuitates · alias subleuãtes Si
vero sic positus mars solem iouem lunamq; respexerit aut
cum ipsis positus aut in cardinibus inuẽtus aut in anaforis
aut in cataforis cardinũ cõstitutus ; malas mortes faciet his
quibus diximus · Sed et vicia et ualitudines decernit secũ
dum naturas signorũ et secundũ has corporis partes quas dix
imus signis esse diuisas ; valitudines et uicia decernũt et ca
sus mortuĩ · Si uero sic his omnibus collocatis sicut diximꝰ sa
turnus in anaforis eorum uel in cathaforis cardinũ fuerit ĩuen
tus · Imperium quidem tantũ quantũ diximus nõ habebunt
nihilominꝰ maximos potentia uiros ac famosos iudices faci
et aut magnarũ legionũ prepositos aut tribunos sed efficaces
et terribiles sed non perseuerãtes in his dignitatibus ac potes
tatibus Sed ut captiuos eos faciet aut in exiliũ aget aut faciet
biothanatos interire · placide uero Sol in signo horoscopi consti
tutus si iupiter venus et mercurius in ceteris geniture cardini
bus fuerĩt constituti · magnos viros faciet et quibus parẽ
tibus maxima bonorũ felicitas comparetur et qui a prima eta
te in rebus bonis ac prosperis excestant : ita ut sint semper ab ĩ
cursu paupertatis alieni Sed si sic omnes positos hos saturnus
de trigono respexerit uel de exagono uel etiã si pariter fuerit cõ
stitutus : perpetua felicitas illis decernitur · Sed si sic omẽs pốitos
id est Solem in signo horoscopi · Iouẽ · venerem · mercuriũ ĩ car
dinibus · Saturnũ uero in trigono aut exagono · aut loco cũ ipsis
constitutum : mars hac radiatione respexerit : aut cum ipsis cõ
stitutus aut hos omẽs de quadrato respexerit aut de diame
tro et huic stellarũ cõmixtim conmiꝫerit : faciet maximos iudi
ces potentes habentes vite et necis potestatem sed fures rapa
ces et qui res alienas auaro rapiant cupiditatis instinctu Sed
nihilominus hoc eos post maximam depredationẽ vel post max
imas rapinas uel post ĩmensa facinora exules facit aut biotha
natos · Si uero Sol nocte in horoscopo signo fuerit inuentus
sordidiores genere facit procreari Et si per noctem solem in horos
copo cõstitutũ Saturnus aut mars ꝑ quadratũ respexerit aut ꝑ dia

mercurium simul cum eo fuerint et ille se illis quacumq; radiati
one conīuxerit maiores quidem fratres perimit sed et ip
sius vite atq; omnē patrimonij substātiam et actus omēs
proversione dissipat · Sed semper in omnibus cardinibus
geniture sol constitutus maiores fratres omēs debilitabit
aut qui sic habuerit inter omēs fratres primū facit nasci
In Secundo Loco Sol ab horoscopo constitutus · faciet
ipsos semper patrimonia querētes et in omni vita suaves
ac bonos sed hos eosdē languidos et parue vite et vari
is faciet contrarietatibus impediri et qui semper sint ī vi
ta sua varia terroris trepidatione solliciti Si uero in hoc lo
co constitutus sol cū venus ac iupiter bona radiatione re
spexerit uel de trigono uel de exagono vel sicū ipso fuerint
collocati bonorū aliquid repētinū dabit et felicitatis incremē
ta non modica Nam iacētes homines et abiectos : ad publicū
faciet incremēto dignitatis adduci Sed hoc ei magno labore
et cum maximo impedimēto decernitur · et cū matrimonij iac
tura voluntaria Unde quicumq; sic solem habuerit constitutum
nihil appetat · ad nullā rem adeat cum sciat se sic posito sole
in omnibus actibus impediri In tertio Loco Sol ab horos
copo constitutus patri malā mortē decernit et ipsos qui sic
eum habuerit invalidos faciet sed in consilijs bonos ac graues
faciet aut procuratores ciuitatū aut rationes publicas tractātes
aut fisco prepositos aut fisci patronos Si bona se ei iupiter et
mercurius radiatione conīuxerint sed uxorem ac filios tardius
consequētur Si vero in tertio geniture loco positus sit ī domo
sua uel ī domo iouis vel in domo veneris uel in domo mercurij
uel ī altitudine sua ul' ī altitudine iouis uel veneris ul' mercurij
faciet religiosos deorū uel cultores qui simulachra deorū per se
facta religiosis consecrationibus dedicent et qui fabricationi
bus templorū iussu principū uel iudicū presint In alijs vero sig
nis sicut diximus positus facit in templis ignobilia officia aut ser
uile aliquod ministeriū · Si vero in tertio loco ab horoscopo con
stituto sole Saturnus aut mars aliq̃ se ei radiatione conīuxerit
vel sicū eo fuerint : faciet periuros perfidos et ebrios ab hoc
denotationibus miseros · ganeones et qui sordida et abscondita
loca semper sectētur et qui contra diuinitatē irreligiosa proferūt
uerba sed assiduis animi fatigationibus estuātes In Quar
to Loco Sol ab horoscopo constitutus Si in loco positus
martis et Saturnus aliqua fuerit radiatione pulsatus patri p
mo mortē decernit et generis totius euersionē atq; patrimonij
facit totius labem Ipsi uero qui sic eū habuerit interpellationes

et molestias plurimas et contrarietates et impedimēta ex
maxima parte decernit Sed bonā senectutē facit ita ut in
hac etate constituto lucra maxima conferūt Sed erit circa
affectus uxoris instabilis In Quinto Loco Sol ab ho
roscopo constitutus faciet amabiles honoratos et qui om̄
facile consequāt et quibus cuncta amicorū presidio conferātur
Sed si sic sole posito presens in eodē signo se veneris stella
sociauerit uel de exagono coniūxerit conorarū largitur insignia
et pretextarū ueste decorabit Sed et a populo honores qui
sic solem habuerint maximi conferūt Et si maliuole stelle cū
sole in eodem loco fuerint nihil mali poterūt decernere nec per
petrare propter loci naturalē bonitatē sed solū filijs nocebit
Si vero in eo loco solus fuerit inuētus: minores erūt he que diximus
felicitates et sic nocebit filijs et indicat perpetuas orbitates
ut ex casu filiorū maxima doloris tormēta patiatur In Sex
to Loco Sol ab Horoscopo constitutus multa mala decer
nit semper n nocebit et graues ac longas egritudines faciet
Et si sic mars in horoscopo fuerit inuētus: actus quidē publicos
faciet sed infligit ei frequēter vulnera ex ferro patrē autem
faciet aut mala interire morte aut cito mori aut aliqua ratione
dānari Sed et omnē substātiam varijs faciet generibus depe
rire In VI^to loco sole posito ī X^o ab horoscopo loco. idest ī MC
nulla stella fuerit inuēta Nam si ī VI° loco constituto quarumq̄
stella. X locū idest MC possederit faciet locupletes diuites af
fluentes et quibus paterna successione maxima felicitas comparat
Si vero ī VI^to Loco sole posito nulla ī MC fuerit constituta
Jupiter vero et venus cum eodem sole ī VI° fuerit inuēti quicqd
malorū decretū fuerit mitigatur et tota infelicitatis impeditur
improbitas In Septimo Loco Sol ab horoscopo constitu
tus maxima vicia et valitudines decernit presertī si sic solem
positū mars et saturnus aliqua radiatione respexerīt vel si cū eo fu
erint collocati Secundū n naturā maliuole stelle que cum ipo fuerīt
collocata indicat vicia et egritudines saliq mars calidas et ignitas
Et si Luna cū eo ī VII° loco fuerit inuēta vel ī VII° loco sole cōsti
tuto Luna in horoscopo vel ī MC partiliter fuerit collocata mag
nos potentes nobiles faciet et quibus cōmittātur maxime potesta
tes presertim si fuerit in domo sua aut in altitudine sua aut in domo
Iouis constitutus et si locus fortune partiliter et p computū diligē
ter inuētus in aliquo cardine fuerit collocatus Si vero sic sole et
luna constitutis sic etiam fortūe loco collocato iupiter aliquā geniturā
et cardinē tenuerit imperatores regēs faciet Sed bonos be
niuolos: faciet etiā duces potentes et administratores fortes tempe

ratos efficaces provintias et civitates subiugantes. Et si his om
nibus sole scilicet et luna et iove et loco fortune sicut diximus
positis mars et saturnus in II° aut in VIII° ab horoscopo lo
co fuerint constituti. amittunt imperia et ex honoribus suis aut
administrationibus suis cum dignitatis iactura deponuntur et aut ab
inimicis gentibus aut ab adversariis atque emulis opprimuntur. Faciet
etiam ut ipsi sibi manibus suis inferant mortem sed et captivos
faciet etiam hos eosdem aut exules. Si vero in VII° loco geniture
vel in quocumque alio cardine collocato sole. et mercurius se in eodem
loco positus iunxerit vel matutinus vel vespertinus litteratos
faciet qui maximam ac variam litterarum scientiam consequantur. Si
vero sic soli et Mercurio positis saturnus se conmiscuerit maliciosos
facit. malivolos pessimos et qui velint difficilium litterarum notici
am habere vel qui easdem ipsas difficiles litteras faciant. Si vero
per noctem fuerint inventi Sol et Mercurius: lapidarios faciet aut
pollinctores: aut funerarios aut quibus sepulchrorum cura aut cus
todia mandetur. Faciet etiam armentarios bubulcos pastores: equorum
domitores equarum que pastores. porcarios et his similia secundum na
turam potestatemque signorum et si in nocturna genitura sole et satho con
stitutis VII° loco sed et mercurius et venus in eodem loco fuerint
inventi vel in XII vel in VI et saturnus constitutus cum ipsis fu
erit: eunuchos faciet et mulieres viragines et que se numquam viri
li coitui iungant vel si se aliquando viro conmiscuerint numquam conceptiones
aut edituras partum. Si vero sic his positis mars se aliqua
radiatione conmiscuerit et cum ipsis fuerit inventus hermafroditos
faciet in quibus duplex se natura coniungat. Et si in his omnibus
constitutis luna se aliqua radiatione conmiscuerit vel si cum ipsis fuit
inventa archigallos facient et qui virilia propriis sibi amputent
manibus facient etiam lenones et qui meretrices suas velint pro
curationibus elocare. Sed in VI loco cum sole constituto. hec eadem
faciunt si nulla stella in MC constituta istius malicie solverit atro
citatem. Nam si qua in MC fuerit inventa. his omnibus sic inventis
in VI loco constitutis omnia que diximus mitigantur. In II° vero loco genitu
re vel in V° vel in XI° si mercurius cum saturno fuerit inventus so
le cum his in eodem loco constituto: maliciosos facit. malivolos pes
simos et qui in omnibus actibus faciet aut advocatos aut iurisperitos
aut scribas aut exceptores aut ortorum prepositos aut aquarum distri
butores. Et si sic his positis in his in quibus diximus locis mars
se aliqua societate conmiscuerit vel si cum his fuerit inventus: erunt homi
cidiis publicis prepositi et exceptores earum sententiarum que de ho
minum capitibus proferuntur aut corniculari aut commentarienses sed
quibus cura committatur. aut clavicularii aut carceris custodes et qui

bus publicarū cathenarū vincula cōmittūtur aut prepositi carni
ficū aut carnifices et qui dānatos homīes flagellis lacerare cō
sueuerint et cetera his similia. Si vero his omnibus sicut diximꝰ
in his constitutis Jupiter et Venus aliqua se radiatione coniūxerint
vel si cum his fuerint iuncti: nihil quidem eorū facient q̄ ante
diximus. Nulla n soli decernūt. Cū ioue vº et venere sacerdotes
faciet victimarios et qui sacris presint vel qui pecora sacra aut
sacris aut religionibus destinata pascāt vel qui in templis ali
quo fungūtur officio aut qui de templis maxima munera conse
quātur. Sed he omēs stelle quas diximus etiam in XII loco
partiliter constitute hec eadem simili ratione decernūt. Sed
hi ipsi homīes tardiores sed et his omnibus in quibus fuerūt
collocati et glorias habebunt et principatum. Sed et in XI
loco constituti homīes si alia stella sicut ante diximus in MC
fuerit iuncta hec eadem simili ratione decernūt. Quod si in VIIº
geniture loco vel in quocūqꝫ alio cardine solus sol cū marte fuerit
iunctus vel in IIº geniture loco vel in Vº vel in VIIIº vel in XI da
bit ex igne et ferro et que ex aliqua duritia fabricātur. Sed in
cardinibus Sol et Mars pariter constituti ꝓpetua hec artificia
decernūtur. In Octavo Loco Sol ab horoscopo constitu
tus. Patrem cito faciet interire. Si vero cū eo Mars aut Sa
turnus fuerint iuncti aut de diametro ei oppositi aut de quadra
to coniuncti. Facient alienos. delicos. aut cardiacos aut freneticos
sed secundū naturam signorū hec valitudinū vitia decernūt non
dū soluta coniunctione sed plena lumine. Sed et si cū eo Synodiaca in
VIII loco fuerit iuncta: Saturnus vero et Mars per diametrū vel
simul constituti pariter vel si se illis quadrata radiatione coniunx
erint valitudines et debilitates maximas facient. Nam caput
maliciosis humoribus onerāt et ex humorū statiua perseuera
tione qui circa caput collecti fuerint faciūt caducos et lunaticos
aut assidua interceptione deficere faciūt. etiam aliena ver
ba proferre faciūt: aliorū humeros gravi iactura debilitāt. alijs
maculas. lepras. impetigines pthysim. ydropē: alios elephā
ciacos faciūt: alios clodos: alios gibbos: alios paraleticos:
aliorū maximas partes amputent corporis. Sed hec secundū
differentias signorū atqꝫ naturam omnia decernūtur. Nam si
milia faciūt IIº ab horoscopo loco et in VI et in XII et in VIIIº
sicut diximus constituti. Quod si sic omnibus sicut diximus positis
Jupiter se et Venus aliqua radiatione coniunxerint vel simul cū
ipsis positi vel si trigonica eos radiatione respexerīt vel si luē
se coniūxerint: he omēs valitudines quas diximꝰ tales erūt
ut mederi et curari possint. Sed et si sic beniuolis stellis colloca

tis Jouem scilicet uen malivola stella coniunctione lune
uementis exceperit. vitiū quidē atq; egritudo perpetua erit sed
et diuinitatis alicuius prouidentia valitudinis acerbitas miti-
gatur. Et si his omibus sicut diximus collocatis mercurij
se coniunxerit stella aut cum ipsis posita aut ī exagono collo-
cata valitudines has quas diximus aut remedio aliquo
aut cantationibus compesci aut mitigata aut ob nephariam
his remedijs ab incursu valitudinū liberētur presertī si luna
ioui se crescens aut uenus īminuta lūminū coniunxerit. Et si ī
ista stellarū dispositione quā exposuerit lune semper mercurij
stella se coniunxerit et cū eodem collocata a beniuolis stellis uel
de trigono uel de exagono radiata fuerit ad deos confugiūt
et illic inuenient ab ipsis remedia postulātes. Et si luā se mercurij
stelle coniunxerit sic sole et saturno et mercurio sicut diximus positis
Jupiter vero et uenus ī aduersis et deiectis locis fuerint inuenti In
sanos. lunaticos demoniacos faciūt et qui ex his vitijs perpetuis
calamitatibus implicētur ita ut et biothanata morte depereāt
In Nono Loco Sol ab horoscopo constitutus fabrica-
tores facit uel cultores deorū diuinorū simulachrorū uel ornato-
res deorū uel fabricatores templorū aut hymnologos et qui
laudes deorū cū iactātia et ostentatione decantēt ex quibus re-
bus et gloriam et honores habebūt Facit autem sic sol positus
patrem felicē sed et ipsi et patri eius varias uite mutationes multi-
plicesq; decernit Et si beniuola stella sic sole posito ī anafora MC
fuerit inuēta in peregrinis locis constitutus augmēta felicitatis
maxima consequētur. Si vero in hoc loco maliuola stella fuit
inuēta multa incomoda in peregrinitate patietur et peregre
cum dolore morietur. In Decimo Loco Sol ab horosco-
po constitutus. partiliter In diurna genitura idest in MC in
domo sua aut in domo iouis aut ī ea parte in qua exaltatur. facit
reges quibus a patre tradatur imperiū aut duces quibus hoc
honoris simili modo paternis tractatus honoribus conferatur aut
administratores et consules et proconsules sed quibus hoc ex par-
te pro dignitatis merito deferatur. Et si sic sole posito mars
aliū geniture locū possederit cardinē: regna. ducatus. administra-
tiones. consulatus. proconsulatus per pericula et per pugnas sed
per īuidiam consequētur. Et si sol ī MC in his signis in quibus
diximus partiliter fuerit inuētus Mars vero ī occasu idest ī VII
geniture loco fuerit constitutus et luna ī alio cardine geniture ple-
na luminibus martem respexerit idest aut in hora posita aut ī MC
facit eum qui natus fuerit siue Rex siue dux siue consul siue pro-
consul siue administrator. exulem captiuū Sed et sol sicut diximus

in MC fuerit collocatus. mars vero ī ij° horoscopi loco uel
ī VIII fuerit constitutus et luna per diametrū uel p̄ quadra
tum martis exceperit radios vel cū ipso pleno fuerit lum̄e
constituta. Simili modo hos eosdem quos diximꝰ biothana
tos exules : captiuos facit. Et si sic sole sicut diximꝰ posito
mars alienus ab his locis fuerit que diximus : Iupiter vō
in cardinibus fuerit inuētus aut in catafozis et luna aliquē
geniture possederit cardinē : plenamq; se luminibus iouis radia
tionibusq; commixerit hos eosdem reges aut duces faciet
potestatem suam per spaciū totius orbis extendere. platice nō
Sol in eo signo constitutus in quo est MC nobiles parētes
faciet honestos preseratim si sic solem positū beniuola stella
aliq̄ radiatione respexerit Minuitur autē hec si sic positū
solem maliuolū sidus impediat Sed generaliter sol in oī
bus cardinibꝰ partiliter cū mercurio constitutus. lr̄atos fa
ciet disertos et varys lrārum studys oratores. Unde vary
actus et maxima quedā decernitur disciplina. Erunt autē
isti qui sic habuerint solem et mercuriū si se illis iouis stella
commixerit. lrārū gratia et magistery cū regibus constitu
ti. Sed hec etiā mercurius facit si longe a radys solis
fuerit inuētus et si sic eum positū ī insidia martis ac saturni
Iupiter et venus bona radiatione respexerint. In Unde
cimo Loco Sol ab horoscopo constitutus felices facit
ac nobiles et quorum patres maximo honoris splendore
decorētur Sed processu temporis augmēta felicitatis et dig
nitatis accipiēt hec autē maiora erunt omnia si sic positū
solem Iupiter aut si sic simul cū eo collocatus aut trigonica
radiatione respexerit aut si venus cum ipso matutina fūit
inuēta aut si exagono matutina respexerit Nam he omēs
dignitates amicorū illis gratia conferūt. Si vero in XI lo
co geniture fuerit inuētus et maliuole stelle cū ipō fuerint aut
aliqua illi radiatione coniūcte nihil quidem actibus neq; ho
noribus impedient sed sol filiorū loco acerbi decreti perse
ueratia notent In Duodecimo Loco Sol ab horoscopo cō
stitutus Ignobiles et frequētes seruos et captiuos faciet
et patris citā mortem et totius patrimony iacturā decer
nit etiam vitā et egritudines graues Sed et si beniuola
stella cum sole in eodem loco fuerit inuēta nihilominꝰ maxi
mas ignobilitates faciet Si vero maliuola stella in hoc cum
sole fuerit inuēta : perpetuas egritudines et vicia maxima decer
nit et perpetuas seruitutes Sed et solis duodecathemorium
et duodecathemory fines diligenter inquire : ne ī aliquo te fallat

huius operis disciplina Venus in parte horoscopi
partiliter constitutus Si per noctem in hoc loco fuerit
diuinis ingenijs homines faciet · amicos imperatorum aut poten
tium reddit · et quibus imperatorum aut magnorum virorum negotia
credantur · faciet etiam oratores maximos et bonos secundum
naturam qualitatemque signorum Si enim in huiusmodi signis partiliter
in horoscopo fuerit inuenta · faciet sacerdotum principes et qui in
ipsis sacerdotiis purpureis, aut auratis uestibus induantur et qui
futura predicant faciet autem gratos uenustos diuites Si nulla
maliuola stella sic posite ueneri aliqua se potestate radiationis
obiecerit Si vero in his quibus diximus signis partiliter vene
re in horoscopum constituta mercurij se stella coniunxerit et cum
eadem fuit in eodem signo et ysdem partibus partiliter colloca
ta coronatos faciet atque insignes coronari · faciet etiam tales mu
sicos ut omnium admiratione laudetur · In constantibus uero signis
eque modice sunt votis posita in nocturna scilicet genitura faciet
multiplici studio venatores · amicos imperatorum facientes aliquid
tale et inuenientes quod ad venas regias pertineat · faciet etiam
prepositos uoluptatum sed earum que ad delectationem regiam pre
parantur : accipientes annonas ab imperatore maximas Sic autem
ex prestatione annonarum maxime illis diuitie conferant In ter
restribus uero signis aut in aquosis constituta facit tales homines
qui odorum pigmenta faciant aut qui magnificas uestes texant aut
tinctores maximos perficiet In quadrupedibus uero signis sicut
diximus constituta faciet nobiles gloriosos bonos amatores pe
corum et regis animalibus prepositos . Si vero in diurna genitura
in horoscopo partiliter fuerit inuenta faciet infames. libidinosos
impuros · erunt etiam linteones aut plumatarium aut colorum
inuentores atque tinctores · aut caupones aut tabernarij Sed si sic
Venerem per diem positam Saturnus ex aliqua parte respexerit
faciet molles cinedos et qui se dulcibus actibus dedant · Sed
si sit in horoscopo venus constituta : in prima etate dabit uxorem
· faciet autem saturnus si sic positam veneream forti radiatione respex
erit aut spadastres aut textores · aut pigmentorum inuentores Et
si sic venerem positam Jupiter bona radiatione respexerit regis
textrinis faciet prepositos In Secundo Loco venus ab ho
roscopo constituta Si in nocturna genitura sic fuerit inuenta
faciet magnarum artium inuentores et affluentia copiosos Sed qui
frequenter pulsentur infamia et quibus gradatim felicitas confe
ratur et gratos : amenos in venereis cupiditatibus Si uero per
diem in hoc loco fuerit inuenta : maximas contrarietates et tar
das nuptias decernit · causas etiam cum aliqua femina concitat Qui

dam etiam repētinis uxorū mortibus viduāt. Si uero sic po
sitam venerem aut sol aut saturnus per quadratū aut per
diametrū respexerint uel cū ea positi fuerint facient steriles
et arca venereos actus mesficates et qui nūq^q ducāt uxores
et qui semper puerorū amoribus implicētur Sed hec fortius
decernūtur si in diurna genitura sic venus fuerit inuētam
domo saturni uel martis vel mercurij uel in finibus eorum

In Tertio Loco Venus ab horoscopo constituta Bo
na erit si eam Jupiter si eam iupiter bona aliq^q radiatione respex
erit. accipiet .n. uxorem de templo uel sacerdotē uel sacerdotis
filiam Sed si cū venere uel mercurij stella fuerit luna. erunt
etiam ipsi prophete neocori aut prepositi templis et religionibus

In Quarto Loco Venus ab horoscopo constituta per
diem id est i IOIC iacturam maximū patrimonij facit et assi
duas viduitates et tales reddit qui difficile possint aliquid impe
trare Sed et cum mercurio fuerit partiliter radiatione cōiuncta
adulteros facit frequēter scoemen propter malas administrationes
uel publicas uel priuatas proscribi facit Si vero per noctē in hoc
loco fuerit inuēta processu etatis laudes faciet magnorū virorū
amicos et plenos gratia et decentes in iuuētute idest i prima e
tate honestos quidem et quibus nihil desit sed vicio quodam
mentis implicatos secundū propriā signi naturā atq; substāciā
In Tropicis .n. signis constituta aut in duplicibus viduitates decernit
et dāna et causas propter mulieres aut mulieribus excitatas In
Solidis uero signis constituta morigeras decernit uxores et qui ab
his maxime diligētur et quibus gloria et patrimonia a mulieri
bus conferātur Amoto signo aquarij Nam si venus in hoc signo
fuerit inuēta in iiij^o scilicet ab horoscopo loco et luna aut de qua
drato aut de diametro eā respexerit vel si cū ipsa sit collocata
facit steriles et qui filios creare nō possint et qui se nūq^q possi
cōiugalibus affectibus copulare et qui puerorū semper coitu gau
deant

In Quinto Loco Venus ab horoscopo constituta
facient bonos benignos et quicquid volūt facile impetrent
faciet etiam coronari in filiis Si iupiter eam aliq^q radiatione respex
erit famosa uel quodam honore nobilitatis Si vero cū ea fuit
mercurius collocatus augmenta vite promotionis sed cū maxima
largitur infamia. facit autē in omni congressione victores et qui
bus gratia victoriarū premia conferātur in omnibus potentes et
qui semper futura pnosticāt notos potētibus viris et quibus a
mulieribus aut ab uxoribus patrimonia maxima conferant^ur
vel qui presidio aut patrimonio mulierū aut uxorū ad maximos
veniant gradus dignitatis sed processu temporis omnia eis plena

atq perfecta tribuuntur Si vero crescentis lune lumē excepe
rit et crescens luna se ei coniunxerit : cū magna iudicia administra
tiones et glorias consequētur Sed certos reddit et ab omni mē
dacio separatos et qui nec de veris rebus iurisiurandi necessitatē
aut dare aut accipere velint Sed cū uxoribus faciet sic cum
luna venus posita propter quasdam suspiciones contētiones
iurgiorū conflictationes iurgare In Sexto Loco Venus
ab horoscopo constituta Per diem et noctē ignobiliores da
bit uxores aut viduas aut debiles et nunquā morigeras viris si
nulla stella ī IC fuerit iuncta Si vero mulier ī VI loco ge
niture veneris stellā habuerit collocatā. magnas difficultates
et magna pericula patietur ex partu aut n abortabit frequēter
aut difficilem edet partū aut intra viscera dilaceratū eius pectus a
medicis proferatur Si vero ī VI loco venus constituta ī noctur
na genitura aliqua stella in IC fuerit iuncta. faciet gratos
decoros quibus uxores morigerātur et quibus ab uxoribus felici
tas conferatur et omīa quecunq voluerint consequētur Si vero
aliena venus a cardinibus fuerit constituta et malivole stelleq
in cardinibus constitutā lunā forti radiatione respexerint posse
derint et eos qui nati fuerint expositos a parētibus ~~fuerit~~ stati
faciūt In Septimo Loco venus ab horoscopo constituta
Si in suo signo per noctē fuerit iuncta: felicē reddit senectutē. tar
dius autē dabit uxorem et diffil difficile filios decernit eis qui
sic habuerint venerem positam faciet autem de rebus vene
riis maximis infamyis laborātes secundū naturam equitate
q signi Si .n. hunc locū tenuerint in tropicis signis consti
tuta vel squamosis aut errraticis et cū ea mars fuerit aut se illi
per diametrū aut quadratū forti radiatione coniunxerit : faciat im
puros. libidinosos infames Si vero sic positā cū marte venerē
venus in his quibus diximus signis alia saturnū radiatione re
spexerit id est aut per quadratum aut per diametrū aut simul
positus. mulieres que sic habuerint venerē hac stellarum so
cietate impure et impudice cū mulieribus coibūt libidinis cau
sa Sed hec vicia erunt fortiora si in capricorno vel ariete hec se
stellarū mixtura coniunxerit In Octano Loco Venus ab
horoscopo constituta In diurna scilicet genitura. tarde dabit
uxorem et cum dederit. dabit aut degenerem aut viduam
aut sterilem aut gravi feditate deformem Sed si mercurius
cū ea fuerit vel ~~simul~~ cū mercurio venerē in hoc loco positā mali
vola stella respexerit vel per quadratū vel per diametrū vel si
cum ipsis in hoc loco fuerit iuncta : omne eius qui natus fuerit
patrimonium dissipatur vel qualicunq proscriptione nudatur Mors

ergo illi per gomorreā id est per defluxionē sanguīs · seminis
aut ꝑ contractionē aut per spasmū aut ꝑ apoplexim infertur
Si vero per noctem in hoc loco venus fuerit inuēta: diui
tes facit et quibus morte mulierū magnarū felicitas confera
tur Mors vero illis cito et sine dolore et sine aliquo tormē
to decernitur In Nono loco Venus ab horoscopo consti
tuta In diurna genitura facit eum qui sic habuerit venerē
assidua cuiusdam demonis interpellatione pulsari facit autem
in templis manere sordide et sic semper incedere et qui nūq̄
tondeant comā et qui aliquid velint quasi a dijs dictū homī
bus nūtiare: quales solent eē in templis qui vaticinari consue
uerūt Reddit etiā sic posita venus somniorū frequēter interp̄tes
Sed hec fortiora erūt si sic positam venerem saturnus aliqua radi
atione respexerit. Si uero ī nocturna genitura in hoc loco fuerit īuē
ta · faciet diuinos deorū cultores · et qui sacris ac religionibus stu
deant quibusdam vero officia aut dona largitur ex templis
Si vero per noctem sic uenerē constitutā mars et saturnus de
diametro uel de quadrato uel simul positi ei se coniūxerint · fa
cient mulieres exagitari aut cū mulieribus grauis infelicitas
conferatur et quibus mulieres ingrate sint presertī si cū ista stel
larum societate in tropicis signis fuerit inuēta · Si uero sic positā
venerem de trigono uel de exagono iouis stella respexerit vel
si cū ea fuerit inuēta faciet mulieribus adamari · faciet venus
tos gratos et qui omnīa facile consequātur et qui in re dominētur
uxoris Alij ī curam mulierū suscipiūt vel mulierū procuratores
existunt Alij sic habētes venerem in pallacijs regum vel ī potē
tū virorū domibus ob fabricationē harū rerum rerū que ad
cultū sunt mulierū necessarie perseuerant grati semper ex his
rebus augmēta patrimonij maxima consequēt[ur] Si vero sic
positā venerem mars in diametro constitutus vel in quadrato
respexerit presertim si ipse sit in cardinibus constitutus timidos
habebūt videbunt etiam graues mortes filiorū Erunt etiam
īimici filiorū aut stupri aut adulterij causa Si vō sic positam
venerem cū iouis stella mercurius de quadrato respexerit uł
saturnus solus in diametro venerit uł fuerit inuētus: mercurio
in quadrato uel cum ipā constituto vel si simul mercurius et
saturnus et venus cum mercurio fuerint constituta in hoc
scilicet quo diximus loco : faciet steriles sine semine · puerorū
amatores: libidinosos et propter hec vicia in homicidijs aut
periculis aut criminibus constitutos Si vero mulier sic hūerit
venerem sicut diximus cum hac scilicet coniūctione stellarum
: virorum actus semper imitabitur In Decimo Loco

Venus ab horoscopo constituta id est in MC faciet claros
et coronatos et quibus grandis gloria et fortuna maxima
conferatur. Si uero hoc loco cum mercurio fuerit inuenta
: faciet cordarum et instrumētorū cordatos discipline auctores
et quicquid uoluerint facile consequātur. Si nulla saturn⁹
et mars se ex radiatione commixerint: ipsa vero sit matutina fa
ciet publicos musicos et qui a populis honorātur. Si vero se
cū saturnus aliqua radiatione conmixerit faciet infames et ī
his quibus diximus profitetur artibus secundos. et qui nunq̄ si
bi iudicent principatū cum res suas aliene tuitionꝭ cōmittent.
Si vero sic positam venerem mars forti radiatione respexerit
aut si cū ipsa fuerit. faciet infames famosos. Si uero mulierēs
sic venerem positam habuerint: impure. libidinose et ad omni
um exposite uoluptatem et meretricijs semper actibus implica
tas. que propter necessitatē vite in meretricio uł lenocinio se pro
stituant. Sed et secundum qualitatem substantiamq̄ signorum
hi actus perficiuntur. In certatis. n. signis aut in tropicis aut
in saturni domibus aut in squamosis sicut diximus collocata
talem mulierem reddit. In his uero signis sicut diximus ve
nerem si vir habuerit constitutam infamis erit in infinitum et
qui res impuras multiplici ratione cōmittat. Sed ut dixim⁹
in his signis et cū ista stellarū societate venus posita ita ut nō
ī feminino signo fuerit īuēta: et Luna per quadratum uel p
diametrū crescens luminē. Simili mō etiā ipsa in feminino sig
no constituta martem respexerit: faciet eunuchos aut abscis
sos archigallos aut hermphroditos et qui semper non agāt
et patiātur que mulieres pati consueuerint prepostereis libidi
num ardoribus citati. In Undecimo Loco Venus ab ho
roscopo constituta. Si vespertina fuerit et eam sic collocatam
Mars et Saturnus aliqua parte respexerint: faciet steriles et
qui generare nō possint: et qui difficile nuptias adipiscantur
et frequenter puerorū amatores facit: aut mulierum stemcarū
aut qui publicis mercimonijs presint. presertim si sic posita in
tropicis signis fuerit constituta sed circa substantiam gradatim
crescentes et quibus augmēta horū etiam patrimonia amico
rum presidio conferantur. gratos tamen et venustos faciet
et si sic posita venus coniunctionem lune venientis acceperit
: faciet locupletes diuites maxime potentes etiam glorie et
quibus magnarū potestatū cura mandetur. Interdū nobilium
ciuitatū faciet decem primos. Si uero matutina ī hoc loco fue
rit inuenta et simili modo coniūctionē lune venientis exceperit
a prima etate facit potentes et quibus a prima etate potestas

aliqua cōmittatur ita ut magnis viris aut impatoribus fi-
des amicitie meritā coniungant et qui semper usq; ad ultimū
diem vite gratia venustatis ornātur Et fortiora hec erunt
si sic venere et luna in hoc loco positis mercurius se aliqua
radiatione coniuxerit vel si cum ipsis in eodem loco fuerit con-
stitutus In Duodecimo Loco Venus ab horoscopo fuerit
constituta Si in nocturna genitura sic fuerit inuēta faciet mu-
lierū causa assiduo tristitie dolore cruciari · Si sic positam Mars
et mercurius forti radiatione respexerint · faciet .n. ab ancillis
libidinosis libidinis causa insidias fieri animi estu Sed decer-
nit instinctu libidinis turpis amoris incendia Alij vero ancillas
sibi matrimonio coniungunt Alij sibi publicas meretrices ge-
nialis thori sibi copulatione consociāt Ex qua causa etiam
filiorū soboles denegatur Per diem vero in hoc loco posita mu-
lierum causa necem uel male mortis decernit atrocitatē secun-
dum naturam qualitatemq; signorum · Habet .n. hec stella va-
rias sed que difficile inueniri possint decernendi potestates · Si
autem ī imaginibus artifex pictor lineamēta mēbrorū ex varia
mixturarū diversitate ^pre^ persignat et temperatis coloribus
certam corporis formā imitatione facit similitudine corporali
Sic et stellarū coniūcta radiatio societatis consensu pariter tē-
perata vim quandam viciissim ex coniūctis sibi potestatibus
mutuatur · et substantiam sibi ex diverso ignīū calore collatā
: fata hominū ad picture modum equata societatēs moderi-
tione depingit Nam si hoc sic esse quod dicimus istis rationib'
comprobatur venerē sicut dixim' collocata si saturnus aliqua
radiatione se coniuxerit : animos facit perversis vicijs impli-
cari et ad nullos actus reddi necessarios presertim si ista cōiūc-
tio veneris et saturni ī nocturna genitura fuerit inuēta Si
vero sic posita Iovi se radiatione coniuxerit ab incursu p̄cedētis
malitie liberatur Maxima .n. largitur bona nam et patrimonij
augmēta proprijs actibus consequetur et erūt ab omni vicio-
rum labe sepositi Si tamē sic constitutam venerem cū iove de
de diametro luna fuerit inuēta · faciet infames libidinosos ·
aut puerorū amatores · et ex coitu mulierū sudarios facit gi-
ni infamie pulsari dedecore · Ex incestis .n. et stupris ex ista
conmixtione graues decernūtur infamie · aut .n. cum sororib'
aut novercis · aut filiabus aut fratribus coire cogūt' Sed
nihilomin' ex isto incestu lucra eis maxima obueniunt et
confertur aliquod meritum dignitatis Sed et semper venus cū
luna simul posita aut de quadrato coniūcta aut amoris illece-
bras aut infamie labem prona felicitate decernit aut acerbis

animi vitiis implicabit aut facit impura aut libidinosa cupi
ditate preposteros aut ex incestis amoribus gravi pulsat infa
mia aut .n. sicut supra diximus cum sororibus coeunt aut
cum alienis a genere duas cū sorores stupro sibi cogente cō
iungūt. aut cum filiabus coibunt aut cū matribus aut cum
nuribus aut cū preuignorū uxoribus aut circa fratrū uxores
vitio libidinose cupiditatis ardebunt aut cū matribus aut cū
novercis coibunt aut cū affinibus aut cum sororibus aut cū
sororū filiis. Si vero mulier sit venerem habuerit collocatam
faciet libidinosam et que promiscuis amoribus voluptatis im
plicetur sed semper infamie labe possessam et incestis amoribus
estuātem et ipsa .n. aut cū fratribus suis coibit aut cū filiis
aut cū parentibus aut cū patruorū filiis aut cū filiarū ma
ritis aut cum patruis aut cū privignis aut affinibus aut ad
duos fratres ad unam lecti libidinem devocabunt. Alias vero
mulieres viriles facit actus appetere. Sed hec tunc fortiora e
runt si cum luna ista radiationi coniūcta in tropicis signis vel ī
erraticis vel squamosis vel in biformibus radiatione fuerit cō
posita. Que sic fortiora et vehemētiora erunt si sic ambas id est
lunā et venerem sicut positas vel unā de duabus: mars aut
saturnus vel de diametro vel de quadrato viderint aut cū una
ipsarū de duabus fuerit collocatus vel si ista societate iuncta lūa
pariter et venus vel ista radiatione composite in domū martis ul'
saturni fuerint collocati vel in mercurii signis simul fuerint vel
una de duabus in mercurii signo collocata. Alia tali qua dixi
mus radiatione respexerit in vespertino ortu venus constituta si
nocturna genitura in bono constituta signo si se marti prospera
radiatione coniunxerit bona felicitatis incremēta decernit po
tentes .n. et gloriosas potestates facit et honorū maxima lar
gitur insignia et locupletū facultatū divitias largitur. Que si per
diem martem ex quacunque radiatione coniūxerit: multorum
ac magnorū malorū infortunia decernit. gaudet .n. per noctem
si se luna marti mercurio que coniūxerit et tunc homines maxiā
felicitate nobilitat quotiens in nocturna genitura fuerit cū his
bona radiatione coniūcta. Si vero cum sole in hoc loco in quo lo
quimur venus fuerit in iustissimā eam fore omniū prudentiū
responsionibus constitit. Male enī constituitur venus si cū sole
collocata fuerit. Non .n. gaudet solis sociata luminibus. et quic
quid in rebus humanis malū videtur ac miserū. hoc totū ho
minibus cum sole posita decernit. Gaudet vero retro solem col
locata .i. matutina. tunc quicquid boni cum bonis posita decer
nit. fortiora felicitatis crescet augmēta. Si vero domiā horoscopi

fuerit inuenta et ipsa totius geniture domina fuerit vel si ipsa de-
creuerit vitam in bonis signis et oportunis geniture locis col-
locata maxima vite largitur etatem Si vero dator vite vel ge-
niture uel horoscopi domino in diurna genitura restiterit et
ex eo tempore vite quod decretū fuerit minuit annos octo et
vita sic posita decernit sed talia q̄ non graui maculāt infamia
Sed et in venere similiter quere duodecathemorion et ipsius fi-
nes vt in omnibus rationibus decretorū secreta reperias
Mercurius in parte horoscopi partiliter constitutus in hys
in quibus gaudet signis In diurna genitura facit phylosophos
gramatice artis magistros aut geometras aut celestia sepe trac-
tantes aut qui ad hoc apti sunt ut deorū presentiā intueri possīt
aut sacrarū litterarū peritos · facit etiam frequēter oratores et ad-
uocatos presertim si in hoc loco uel in suis uel in ceteris vocalib9
signis fuerit inuētus Et si sic mercuriū sol aut saturnus aut
Jupiter in diurna genitura respexerit · magnos viros faciet qui
sacris et gloriosis stematibus coronētur · facit etiā tales vt illis
maxima imperatorū negotia credātur Et si sic positū mercurium
de quadrato uel de diametro mars respexerit; ita ut cū ipso par-
tiliter in horoscopo fuerit inuentus : eum qui sic natus fuerit multi-
plici malorū continuatione prosternit Neq; n definiri aut desig-
nari possint mala que ex ista mercury ac martis cōiūctione proue-
niunt Si vero sic positū mercuriū mars de trigono respexerit · fa-
cit hominē bonis ac prosperis occupari actibus Si vero sic mercu-
rius partiliter in nocturna genitura in horoscopo fuerit inuētus : diui-
nos sensibus facit et qui omīa que voluīt facillimis semper rationi-
bus consequātur Reddet etiam honestos moribus et graues
rationibus facit etiam prepositos aut conductionū aut frumen-
torum aut vectigaliū aut negotiationū aut mensarū et feneraa-
tionum his negotia tractantes Reddet etiā sic per noctem collo-
catus imperatorū aut potentissimorum iudiciū frequēter inter-
pretes Sed hec omnia secundū differētiam decernit qualita-
tem q; signorū In Secundo Loco Mercurius ab horosco-
po constitutus Si in matutino ortu fuerat inuētus facit homi-
nes obscuros : scelerate mentis · alienos a sciencia litterarū et
qui sint ab omī vite subsidio destituti · Si vero in hoc loco vesp-
tinus fuerit et sit in nocturna genitura : faciet feneratores ne-
gotiatores aut qui alienarū curam rerum procurationemq; sus-
tineant Si vero in diurna genitura sic fuerit inuētus facit pla-
gas aut laboriosarū litterarū peritos et qui naturā suam nolīt
ceteris hominibus compare · affectabunt etiam ad omīa que illis nul-
la magistery tradidit disciplina faciet miseros ī vita et quere

semper uario angustiarum genere conficiat. Si vero sit po
situm mercurium aliqua iupiter radiatione respexerit vel si cum
eo fuerit iunctus et luna se illis bona coniunctione sociarit: fa
ciet magnis ac famosis locis preponi sed qui non habeant pote
ntiam principalem sed in ipsis actibus aliene potestati subiace
ant. Faciet autem magnis operibus prepositos et reddet tales qui
etiam facultates regias potita dispositione sustentent et qui omnes
redditus regios thesaurosque sive habeant fidei dispositionique
commissos. Sed hec eorum felicitas brevi temporis spacio finietur.
In Tertio Loco Mercurius ab horoscopo constitutus faciet
(vel arthianos) sacerdotes magnos architectos mathematicos sed per se inve
entes atque discentes que que sunt alieno magisterio. Faciet autem
cordatos felices et qui ad omnes actus facili se ratione coniugat.
Si vero sit positum mercurium de trigono vel de exagono iupi
ter respexerit vel si cum eo fuerit iunctus faciet magne mentis
magnorum ac divinorum consiliorum viros. Si vero sic positis mer
curio ac iovi mars se aliquibus radiationibus obligaverit fa
ciet procuratores regum famosos duces potentes administratores
et quibus regie facultates credantur et tales animo ac viribus
reddunt ut omnia possint cum sua virtute feliciter superare. In Quar
to Loco Mercurius ab horoscopo constitutus in IMC fa
ciet acutos et publicis rationibus prepositos et qui multiplici
doctrina polleant. Si vero in hoc loco in matutino ortu fuerit
inventus: secretarum quarundam artium reddit magistros. Si vero
sic posito mercurio aliosque geniture cardines mars saturnusque pos
sederint et mercurium aut de quadrato aut de diametro respexe
rint: faciet accusatores custodes carceris et frequenter damnationes.
Si vero vespertinus in IIII ab horoscopo loco id est in IMC fuerit
inventus: faciet aurifices aut fossores auri aut absconsarum qua
rundam artium magistros aut qui computo aut calculo videantur
instructi: aut palestricorum hominum duces prepositosque perficiet.
In Quinto Loco Mercurius ab horoscopo constitutus.
Si in matutino ortu fuerit inventus absconsores auri et divitia
rum faciet et qui providentia sua maximam faciant substantie
facultatem aut alienis sed magnis faciet prepositos pecuniis
et qui divinis moribus esse videantur. Decernitur autem illis sic
posito mercurio vite substantia et erit illis fecunda soboles filiorum.
Si vero vespertinus in hoc loco fuerit inventus pecunias nulla
poterit ratione servare. Sed totum quicquid pecuniarum vel auri et
et argenti ceterorumque nobiliorum repositum fuerit profusis faciet ero
gationibus dissipari. Faciet sane negotiosos ac rationibus publi
cis quarumque administratione prepositos. Facit interdum pro qualita

quicquid illis non est alieno magisterio

te signorũ magistros aut geometras aut astrologos et qui side
rum cursus prudentia computationis inueniũt. Facit etiã pales
tritas prepositos et eorum duces. Quod si in hoc loco mercurius
positus coniunctionẽ lune crescentis exceperit totũ corpus hominis
faciet variis maculis uariari aut qui vitiosis valitudinibus
implicabitur secundũ naturam qualitatẽ que signorũ. Si vero
Mercurio sic posito deficiens se luna coniunxerit dedecorosis hoĩes
valitudinibus implicabit et faciet frequẽter a recto uiuendi
ordine preposteris dementie casibus aberrare. In Sexto Lo
co Mercurius ab horoscopo constitutus aut ex doctasu
tilitate sermonis aut ex aduocatione aut ex negotiatione aut
ex deorũ redditibus faciet sibi maxima fortuna comparare preser
tim si sic posito mercurio in X° ab horoscopo signo stella alia fu
erit inuenta. Si vero in nocturna genitura matutinus in VI° lo
co fuerit inuẽtus interpretes. piscatores. aucupes. sculptores fa
cit. Si sic posito mercurio alia stella in X° genitur(e) loco fuerit
inuenta. Si vero matutinus in nocturna genitura ĩ VI loco fuẽt
constitutus et X ab horoscopo locus nullam habeat stellã facit
malignos maliciosos malorum consiliorũ auctores fures sed et
qui res alienas inuido mentis ardore desiderent et qui de alienis
casibus gaudeant. delatores et qui affines et propinquos suos
omnes acerbis odiis persequãtur. pigros et tectos mẽtibus et
quibus omiã malitie genera conferãtur. Si uero vespertinus
in hoc loco fuerit inuentus facit cordatos graues scryptuos ra
tionibus aut mensis aut horreis aut apothecis aut instrumentis
aut negotiationibus prepositos ex quibus occasionibus lucra
illis magna conferãtur. Si vero sic positus coniunctionẽ lune ve
nientis exceperit faciet scribas aut iudiciorũ auctores aut sena
tus aut qui cum imperatoribus constituti dicendi aliquã habeãt
potestatem aut qui actus principis suis dispositionibus guberna
re iubeant presertim si sic mercurio constituto aut quecumque alia
stella X genitur(e) locum possederit. In Septimo Loco Mer
curius ab horoscopo constitutus id est in occasu in diurna ge
nitura si fuerit inuẽtus faciet eos qui sic mercuriũ habuerĩt
grauibus vitiis implicari et miserarũ libidinũ cupiditatibus es
tuare. Erunt autem nimis aut puerorũ amatores aut virginũ.
Sed hi mulieres stupratas sortiũtur uxores. Frequenter infami
um virorũ curam tuitionẽ que suscipiũt. Sed et hoc pro signorũ
qualitate determinatur. Nam si in hoc loco in his in quibus non
gaudet signis inuentus id est si in domo martis uel ĩ domo satur
ni vel in ceteris in quibus humiliatur. Faciet meretricibus prepo
sitos et lenones et qui istius infamie squaloribus fedẽtur. Si uõ

in diametro 𝔖𝔭 Mars fuerit inuentus vel in MC vel in circa
su idest in VII loco cum mercurio constitutus faciet parui tempo
ris vitam faciet physicos fugitiuos exules dampnatos Si vero
per noctem in VII loco geniture id est in occasu fuerit inuentus
faciet mulierum diuitum procuratores et quibus ex venereis
occasionibus felicitates maxime conferantur et aut calculi aut
musice aut notarium aut difficilium litterarum inuentores reddit
+ socio in hoc loco mercurius prophetas sepe fecisse In Octa pse sopertas
uo Loco geniture Mercurius ab horoscopo constitutus
Si per diem vespertinus in hoc loco fuerit inuentus faciet
tardos et qui nihil agere audeant aut velint : laboriosis sem
per actibus impeditos stultos maliciosos et ad nullos actus
necessarios Si vero in hoc loco constitutus in saturni domo
fuerit in partibus saturni faciet presertim si illum sic positum saturnus
aliqua radiatione respexerit Si vero per noctem vespertinus
in hoc loco fuerit inuentus : faciet alieni patrimonii heredes et
qui casu absconsas inueniant facultates Erunt etiam felices
pariter et beati viciosi tamen et qui facile assiduis langoribus
fatigantur Matutinus vero in hoc loco constitutus facit eos qui
sic nati fuerint augere in infinitum pecunias et actus magnos ap
petentes Alios autem faciet sollicitudinum commendationum aut ac
tuum aut instrumentorum fidos stabilesque aut alieni patrimonii fre
quenter In Nono Loco Mercurius ab horoscopo con
stitutus Sine alicuius stelle radiatione Si in hoc loco fuerit i
nuentus : faciet contentiosos contradictores dyaleticos scire se pro
fitentes quicquid illis nullius est magisterii intimatum malicio
sos sed qui nihil possint efficaci cogitatione adimplere Si uero
in hoc loco matutinus fuerit inuentus faciet sacerdotes diuinos
haruspices augures mathematicos astrologos medicos et
quibus ex istis artibus et institutis vite subsidia querantur Sed
hec fortiora erunt si beniuole stelle fuerit radiatione protectus
faciet enim felices beatos magnos potentes et quibus omnia
felicitatis insignia conferantur Si vero sic positum mercurium
maliuole stelle respexerint vel si in diametro vel in quadra
to fuerint inuente faciet irreligiosos sacrilegos spoliatores
templorum dampnatos dampnabiles et qui semper in peregrinis lo
cis oberrent fugientes et qui exilii dampnationibus opprimantur
Vespertinus vero in hoc loco mercurius constitutus faciet sacer
dotes magos medicos artifices et quibus ex istis artibus vite
subsidia comparentur et tales ingenio ut per se ipsi discant
quicquid illis magisterii non tradidit disciplina In Deci
mo Loco Mercurius ab horoscopo constitutus id est in

MC Si matutinus in hoc loco fuerit admirabiles et mag
nos in actibus reddet Si .n. sic constitutum mercuriū Iupi
ter ex aliq̄ parte respexerit de trigono uel de exagono ī diur
na genitura: erunt magni potentes maximarum ciuitatū uel
imperatorū uel potentiū virorū negocia tractātes fideles beni
uoli. sapientes graues Sed in nocturna genitura si sic positum
mercuriū venus aliqua radiatione respexerit id est de quadrato
vel de diametro promotiones vementes hec faciet que in diurna
genitura cū ioue illū monstrauimus facere Si vero sic positū mer
curiū mars ex aliq̄ parte respexerit idest de quadrato uel de dia
metro promotiones uementes vario offensarū genere repel
luntur et erūt frequenter ob hoc exules vel alicuius dānatio
nis onera sustinētes Sed et si luna se marti aliqua radiatione
coniunxerit. faciet etiā biothanatos Vespertinus uero ī x lo
co ab horoscopo constitutus faciet peregrinationes et assiduas
locorum cōmutationes. Facit etiam in omnibus actibus publicari
um Si vero sic positū mercuriū Saturnus ex aliqua parte respex
erit aut de diametro aut de quadrato facit aquosis semper acti
bus occupari et officia eorum aut prope mare aut prope flumi
um aut prope stagna constituit Vicia vero et valitudines ex
humorū semper abundancia decernit In Undecimo Loco Mer
curius ab horoscopo constitutus faciet ingeniosos et in omnib9
actibus necessarios et quibus magnarū rationū actus cōmittat
Sed tunc maiora decernit officia si ioui fuerit oportunā radia
tione coniunctus In Duodecimo Loco Mercurius ab ho
roscopo constitutus faciet ingeniosos si fuerint in magnis ne
gociis constituti aut conductorū publicorū negociorū facit in qui
bus negociis alii periclitātur nisi in his ipi prosperos habent euē
tus Vespertinus uō ī hoc loco constitutus multa faciet negocia
conatātes et multorū inuētores negociorū Neq̄ .n. sine causa is
tum locum prudentissimi viri notauerūt Neq̄ sine causa partus
aut tempus parturientis mulieris in hoc loco posuerūt. editura
.n. sobolem in hoc loco mater constituitur. Confert .n. se etiam
VI locus XI° Omēs cetere stelle in his locis pōite pigros habēt
actus. Mercurius in hoc loco inuētus faciet doctos gramaticos
geometras atq̄ res suas assidua mercatione uendentes aut qui
orationis sue presidio laborantibus soleant hominibus subueni
re defendentes eos et a periculis liberātes. Nam tales erūt
ut ab hominibus cordatiores esse videātur. et quibus omnibus
omniū doctrinarū conferantur augmēta Sed hoc tunc facit
cum aut ioui cōiunctus fuerit aut a maliuolis nulla ratione
pulsatus. Si uō mars eum aut de diametro aut de quadrato

respexerit aut simul cum eo fuerit: faciet delatores. absconsos
. subdolos. maliciosos. maleficos. venenarios aut qui falsa ar-
ficio malicie perficiant aut propter horū criminū maliciam
graves condēnationes incurrant; aut .n. quasi malefici aut
quasi falsatores dānabuntur falsari autē aut tabulas aut
actus aut acta publica aut ob hoc dānatos malis faciet
mortibus interire. Faciet etiam aut a servis aut propter ser
uos maximas dānationes et maxima pericula. Et si sic inter
turnū ac martē constitutos luna se lumine crescenti coniūxerit
biothanatos faciet sed qui iudicantis animadversione plectātur
Sed et si sol in ipsis fuerit iunctus sine testimonio iovis flam̄i
flāmis faciet exuri. Sed hec omnia pro signorū qualitate de
cernūtur. Sed quia diximus mercuriū omnibus se facili ra
diatione coniūgere et esse cū bonis bonū et cū malis malum
Explicare debemus quid in genituris cū singulorū societa
te decernat. Per diem cū iove positus ac sole in oportunis gen
ture locis maximas decernit felicitates. Si vero per diem cum
marte fuerit iunctus maximorū infortuniorū faciet calamitates
Per noctē vero simili ratione mutatur nā cū venere et luna bo
nus est; cum vero maxima mala infelicitatesque decernit. Quod
ut manifestius doceamus omnia debemus specialiter explicare
Sed prius duodecathemorium mercurii diligenter inquire et
fines duodecathemorii ut ad omnia genture secreta pervenī
as. Mercurii coniūctio cum sole. Cum sole per diem
mercurius partiliter in horoscopo constitutus faciet re
ges duces potentes. Si vero per noctem in hoc loco fuerīt
partiliter inventi: patrem degenerem et ignobilem faciunt
Erunt autē in artibus publicis sed absconsis et miseris secū
dum naturam qualitatemque signorum. In Secundo Loco ab
horoscopo Sol cum mercurio partiliter constitutus augmē
tum patrimonii decernit et aliquorū actuū principatum.
In Tertio Loco ab horoscopo Sol et mercurius constitu
ti faciūt aruspices. Sōniorū interpretes. medicos. divinos
augures. astrologos. mathematicos et qui semper futura pre
dicant sed quorum ars atque institutum ad omniū notitiam
perferatur. In Quarto Loco ab horoscopo id est in
IMC partiliter mercurius cum sole constitutus. faciet
ignobiles et absconsarū aut illicitarū artiū peritos sed hones
tos et graves. Et si sic positi fuerint in IIII° loco genture
considerandum est maxime in quo sint signo constituti et quis
sit eius signi dominus periculosum est .n. maxime si hi tales
positi in hoc loco in Saturni domo fuerint inventi īventi

In Quinto Loco Sol cū Mercurio ab horoscopo constitu
tus partiliter faciet nobiles et qui omnia facile pficiāt
sed periculosos et qui non habeant ppetuam felicitatem et
qui multos facili ratione decipiant In Sexto Loco Mer
curius cum sole partiliter constitutus Ignobiles seruos
pigros laboriosos faciet et quorū patres nesciātur. orbos pa
rentibus. tardos in actibus et qui nihil consequi possint
Si nulla stella in X ab horoscopo loco fuerit inuēta Si vero
in X loco ab horoscopo stella aliqua fuerit inuenta: diuitia
rum ingenuitatis et glorie insignia conferūtur presertim si
beniuola stella in X loco fuerit inuēta In Septimo Loco ab
horoscopo Mercurius cum sole partiliter constitutus id est
in occasu Si per diem in hoc loco fuerit inuentus faciet eós
qui sic nati fuerint maximas res potestatesq; cōmitti sed ip
sos biothanata morte faciet interire Si vō per noctem ī hoc
loco ptiliter fuerit constitutus faciet multa ppetī mala laborā
tes et quotidiano opere alimēta querētes et malis semper
ac sordidis actibus occupatos Erunt. n artes aut sordide aut
squalide aut graui odore ex quibus artibus vigilie perpetue
ab operantibus exigantur quales sunt confectores coriorum
. fullones. lanary. pictores. coqui. et his similes ipsos faciet
stomaticos et prima etate viciosos In Octauo loco ab ho
roscopo Mercurius cum sole partiliter constitutus faciet de
biles viciosos et qui facili ratione decipiātur Sed in hoc loco
constituti biothanatā mortem faciūt et decernūt frequenter in
famas In Nono Loco Mercurius ab horoscopo cū sole partiliter cō
stitutus faciet exorcistas: et qui laborātes demonū incursio
ne homines remedys liberent vt his artibus maxima illis
vite substātia conferatur In Decimo Loco ab horoscopo
id est in MC cum sole mercurius partiliter constitutus In
his in quibus gaudet signis vel in quibus exaltatur p diem
totius orbis dominos faciet aut multis et maximis prouītys
potestatis merito prepositos presertim si Iupiter eis bonū tes
timoniū commodarit In Vndecimo loco ab horoscopo mercu
rius cum sole partiliter constitutus In processu etatis felicita
tis augmenta decernit In Duodecimo Loco ab horoscopo
mercurius cum sole partiliter constitutus Pauperes infeli
ces seruos facit et qui semper in peregrinatione depereāt
De Coniunctione Mercury et Saturni Mercurius et
Saturnus in parte horoscopi partiliter constituti In diurna
genitura absconsores pecuniarū faciūt. aduocatos aut iurispe
ritos aut scribas sed languidos et qui cito deficiant Si vero

per noctem in hoc loco fuerīt constituti servos aut captivos ex
liberis facient et tradent eos potētibus viris captivitatis cau
sa servituros Si vero in feminino signo in horoscopo saliret
saturnus et mercurius partiliter in nocturna genitura fuerīt
inventi facient eunuchos vel viros sine semine et qui coire
non possunt · turpes · infames · impudicos cynedos In Se
cundo loco ab horoscopo mercurius cum saturno partiliter co
stitutus In diurna genitura faciet herbarios medicos et p
quos hominibus sanitas comparetur · Sed divites etiam et
famosos in actibus suis Erunt autem pro qualitate signorum
frequēter oratores aut potētū virorum · Si vero p noctem in
hoc loco fuerint inventi facient mendicos · nudos · insanos aut
templorum servos · frequēter etiam facient accusari et in custo
diam constitui · lugubres tamen semper et sine filiis et aliqua
corporis parte debiles · aut quibusdam viciis implicatos In Ter
tio loco ab horoscopo Mercurius cum saturno partiliter
constitutus faciet urnatores aquas ex altis puteis levātes
· ortulanos · actores modicarum villarū · aut pollinctores et fune
rarios aut custodes mortuorū cadaverū aut sepulchorum faci
et ianitores In Quarto Loco ab horoscopo Saturnus et
mercurius partiliter constituti id est in IMC · faciet illicita
rum et absconsarum artiū magistros aut earum conscios et qui
quotidianam vitam ex malis artibus querant Sed quidam sic
habentes mercuriū cū saturno · aut in custodia erunt aut aliqua
ratione dānātur Sed omēs actus secundum naturam qualitatem
q; signorū et secundum rationē ceterarū stellarū inveniūtur In
Quinto loco ab horoscopo Mercurius et Saturnus ptiliter
constituti facient eos qui sic nati fuerint · frequenter mutare
domicilia · et annone aut frumentorū aut locorum quorundā
prepositos · aut gēmarum aut margaritarū aut aromatū aut
metallorū prepositos: facient etiā et sacrorum cultores In Sex
to loco et in duodecimo ab horoscopo Mercurius et Satur
nus partiliter constituti · Eadem simili ratione decernūt Si enī
per diem in his locis fuerint invēti · multarū doctrinarū scios
facient · absconsarū artiū doctrina pollentes · et qui omiā que
in rebus humanis sunt vellent scire · maliciosos sane et in
vidos et qui viciis aut valitudinibus implicentur · Per noc
tem vero in VI° et duodecimo genitur[a]e loco partiliter constituti
facient falsarū litterarū auctores · sceleratos maliciosos · malivo
los maleficos et qui semper maximis malis et maxīs necessita
tibus iplicēt Sed si ī his locis sic positū mercuriū et saturnū sive
per diem sive p nocte · mars aliq̄ radiatione respexerit aut p qua

dratum aut per diametrum sine vitabili malo implicatos homīes
publice mortis faciet animaduersione puniri In Septimo Loco
ab horoscopo idest in occasu Mercurius et Saturnus partiliter
constituti heredes mulierū et magnarum facultatū desideriis
estuantes facient atq; amatores mulierū Si vero per noctē in
hoc loco fuerint inuēti In omni conuersatione vite; nil miseros
facient qui maximis debitis obligātur viciosos tamē ac debiles
erunt autem maligni maliciosi Quidam tū accusati in custodia
publica constituūtur In Octauo Loco ab horoscopo Mer
curius cum Saturno partiliter constituti In processu temporis
patrimonii et honoris augmēta decernūt Alii vero mortis aliene
causa patrimonia consequūtur Valitudo tamen illis erit aut de
vesice calculo aut de ventris vicio Per noctem vero in hoc loco
partiliter constituti · pauperes · proscriptos · languidos aut rugi
nosos facient · et quibus humores facient ex damno repetē
dos Si luna minuta lumine ad saturnū feratur · aut ad mar
tem plena In Nono loco ab horoscopo Mercurius cum Satur
no partiliter constitutus Prophetas aut vestitores diuinorum
simulachrorū aut baiulos diuinarū cerimoniarū faciet In De
cimo ab horoscopo Loco Mercurius cum saturno partiliter con
stitutus id est in MC alienorum patrimoniorū heredes faciet
aut maximarū rerū inuētores · erunt interdum scribe aut actores
aut maximorū virorū procuratores Sed si sic eos positos stella
viderit · diuino ingenio faciet oratores vel oratorū artiū magistros
aut gramaticos · aut his omnibus potestatibus alicuius auctoritate
prepositos · aut magistros studiorū aut magistros censuali celestis
rei scrutari · Alii computos exercent Alii difficiliū litterarū aut in
uentores aut magistri erunt In Vndecimo Loco geniture Satur
nus et Mercurius ab horoscopo partiliter constituti hec decer
nunt que illos in VI loco decernere diximus In Duodecimo
Loco geniture Mercurius et Saturnus ab horoscopo partiliter cō
stituti Quid decernant VItus geniture locus manifestius expli
cauit De Coniunctione Mercurii et Iouis Mercurius cū
Ioue partiliter in horoscopo constitutus In diurna genitura fa
ciet claros et gloriosos ciuitatibus prepositos Aut maximarū ciuita
tum decemprimos Iuridicos et qui prouinciis aut ciuitatibus iura
restituant sed qui iustis semper gaudeant causis Si vero p noctē
sic fuerint inuēti: procuratores · aut actores aut negociorū prepositos
tos Sed magnorū ac potētū virorū interdū facit scribas: racioni
bus · mensis · apothecis · negotiationibus prepositos · Argutos vero
ingeniosos et quibus ex bonitate ingenii felicitas maxiā cōferuntur
In Secundo Loco Mercurius et Iupiter partiliter ab horoscopo

constituti In diurna genitura facient heredes alieni patrimo
nij ab extraneis adoptatos et fundorū multorū et deposita
rum specierū dominos et quibus processu temporis augmenta
felicitatis maxima conferātur. Si vero per noctē in hoc loco par
taliter fuerint iuncti stultiores facient et in quibus non sit per
petua felicitas et quos vite cursus sepissima ratione decipiat.
In Tertio Loco ab horoscopo Jupiter et Mercurius partaliter
constituti Magos facient sed preclara semper bonitate pollē
tes hymnologos aut deorū baiulos aut custodes templorum
aut qui religionibus homines initient et consecrent et qui deorū
monitu futura prenoscant aut sacris certaminibus facient ꝓpositos.
Hec ī VIIII loco Jupiter et mercurius ab horoscopo decernūt pa
riter constituti In Quarto Loco ab horoscopo Mercurius et
Jupiter partaliter constituti Ex inuento cantili et organi faci
ent aut curatores aut tutores minorū sed qui mulierū curā tueā
nemīq; suscipient. Quidā vō quedam casu inuenièt. alij latētium
thesaurorū vias norunt ex quibus maxiā illis felicitas cōparatur
Sexto K In Quinto loco ab horoscopo Mercurius et Jupiter ab l parta B
liter constitutī Per noctem et per diem eadem simili ratione de
cernūt si ī matutino ortu fuerint iūcti. Facient em ī oībus negociis
faciles rationales aut causis aliquibus aut certaminibus: discussio
nemq; aut rationibus aut negociationibus aut quibusdam reli
gionibus prepositos aut ex eorum redditibus facultates habe
bunt maximas: presertim si sic his collocatis ī X ab horoscopo
loco aliqua stella fuūt cōstituta. Sed si luna sic feratur vt his se sua
radiatione cōiungat ī ab horoscopo loco constituta: erūt diuites
affluētes multarū pecuniarū: aut multi auri domini et qui posses
sionū fructus maximos consequātur felices beati et qui regum
actus sua intercessione disponant. exactores regiarū annonarum
vel pecuniarū fiscaliū promitis ciuitatibq; prepositi Si vō diurna
genitura et VI loco Joue et mercurio constitutis nulla stella ī X
ab horoscopo loco fuerit iuncta: mediocres vite patrimonio et ac
tibus faciet. Si vero per noctē sic fuerint iuncti. reddunt nego
tiorum interpretes. et piscatores aut augures aut sculptores aut
laboriosis semper actibus impeditos aut seruilia officia facientes
aut in talibus partibus positos que grauibus odoribus et graui
bus sunt sordibus squalide idest aut fullones aut coriorū cōfec
tores aut caligarios aut piscatores aut lanarios aut his similes
In Quinto Loco ab horoscopo mercuri9 et iupiter ꝑtaliter cōstituti A
et ꝑ diē et noctē eadem simili ratione decernūt Plures. n ꝑtātes pro
cessu tēporis conferūt9 Erūt autē ī oīb9 actib9 feliciores et qui qd vo
luit facile ꝯsequāt9. Hec ead ī XI geniture loco ꝑit9 ꝯstituti decernunt

In Septimo loco ab horoscopo constitutus partiliter mercurius cum ioue id est in occasu Et per nocte et per diem eade similira
tione decernit Facit .n. a mulieribus felicitates maximas conferri
et faciet publicas muneribus prepositos et populorum et ciuitatum
principes aut decuriones primos longioris vite et bone senectutis et bo
nis consiliis et moribus et qui bonas res desideret semper Sed in
nocturnis genituris minuuntur si sic mercurium positum cum ioue satur
nus de diametro uel de quadrato respexerit uel si cum ipsis fuerit in
uentus In Octauo loco ab horoscopo mercurius et iupiter par
tiliter constituti In diurna genitura si fuerint inuenti mediocres in vi
ta facient et qui ex quibusdam inuentionibus vite sibi presidia com
parent Quorundam .n. infamant iuuentute sed processu temporis
mediocriter substantie incrementa decernunt Si vero per nocte in
hoc loco fuerint inuenti aut inueniunt aliquid unde habeant maximum
vite subsidium aut hereditas illis non modica conferetur et processu tem
poris maximis felicitatibus subleuantur Vitiosos tamen corpore et
languidos facient In Nono loco Mercurius et iupiter consti
tuti Hec decernunt que in iii° loco geniture constituti decernunt In
Decimo Loco ab horoscopo Mercurius et Iupiter partiliter con
stituti Magnos actus et magnas administrationes et magnas de
cernunt potestates pro mensura geniture In Vndecimo Loco
ab horoscopo Mercurius et Iupiter constituti Hec decernunt que
decernere illos in V° diximus loco In Duodecimo ab horos
copo loco Mercurius et Iupiter partiliter constituti Si Mercu
rius matutinus extiterit faciet scribas regis aut Senatus. aut nota
rios et exceptores principum aut ciuitates maximas tuebuntur sed
qui magna et frequenter offendant et qui nouissimo vite tempore
infelicitatis onere pregrauantur aut qui biothanata morte depereant
Si sic positi in nocturna genitura: facient fuerint. In diurna etiam
genitura quamdiucumque in his actibus et in his officiis perseuerant
et non frequenter offendunt Vespertinis uero in hoc loco cum
Ioue constituti tardiores actus et sinistrum fatum dabit Quidam
vero popularibus actibus aut laboriosis implicabuntur

De Mercurio et Marte . Si in Parte horoscopi
Mercurius et Mars partiliter fuerint constituti In diur
na saltem genitura anaforicos. cardiacos facient et oligochronios
et infelices. aut ex occasione mulierum. aut ex amoris illecebris
aut absconsis scripturis; aut de maleficiis aut de falso damnari
eos facient. et faciunt biothanatos interire Si vero per nocte
in hoc loco partiliter fuerint inuenti. facient magnos magnarum
religionum prepositos. duces aut preuincios aut protectores aut
satellites imperatorum administratores maximos quibus ex euentu

pugnarum maxima felicitas conferatur. Si vero sic ꝑ noctem
positos mercuriū et martē Saturnus de quadrato uel de dia
metro respexerit faciet periculosos et qui sepissime decapitātur
nam in omnibus impediūtur actibus. Sic n constitutus Satur
nus inertes et sine arte facit homines et qui omni infelicitatis
onere pregrauēt. In Secundo Loco ab horoscopo Mercuri⁹
cū Marte partiliter constitutus. In diurna genitura natos ex
pom faciet et si nutriti fuerint faciūt aliqua ratione fugitiuos
facient frequēter exules interdum etiam captiuos. Facient pleros
ꝗ ex proscriptione enudari. Quosdam tamē ex grauibus valitu
dinibus aut fortibus uicijs implicant. Alios biothanatos facient
si lunam plenā radiauerit. Per noctem uero si sic fuerint muēti
facient male mentis. maliciosos. obscuros. timidos et audaces
et qui ī omnibus actibus decipiātur. Sed actus eorū faciūt multipli
ces. Erunt enī aut publicani aut vectigalarij aut curiosi. Quos
dam mēte insanos aut freneticos facit. In Tertio ab horoscopo
Loco Mercurius et Mars partiliter constituti faciunt aut
ex segmijs aut ex feriatis actibus vite habere substātiam. Erūt
autem tales ut futura ped prediscant et qui semper conuersentur
in templis. Sed omnibus qui negotiātur terribiles etiamsi nihil sciāt
vel si nihil agant existūt et qui processu temporis habeant felici
tatis augmenta. In Quarto Loco ab horoscopo Mercurius cū
Marte id est in IMC partiliter constitutus. Pigros humiles ī
omnibus actibus et in omni fortuna faciet. Et cū parentibus uel cū
affinibus assidue exercebunt inimicitias et per ipsos parentibus ul
affinibus maxime semper inferūtur insidie. Erunt etiā fideiussores
et ex hac rē maximis periclis quassabuntur et ad humilitatē pau
pertatemq deuenient. Quod cū illis contigerit: illicitarū quarūdam
artiū auctores erūt vel sequestres uel consij in quibusdam compre
hensi maximis periculorū laqueis implicantur et damnationis ani
aduersione plectātur. Alij in his calamitatibus constituti: magne ac
longe egritudinis incursionibus opprimūtur. presertī si lunam sic
positi de diametro uel de quadrato viderint. Si in IIII° geni
ture loco Mercurius et Mars et Luna per noctem fuerint inuēti
facient prepositos. tribunos. duces. potentes administratores sed
biothanata morte pereuntes. In Quinto Loco ab horosco
po Mercurius et Mars partiliter constituti. Fortes viriles
athletas inuictos in omnibus certaminibus reddunt. Sed qui adua
ria loca domicilia gratia conferātur et quibus de publico aut de fisco
victus et annone maxime conferatur gratia sed in omni certamīe
superiores et terribiles aduersarijs suis faciunt. In Sexto Loco
et in Duodecimo ab horoscopo Mars et Mercurius partiliter

constituti Hec eadem simili ratione decernũt Nam si per diem
in his locis fuerint constituti valitudines et vitia maxima de
cernũt faciunt autem et in custodia constitui et carceris habere
notitiam et ex quacunque accusatione dãnari aut .n. appetũtur
aut deferũtur aut falsis criminũ circumventionibus obligantur A
servis .n. et per servos aut servilibus hominibus aut ab his qui
sunt criminis alicuius causa in custodia constituti appetũtur et aut de
feruntur et cum maximis tormẽtis et cũ maxima violentia et
atrocitate depereunt · presertim si in his constituti locis lunam
plenã ex aliqua parte prospexerint Si vero p noctẽ ĩ VI vel
in XII ab horoscopo loco Mercurius cũ marte fuerit constitutus ·
facit multis debitis et multo usurarũ fenore implicatos et effugia a
nimi vel interceptiones facient Reddunt etiã pigros in omnibus ac
tibus et decernũt maximas accusationes et graves iniurias sed
que aut a servis aut propter servos patiantur Alii cruciatores e
runt servorũ ut aut fame aut plagis aut tormentis aut assiduis
operũ exactoribus defatigent In actibus vero nũquam perseverabunt
qui in his locis mercuriũ cũ marte habuerint constitutũ quia ab
uno actu ad aliũ actũ transferũt In Septimo loco ab ho
roscopo id est in occasu Mercurius cum Marte partiliter cõstitu
tus Si per diem in hoc loco partiliter fuerit inventus : eos qui sic
eum habuerint : mulierem aut uxorem suam manu propria inter
ficere compellũt · aut propter mulierem aut propter uxorem aut
propter amoris cuiusdam preposteras cupiditates semetipsos aut a
lios interficient aut propter tale aliquod amissum facient in publi
ca custodia aut in carcere constitui et ex ista accusatione dãnari
sed generaliter cuicunque iniustus est et martem habuerit homicidia
et mortes in ipso pro signorũ qualitate complẽtur · aut .n. grassato
res erunt aut latrones · aut sicarii aut pirate aut his similes
et in his facinoribus comprehensi perseverãtis sententie animadver
sione plectuntur · In nocturna vero genitura sic positi · facient eos a
mulieribus multis actibus circumscribi aut virginibus iungi et
ab his filios suscipere et semper magnis vitiis involui In Oc
tavo ab horoscopo loco Mercurius cum Marte partiliter consti
tutus Si per diem sic fuerit inventus faciet nihil tale sed nihil
ex eis que cupiunt consequi possunt · et periculosos et qui omne
patrimoniũ funditus amittant Quidam vero erũt insani ac furio
si Alii in custodia cõiiciũtur aut dãnabũtur et finiunt frequenter
ratione biothanati · Si vero per noctẽ in hoc loco fuerint ĩventi
· de malis partibus vel de malis officiis facultates aliquas compa
bunt et per dies singulos malis ac nefariis actibus crescent Erũt
fures aut effractores aut qui cõmendatas sibi res aut fidei suе cre

ditas obstinatis soleant cupiditatibus abnegare aut nefariorum
facinorum inventores vel executores. faciunt enim aut tortores aut
carnifices aut proditores suorum Et ex istis artibus fortunarum
ac facultatum sibi maximas substantias comparantes Sed morte eis
cum violentia aut cum quibusdam tormentis gravibus proneciet
aut moriuntur gravis infamie vitio laborantes. In Nono Loco
ab horoscopo Mercurius cum Marte partiliter constitutis Iniusti
tos Irreligiosos. periuros faciet sed cum isto mentis errore nihilo
minus ministros deorum et hos ipsos deos quibus serviunt spoli
antes atque nudantes cum templorum dominos ad predam suam sociant
Sed hec maxime faciunt si longe a radiis solis inventi fuerint aut
in suis invicem signis aut in suis invicem partibus aut in domo solis
arte hec erunt si sic eis positis luna se de quadrato vel diametro
coniunxerit plena luminibus. In Decimo Loco ab horoscopo Mars
et Mercurius partiliter constituti Miseros et inefficaces homines
faciunt Delectabuntur autem assiduis navigationibus et amato
res erunt palestrarum et qui vitam suam potentibus viris aut regi
bus cuiusdam vicis vendant Erunt autem cum macula aut vitio secun
dum qualitatem substantiamque signorum Sed semper Mercurius cum marte
partiliter constitutus in actibus publicis aut in administrationibus aut in
occupationibus constituit et numquam in ipsis actibus longa temporum
continuatione perseverabunt aut enim impediti aut accusati amove
buntur et frequenter iudiciis applicabuntur et falsis interdum accu
sationibus opprimentur Ex quibus infortuniis ita eorum patrimo
nia dissipantur ut pravo fenore usurarum quatiantur Sed et sponsio
ne aut fideiussione aliqua gravibus dampnorum vel condempnationum gene
ribus opprimuntur. Si Iupiter mercurio ac marti partiliter positis
aliqua se testimonii societate coniunxerit aut si cum ipsis partiliter fuerit
inventus: magnos in omnibus actibus et in occupationibus faciet
quibus multa negotia credantur et qui simili modo et amittant
substantiam pariter et querant Si vero his venus aliqua se radi
atione coniunxerit vel si cum ipsis pariter fuerit inventa. faciet
exactores imperatorum qui annuas fiscaliorum prestationes repetant
discussores rationales et qui magna negotia tractare consueverunt
Sed Mercurius cum marte diversa et multiplicia actuum aut adminis
trationum genera decernit Nam varietas hec provenit secundum
qualitatem substantiamque signorum In mercurii enim domo vel in
mercurii partibus constituti faciunt amatores palestre vel athle
tas publicis certaminibus destinatos In martis vero signis aut in
partibus constituti: pugnaces. amatores armorum. milites. vena
tores libenter nutrientes feras vel ferarum prepositos. nuncios
vel veridarios regum reddunt In domo vero veneris aut in partibus

constituti faciunt linteones · textores · tunicarum plumatarios · tec-
tores · aromata aut gemmas aut margaritas aliqua ratione
tractantes In Iovis domo vero vel in partibus constituti : prepositos
tos · tribunos · regiones aut civitates aliquas obtinentes In
domo Saturni vel in partibus, constituti scelerata ac facinorosa
officia tractantes · facient enim tortores · carnifices · interfectores · de-
latores · proditores In Solis vero et lune domo : erarios ferra-
mentarios · statuarios · pelliones · Coriorum confectores · ab igne aut
ferro vite subsidia querentes · Immutatio enim signorum diversorum
negotiorum actus decernit In Undecimo Loco Mercurius
cum Marte ab horoscopo partiliter constitutus · Faciet perire
semper in pugna Alios amatores palestre faciet · Alios armorum
sed fortes consiliis et qui ex omnibus actibus felices semper pro-
cessus accipiant In Duodecimo Loco ab horoscopo Mer-
curius et Mars constituti Quid faciant Sextus Locus speci-
aliter ostendit

De Mercurio et Venere

· Mer-
curius et Venus in horoscopo partiliter constituti In Diurna
genitura faciunt scutarios et protectores imperatorum vel qui
proprio excubitu salutem principis servant · aut qui pecunias
aut thesauros regios suis iubentur dispositionibus gubernare
et quibus huiuscemodi administrationum officia credantur · Faciet
enim musicos choricos et qui musicos modos facient · aut certe pub-
licos magistros aut oratores aut gramaticos aut legum inven-
tores aut qui in numeris presint Si vero per noctem in ho-
roscopo fuerint partiliter inventi · facient acutos · ingeniosos et qui
omnia quecumque agere voluerint facile consequantur · Erunt autem
aut coronati aut prepositi sacerdotibus aut sacrorum simulachrorum
baiuli et qui processu temporis augmenta dignitatis accipiant
Facient autem cuiusdam armonie peritos · aut litteris regis pre-
positos sed quorum oratio ac sermo plenus sit leporis et gratie
In Secundo ab horoscopo Loco Mercurius et Venus
partiliter constituti In Diurna genitura facient multa negotia
tractantes et qui in nobilibus actibus occupentur : sed in ipsis diutius
perseverantes amenos et gratos in vite operibus ac moribus · viti-
osos tamen ac libidinosos Si vero matutini in hoc loco fuerint inventi
facient per semetipsos patrimonia querentes · felices · litteratos · discipli-
nam aliquam musicamque tractantes · letos et honestos gratieque
splendore fulgentes · Si vero in nocturna genitura vespertinus in hoc
loco cum venere fuerit inventus : magnas decernit facultates et pro-
cessu temporum maximarum felicitatum incrementa largitur Erunt enim prin-
cipes civitatum Erunt legibus prepositi et quibus maximarum provin-
ciarum cura mandetur · Alii invenient aliquid unde initia felicitatis accipiant

alijs hereditates maxime conferuntur. In Tertio Loco ab horoscopo mercurius et Venus partiliter constituti faciunt in sacris certaminibus ee̅ uictores aut sacerdotes aut prophetas aut uestitores deorū aut in templis maxima tractātes officia aut prepositos sacerdotibus aut sacris cerimonijs. principes aut legati boni aut institutionibus institutionis morib⁹ et quibus desideria sua secura ciuitas credat. In Quarto Loco ab horoscopo mercurius et uenus partiliter constituti Absconsarū litterarū faciunt peritos: magos philosophos et celestia sepe tractantes aut qui laborātes homines curēt et qui homib⁹ quolibet genere prodesse consueuerīt. Matutin⁹ uero cū uenere ī hoc loco positus a seruitute ad libertatē uenire faciet et ab ignobilitate ad splendorē nobilitatē q; perducit. Sed mīsteriū mulierū aut seruiliū aut anilium aut uirginū tuitionē defensionē q; suscipiēt et qui propter has: actus uarij generis appetāt. actibus uero institutis et negotijs et negotiationibus occupatos faciet secundū qualitatem q; signorum. In Quinto Loco ab horoscopo Mercurius cum venere partiliter constitutus Maximas facultates processu temporis decernit. Simili modo largitur insignia et qui a mulierib⁹ vel ab uxoribus dona maxima uel premia consequāt' et qui potētibus viris notitia iūgantur. In Sexto Loco ab horoscopo Mercurius cum Venere partiliter inuentus In Diurna genitura de rationibus uel negotiationibus aut de computo aut de disciplina aut de deorū redditu decernit substātie facultates: presertim si sic his in vi^to loco constitutis aliqua stella ī x^o geniture loco fuerit inuēta sed uxorem difficile consequētur. Nam erūt libidinosi et ex ista re quodāmodo infames. In Nocturna uero genitura si matutinus in hoc loco cum venere fuerit inuētus: ancillas aut uiduas: aut meretrices matrimonij sibi gratia copulabūt Actus uero habebunt laboriosos et seruiles et circa aquam. Si nulla stella sic his positis in x^o ab horoscopo loco fuīt inuēta. Quod si fuerit: faciet proprio labore multa querētes. Erunt .n. peregrini. negotiatores. gubernatores. naucleri et fabricatores antiVespertinus uero in hoc loco si cum venere fuerit inuētus. cordatos ingeniosos. musicos uel organarios faciet aut tinctores colorū aut aromatū aut gēmarū aut margaritarū mercatores faciet: quosdam myropolas uel pigmētorū medicinaliū inuētores faciet etiam sic positus frequenter prepositos metallorū ut ex his actibus maxima illis facultatū subsidia conferantur. In Septimo ab horoscopo Loco Mercurius et venus partiliter constituti Absconsarū ualitudinū uitia decernūt faciūt .n. aut hepaticos aut freneticos aut melācolicos et his similes ualitudines

sed ab uxoris affectu p alienos et usq ad ultimū uite tempus in
fames . Si vero per noctem in hoc loco cum uenere fuerit īuēti
a mulieribus uel ab uxoribus maxima illis diuiciarū substātia
conferetur et qui gradatim processu etatis grandes honores et
maxime felicitatis insignia consequātur · presertim si non eos sic
positos mercurius et saturnus ex aliqua parte respexerint sed
specialiter saturnus Nam si fuerint illis sic positis mars et satur
nus aliqua radiatione coniuncti . hec que diximus in contrariū uertūt
In Octauo Loco ab horoscopo Mercurius et venus par
iliter constituti Vespertini in diurna genitura efficaces appoco
pes reddūt et qui nihil agere possint Facient etiā laboriosis sem
per negotiis implicatos Erunt viciosi animo et corpore et qui nup
tias difficile consequātur Erunt steriles et qui sobolem generare
non possint · Morientur autem aut spasmo aut coriza aut apople
xia aut frenesi Per noctem vero in hoc loco pit' īuēti : alienī pa
trimonii facient heredes aut alienarū facultatū sollicitudinē gerē
tes sed bonos benignos patresfamilias et quibus a mulieribus
uel ab uxoribus plurima conferātur · Alii quidem inuenient qđ
illis ad omē uite subsidiū sufficiat et habebunt mortē repētinam
et sine dolore atq tormento Matutinus uero cum venere in hoc
loco constituta · multa discētes et omiā scientes perficiet et inuē
tores etiam et quicquid volunt · facile consequātur sed in proces
su etatis patrimonii augmēta percipiant In Nono ab horos
copo Loco Mercurius et uenus pariter constituti Vagināntes
mulieres dabit uxores · sed et ipsos actus lauari et magnificari fa
cient et quibus ex templorū officiis vite presidia querātur Facient
aut sacerdotes aut hos qui ī templis constituti futura predicāt aut
aruspices aut astrologos aut augures aut magos · aut qui omnia
explicare consueuerunt In Decimo ab horoscopo loco Mercu
rius cum uenere constitutus Publicos actus faciet qui a po
pulo aut ciuitatibus honorētur Sed qui de uxoribus actibus
infamiam contrahant Matutinus uero in hoc loco cū venere cō
stitutus modorum musicorū inuentores faciet sed scenicos et pub
licis spectaculis destinatos Circa vero infelices aut .N. meretrices
publicas aut scenicas aut infames uxores habebunt Quidam
et amatores puerorū erunt et multarum libidinū viciosis implica
ti voluptatibus In Vndecimo Loco ab horoscopo Mercurius
et venus constituti Facient mulierū negocia tractātes et qui
bus mulierū substātia credatur Vt ex isto actu maxima illis pa
trimonii subsidia conferātur Sed postea in contrarietatibus aut
in iacturis maximis constituātur In Duodecimo ab horos
copo Loco Mercurius cum venere constitutus Si p diem

sic fuerit inuentus · amatores faciet et ex amorū uitio labo
rantes · perspicuos tamen et omnibus notos In istis uicijs de
ferri tñ propter hoc compellit ex ista delatione dānari · fa
ferri tñ propter hoc compellit ex ista delatione dānari · fa
et biothanatos interire propter hec animi uitia que diximꝰ
Si uero per noctē in hoc loco fuerint inuēti a mulieribus indig
nis multas facient persecutiones aut qui meretricē amoris in
stinctu comparare cogātur mediāte uiro et qui his actibus mul
tiplicabꝰ iniustitijs occupati eē uideāt͛ sed qui frequēter ab īstitu
to decidant et qui ab actibus aut negotijs aut a facultatibus
suis frequenter soleant in recap racionibus decipi De Lu
na · Luna in horoscopo partiliter constituta In Noctur
na genitura si plena et in quibus gaudet fuerit īuēta signis : gu̅
dia fortune incremēta decernit · prepoīt fratribus faciet et eta
te semper et merito · Si uero per diem in hoc loco partiliter fuiit
inuēta : gubernatores maiorū nauiū faciet · Si uero per diem lu
na sic constituta : aliū geniture cardinē mars saturnusqꝫ posséderīt
idest si in quadrato uel diametro uel si cū ipā fuerint inuēti : fa
ciet piratas crudeli feritatis atrocitate famosos aut macellorū
locorū prepositos iudices · Si uõ sic lunā positā cū maliuolis
nulla beniuola stella respexerit eos qui nati fuerint faciet expo
ni aut nulla uite tempora decernit et stati facient interire aut
malū uite finē biothanatum qꝫ decernīt In Secundo Loco
luna ab horoscopo constituta In diurna genitura claros et per
spicuos actibus faciet sed luxuriosos et amenis deliciarū volup
tatibus deditos et quibus maior patrimonij substātia processu tē
poris conferatur · Si uero per diem in hoc loco fuerit inuenta
aut stati parētes interimit aut ipm̄ a parentibus diuidit aut
parētes facit dissoluto matrimonio separi et patrimonij substā
tiam uario iacturarū genere minui · Tales sic habentes lunā assi
duis peregrinationibus occupāt͛ et actus suos ꝑ multa diuidūt
loca sed uitam etiā talem facit ut alieni potestati subiacet · Si
uero in hoc loco fuerit minuta luminibus et saturnus in parte
uel in signo horoscopi fuerit constitutus perficit repentinis oculorum
uulneribus cecitatem · Si uõ sic luna constituta Mars ī
parte horoscopi uel in signo fuerit inuentus : articulorū dolores
uel eiectiones uel fracturas faciet · Alios emorroica ualitudīs
assiduitate debilitat In Tertio Loco Luna ab horoscopo con
stituta Matrem ignobilem uel aliqua infamie faciet macula
tione pollutam · Si uero in hoc loco cum ioue fuerit inuēta : his
qui sic eam habuerint a fiscalibus uel a publicis annonis alimē
ta suppeditat · Si uero Joue et luna in hoc loco constitutis mer
curius se aliqua radiatione coniūxerit : antistites facit maxime

cuiusdam dee uel potentissimam religionis sacerdotibus aut
dispositores publicarū uel correctores. Si vero cū luna
in hoc loco venus fuerit iuncta. actus habebunt de pigmē
tis aut de aromatibus aut de vino aut de floribus Si vero
in nocturna genitura in hoc loco luna cum saturno solo fuerit
iuncta. faciet tardos qui nihil ex his que cupiūt consequant[ur]
et qui religionibus sacrilega proferant uerba: et quibus ex
deorū ira maxima infortunia conferantur. Si vero per diem
in hoc loco luna cum mercurio et marte fuerit iuncta. sacrile
gos templorū spoliatores iniustos. impios irreligiosos homi
cidasq[ue] perficient. In quarto Loco ab horoscopo id est in
I OC luna constituta. Si per diem sic fuerit iuncta. matrē igno
bilem decernit et que maritum superstitem relinquat. Sed et si
Saturnus in alio geniture cardine fuerit iunctus: et venus fu
erit in occasu. Mater de ingenuitate ad seruitutē transfertur et fi
et aliquā captiua. Si vero per noctē in hoc loco fuerit iuncta plena
lumine: matrem faciet nobilem diuitem et ipsos faciet assiduis
diuitiarū augmētis maxime subleuari. Si uero sole partiliter ī
horoscopo fuerit constituto: luna in IIII loco fuerit iuncta merita
felicitatis accipiet. alios compellit maximas colere religiones
: alijs facit mulierū negotia cōmitti. Si uero per diem sic fuerit
iuncta. peregrinos ignobiles facit. et quorū vite erroribus peri
culis q[ue] quatiātur. Alijs in templis ignobilia decernit officia
alios in templis facit ministeria exercere seruilia presertim si sic
lunam positam maliuola stella respexerit. In Decimo Loco
ab horoscopo luna constituta Idest in OC in nocturna genitu
ra partiliter in hoc loco fuerit iuncta In his signis in quibus ex
altatur uel in quibus gaudet crescenti scilicet lunē Jupiter q[ue] eam
oportunis radiationibus protegat imperatores maximos facit aut
administratores potentes. quibus vite et necis potestas facili ratione
credatur. Dat etiam sic posita ordinarios consulatus. Si vero partē
OC precedat aut sequatur in proximo tamen loco et iouis p[ro]b[us]
sic posita duces tribunos administratoresq[ue] perficiet. Si vero in
eodem signo in quo OC placuerit fuerit constituta: magnos in
omnibus actibus reddit et vario genere felicitatis ornatos. Si
uero luna sic posita Saturnus aliū geniture possederit cardinem
cardinem Inuidias infelicitates q[ue] frequenti ratione decernit. Per
diem uero in OC luna constitutas mediocres in uita et in omnibus ac
tibus faciet et qui frequentibus soleant rationibus decipi. Si
vero per diem sic le[?] luna posita sol in horoscopo partiliter fuit
iunctus in domo sua aut ī altitudine sua aut in domos Iouis: mag
nos. potētes administratores. maximarū prouinciarū ul' magnarū

~~Hic multa desunt~~
[illegible]

Spurie

In quinto ab horosc. loco luna constituta in nocturna
genitura si partiliter in hoc loco fuerit inventa, eos qui
sic eam habent multos procreabit filios a quibus gaudium
habebit ac honorem. Si vero diurna fuerit genitura multas
dabit filias et minores longinquo bonos de filio tres
que qualis est plura a quo in nativitate luna separatur
In sexto ab horosc. loco luna constituta si in benevolorum
radiacione fuerit collocata et aucta lumine lucrum dabit a quadru-
pedibus ac corporis sanitate. In malevolorum vero planetarum
radiacione constituta miseros humiles serviles ac laborio-
sos procreabit. In septimo ab horosc. loco luna consti-
tuta idest in occasu, si in nocturna genitura partiliter
in hoc loco fuerit inventa in eis signis in quibus exaltatur
vel gaudet descendens lumine Jupiter quoque aut ♀ eam oppor-
tunis radiationibus aspexerit felicem reddet senectu-
tem lucrum etiam a mulieribus et congrua sponsalia
decernit. Si vero hoc in loco malevolorum radiacione fue-
rit oppressa maiore in diurna genitura et minuta
lumine tarde dabit uxorem et cum dederit degenerem vi-
duam sterilem aut gravi feditate deformem dabit
vel nullo partu placituram. In octavo ab horosc. lo-
co luna partiliter inventa bonam hereditatem dabit
ex mortuis sed mors illi cito et cum dolore maximo
aut tormento decernitur. Quod si ♂ aut ♄ eam de
quadrato sive diametro respexerit interitum dabit
ac ipsius a statu solito depositionem lunaticos si septimo
sic constituta perficiet. In nono ab horosc. loco
luna partiliter posita in diurna genitura faciet eum
qui sic lunam habuerit in templis sordide manere
et qui aliquid velint a diis dictum hominibus nunciare.
Si vero in nocturna genitura in hoc loco fuerit inventa
faciet divinos deorum cultores et qui sacris ac re-
ligionibus studeat, quibusdam vero officia aut dona
largitur ex templis sed dabit etiam multas cogita-
tiones ac mutationes per regiones. Et si fuerit hec
domus ☿ dabit astronomiam si ♀ cantilenas et lectu-
ram si ♂ opus armorum et instrumentorum. Si ♃ divinum
cultum scientiam quoque in lege. Si ♄ scientiam alchimie. Si Sol
prudentiam in quadrupedibus. Si vero Cancer domus sit
sua scientiam dabit eorum que ex aqua exeunt

In decimo ab horosc. loco luna constituta idest in MC

Si in nocturna genitura partiliter fuerit in MC in si-
gnis in quibus exaltatur vel gaudet crescens scilicet lumine et si
eam opportunis radiationibus protexerit imperatores
maximos faciet aut potentes administratores quibus
vite et necis potestas facili ratione tradatur dat etiam
sic posita ordinarios consulatus. Si vero partem medii
celi precedat aut sequatur in proprio eius loco et vicinis par-
tibus sit posita duces tribunos administratores que effi-
ciet. Si vero in eodem signo in quo est medium celum pariter
fuit constituta magnos in omnibus actibus reddit et prarogati-
vo felicitatis ornatos. Si vero luna sic posita haec alium
geniture cardine possideat invidias et infelicitates
frequenti ratione decernit. Per diem vero in MC luna
constituta mediocres in vita et in cunctis actibus fa-
ciet sed qui frequentibus soleant criminibus decipi. Si
vero per diem sit luna posita sol in horoscopo partiliter
fuit maxime in domo vel altitudine sua aut in domo
Iovis magnos potentes que administratores et maximarum
provinciarum vel civitatum proconsules faciet sed in ipsa
actus administracionis tribulis sed etiam sic lunae et
solis constitutione sol scilicet in horoscopo in eis in quibus di-
ximus signis luna vero in MC et pariter ambos
vel unum de duobus Iupiter prospera radiatione protexerit
imperatores faciet felicitate ac iustitia potentes
et quos omnes cum maxima terroris trepidatione
suscipiant

faciet ciuitatū proconsules sed in ipā actus administratiōe
terribiles. Sed et sic luna et sole constitutis sole scilicet ī
 h[oro]scopo in his in quibus diximus signis Luā uero ī o[ccasu] c[onstitu]t[a]
pariter ambos uel unū de duobus iupiter prospera radiatiōe
protexerit imperatores faciet felicitate ac iusticia prepotētes
et quos omēs cum terroris trepidatione suscipiant In unde
cimo loco ab horoscopo luna constituta Hec decernit que in
xi° ab horoscopo loco facere ex precedēti explicatione monstra
uimus In duodecimo ab horoscopo Loco luna constituta
In nocturna genitura vite tempus spaciū q[ue] decernit Sed et Iu
piter et venus aut unus de duobus partiliter in horoscopo
fuerint inuēti potestatis alicuius licentiā cū felicitate decernit
Si vero marte et saturno partiliter in horoscopo constitutis aut
uno d[e] duobus Luna in nocturna genitura xii possederit locum
multa ac mala infortunia et graues casus et ualitudines et
uicia ipsi faciet pariter ac matri. Si vero nullo in horoscopo
constituto. sola per diem ī xii loco ab horoscopo fuerit īuēta
iacturā patrimonii. miseros actus. peregrinationēq[ue] decernit
Si uero p[er] noctē simili modo in hoc loco fuerit inuēta miseros
humiles aut humili aut seruili genere faciet procreare et laborio
sos et semper inglorioses actibus occupatos et quorū corpus
aut os graui odoris feditate turpatur et qui freq[ue]nter falli pe
riclitari q[ue] consuerūt et qui uictū aliquod ex peregrinitatis
incomodis contrahant Sed et lune duodecathemorio dilig[e]n
ter inquire Quicquid .n. in genitura celatur ex generali stella
rum compositione: id totum duodecathemoriom et fines eorun
dem publicant et demōstrant Si .n. ex duodecathemorion ef
ficacia et ex finibus in quibus fuerint inuēta omnie uolueris
apotelesmatū explicare substantiā non falleris. Babylonii ex
duodecathemoriis sūmam decretorū tribuūt Ptolomeus uō
antistis nos uero utrisq[ue] In Loco fortune Luna si fuerit
inuenta et sic posita aut ad iouē feratur uel si cum ipō sit. Du
catus administrationis gloriam felicitatē q[ue] decernit. Si cum
venere in hoc loco fuerit constituta ad venerē feratur. honestos
quos diximus cum gratie uenustate largitur. Si uero in hoc
loco posita crescens lumine ad mercuriū feratur uel cum ipso
sit. facit beatos. potentes. in minium q[ue] cordatos et qui felicitate
ingenii aut doctrine gratia. honores gratiā dignitatē et patri
monii substātiam consequātur Si vero deficiens in hoc lo
co constituta ad mercuriū feratur uel cum ipō sit. valitudines vi
cia malicia malignitatē q[ue] decernit Si vero in hoc loco consti
tuta in diurna genitura ad martē feratur ul' cum ipso sit. laboriosos

miseros ab igni aut ex ferro aut ex pondere aliquo quotidiane
vite facit alimēta querentes Si vero in nocturna genitura in
hoc loco posita feratur ad martē uel cum ipō sit · miliciam gloriā
potētiam et in his actibus decernit principatus · athletas etiam
facit pro qualitate signorū sed qui ceteris merito virtutis pre
feratur Sed si in hoc loco posita in nocturna gēitura crescens
lumine ad saturnū feratur uel cum ipō sit · paternū ac mater
nū patrimoniū minuet · matrē aut viduam aut cū ualitudine
aut cum vicio facit aut mala morte perire Ipsos vero in prima
etate miseros ac laboriosos · procedēte vero etate felices Si
vero per diem crescens lumine ad saturnū feratur uel cum ipso sit
eum qui sic natus fuerit morte parentū cito faciet orbari et pa
trimoniū miseris compellit lacerationibus dissipari sed et ip
sis processu etatis felicitates et augmenta patrimonii conferet
Sed et nocte lumine deficiens hec eadē simili ratione decernit Si
vero per diē ī hoc loco posita minuto lumīe ad saturnū feratur vel cū
ipō sit viciorū ualitudinis et male mortis et proscriptioni incomo
da · Si vero Locus fortune in X ab horoscopo loco fuerit in
uentus id est ī MC vel ī XI in quo loco MC pars frequen
tissimis rationibus inuenitur et ibi luna crescens luminibus fuerit
inuēta et sic ad saturnū feratur uel si cum ipō sit et sit sol pari
ter in horoscopo constitutus · felices · beatos · gloriosos · nobiles fa
cit et maxime potestatis decernit insignia Sed facit hos eos
dem viciis ac ualitudinibus implicari Si vero Sol nō fuerit
in horoscopo constitutus et ipsa ad saturnū feratur uel cū ipso sit
siquid decernat superiori explicatione monstrauimus Si vero
in hoc loco constituta in diurna genitura crescens luminibus ad so
lem feratur uel cum ipō sit potentes · factiosos administratores iu
dicesque perficiet et si his iupiter se aliq̄ societate coniunxerit
imperia largitur Et si deficiens luīe in hoc loco constituta
in diurna genitura ad solem feratur · processu temporis potētiā
gloriam administrationesque largitur. Si vero per noctem deficiens
lumīe in hoc loco fortūe ad solem feratur uel cum ipō sit: fa
ciet in prima etate humiles et qui sint semper decepti sed proces
su etatis temporis et patrimonia et gloriā et honores et prin
cipatus maximos consequātur Sed semper luna in hoc loco et
in ceteris geniture locis ceterisque signis in eadem parte cū sole fu
erit īuēta nec se coniūcta soli societate liberauerit periculosis et
humilibus actibus in prima etate eos qui nati fuerint implicabit
Sed processu etatis post graues iacturas largitur substantie facul
tatem In omnibus autē genituris cursū lune te obseruare conuenit
nec tantū eo die quo natus hō prima uestigia lucis ingredietur Sed di

ligenti ratione perquirere etiā tertio die debemus cui se stelle Tertia dies
luna uel quali radiatiōe coniūgat uel a quo recedens ad quē
feratur. Eo n. die nato homini inmulgētur alimēta nutricia
Inquirendū itaq; est tertio die an sit minuta an plena lumi
bus et quatinus eam beniuole maliuoleq; respiciāt Nam et
tertio die sicuti primo omīa simili ratione decernit que si
diligenti fuerint inquisitione collecta in explicandis fatis ho
minū nunq̄ poterimus erratica confusione turbari Quem tract
tatū nequid a nobis pretermissū esse uideatur in quarti libri
principys explicabimus.

Explicit Iuly firmici Materni Iunioris V. C. Ma
theseos Liber Tertius Item incipit eiusdem Li
ber Quartus Lege feliciter

Patrocinia tractātes tenui
crime causarum conflicta
tiones et corone (ut ita
dicam) contentionis iurgi
osa certamina Ex quo stu
dio nihil mihi aliud p dies
singulos nisi periculorū cumu
lus et graue onus inuidie cō
ferebatur. Semper n. factio
osis hominibus et quos im
potentie delectabat īprobitas
et qui auare cupiditatis instīc
tu alienis inherebant vel
qui miseris hominibus ex iudiciorū metu terribiles videbātur
erecta constantia confidebant: resistebam. Hinc mihi liuor īui
die et periculū procelle improborū hominū prauis cupiditati
bus parabātur. Deserui itaq; hoc studium ne imperitorū ho
minū conualescente consensu: pro alienis utilitatibus excubans
maximis me insidys et maximis periculorū discriminibus
implicarem: quibus semper et sine intermissione contra me se
uientibus et acerba odiorū continuatione certātibus nulla alia
ratione restitutionis que liberari animo contemptis forensibus
luctis laborātibus hominibus ac uaria rerū diuersitate sollicitis
purum ac fidele patrociniū defensionis exhibui. In otio itaq;
constitutus et forensiū certaminū depugnationibus liberatus excu
tis etiam quodāmodo inuidie laqueis improbis ac pfidis homi
bus trassa inuidia et rapiendi imo potius latrocinādi ptāte per
missa: hos ad te Iohane solutus oīs sollicitudinis cura libros

scripsi ut a terrena quodāmodo cōuersatione sepositus ex qua
licunq; parte ad purganda animi uicia que ex prauorū homi
nū conuersatione contraxerā celestibus ac diuinis me disputatio
nibus applicarem. In hoc itaq; libro id principe loco explicabit̃
quod in posterioribus tercii libri partibus promisimus id est lu
ne omēs species ac forme coniunctiones etiā defluxiones et quic
quid ad eius numinis pertiēt potestatem. Fortune etiā locus
et demonis genture dominus quē greci oecodespotem vocāt
diligēti ratione tractabitur et eius etiam qui actus decernit ef
ficacies explicabo Sed et plenas partes ac uacuas earūq; offi
decreta monstrabo Masculinas etiam ac femininas partes pit
ostendam et ultimas partes luna cursus accipiet. Omnia .n.
que esculapio Mercurius cinchnus vix tradiderūt que peto
siris explicauit et nechepso et que abram orpheus et critode
mus ediderunt et ceteri q; omes huius artis antisti perlecta pa
riter atq; collecta et contrariis sententiarū diuersitatibus cōpara
ta illis perscripsimus libris diuinā scientiā romanis omibus co
intimātes ut hoc quod quibusdam difficillimū uidebatur: prop
ter latini sermonis angustias ostensa romani sermonis licentia
ueris ac maifestis interp̃tationibus explicarem Lune nos omis
cursus in principiis eius libris explicaturos esse promisimus et
quid qua ratione decernat. Omnis .n. substātia humaī corporis
ad istius pertinent numinis potestatem Nam postea q̄ perfec
tum hominem vitalis aura susceperit et postea q̄ se corpori spi
ritus diuine mentis infuderit: compositi corporis formā pro qua
litate cursus sui luna sustentat. Vnde cursus eius prudenti de
bemus ratione colligere ut totam possimus substātiam humāni cor
poris explicare Aliter .n. natura hominis constare non poterit
nisi corpus eius ad vite subsidia firmo fuerit presidio fabricatū
Et errant qui putant solam vitam spiritus rationem in omibus
genituris esse tractandam idest horoscopum et MC. Ex his
.n. locis vite substātia et spiritus inuenitur Sed nos cum horos
copo pariter et cū MC etiam lune cursum sagaci ac solerti de
bemus inquisitione partaliter inuenire Fabricator .n. homis deus
est cum animal hoc diuina ac singulari artificii ratione cōpone
ret īmortalis animi diuinitatē mortalis ac terreni corporis vin
culis obligauit ut animus intrinsecus diffusus et magne cuius
dam necessitatis obligatus imperio: caducam seruientis sibi cor
poris fragilitatem diuine potestatis licentia gubernaret Non ha
bebit ergo animus integrum receptaculū nec se poterit circum
fusus adnectere nec diuinitatis sue explicare substātiam nisi cor
pus ad susceptionem animi integra et incorrupta fuerit compagine

roboratum ut animus et corpus pari necessitatis ratione cōiūcti
et inuicem se proprie nature potestatibus ac viribus sustinētes
hominē diuina ac terrena coniunctionis societate compositū inte
gra specie ac forma perfecti operis explicarent Quare scire de
bemus quid corpus hominis luna susceperit et quid lune sit
potestatibus deputatū Nam et crescentis lune augmenta
corporibus nostris et deficiētis lunis dāna sentimus Me
dulla .n. humanī corporis cū lunā crescit: crescit Cum vero
manis ceperit destituta luminibus tenuati corporis fatigatione
languescunt Quod et humanū corpus luna deficiēte deserit
et rursus crescētis lune complemētis sollēnibus mundatur. Sic
omnis substātia terreni corporis istius numinis prouidētia guber
natur In posterioribus .n. celi regionibus collocata et terre
imperiū ex vicinitate sortita omnia corpora que inspiratione
diuine mentis animātur cursus sui multiplici varietate sus
tentant et per signa omnia festina celeritate discurrit et oībus
stellis assiduis se cōiūctionibus sociant ex contrariis integra
mixturis et ex disparibus fomētis integra compositi corporis
substātia mutata omnia animatū corpora et concepta procreat
et generata dissoluit Laborandum itaque et in omni geniture sub
stātia ista magno opere requirēda in qua est lunā constituta Quā
to .n. luna velocibus se agitationibus transfert et quāto se stellis
omnibus celeri festinatione coniungit: tanto nos cursus eius di
ligenti debemus contemplatione colligere Nam et primus dies
et tertius eadem simili ratione decernit Septimus et vnde
cimus per lunā totius vite substātiā demonstrat Sed et geni
ture dominus et vite dator ex lune cōiunctionibus inuenitur Dies
etiam vltimus vite ex lune rationibus discitur Sed et temporū
dominū quem greci chronocratorē vocāt cum sole nobis luna de
monstrat Nam in nocturnis genituris initiū ac dominū ipsa sus
cipit temporū In diurnis vero genituris sol quod quale sit et vbi
proficiat in libris posterioribus explicamus Tunc quā plurimas spe
cies ac formas esse institutionis libro diximus Sed et nunc has
easdem breuiter explicabimus Omnia .n. que difficiliora sunt debe
mus frequētius intimare vt istas difficultates ex crebro trac
tatu facilius assequamur Est itaque luna aut synodica aut plena
aut dichothomos aut monoydes aut amphicurtos: et per has
mutata formas cursum menstrui luminis complet Hec itaque lu
minis eius vel augmēta vel dāna aduersarū formarū mutabiles
species et primo natalis diei tractātes geniturā et tertio rursus die
diligēter debemus inspicere et quibus se coniungat et a quibus
defluat et recedat et quatenus se post primā cōiunctionē secūdis

coniunctionibus sociat quibus etiam pervenientium se iungat. quando ꝑ altitudinem feratur. Quas stellas trigonica: quas quadrata quas dia metra radiatione respiciat. quando et ad quas stellas plena fe ratur. et minuta luminibus qualiter conditionis sue stellis iungatur. Quando in eadem parte posita synodica se copulatione coniungat Quando eam in ysdem partibus collocatam sol orbe suo rapiat et abscondat Ut sic exploratis omnibus atque tractatis in geni turis hominum plenam pronuntiandi scientiam consequamur. Si se Luna saturni applicaverit stelle et crescens lumine ita se ad Saturni societate coniungat Vel si ad saturnum feratur Matri viduitatem et mulierum assiduos labores decernit Ipsos facit in templorum conversationibus detineri et patrimonium eorum varijs lacerationibus dissipari sed rursus procedente temporis cursu pro prio labore aliam facit sibi patrimonij substantiam querere. Quando deficiens et minuta lumine saturno iungatur parentes faciet aut degeneres aut servos aut misere infelicitatis squalore demersos Quorundam autem matres aut debilitatas premet aut certe faciet biothanatas interire: ipsis in annis minoribus constitutis Sed et ipsos facit aut viciosos debiles aut oligochronios aut malo quodam exitu intereuntes presertim si in ista coniunctione in neces sarijs geniture locis fuerit inventa et si in horoscopo partili ratione iungatur. Si Luna sese Iovis applicaverit stelle et cresce(n)s lumine ista se societati coniunxerit vel ad Iovem feratur fa ciet felices gloriosos divites multorum et magnorum fundorum et latissimarum possessionum dominos Sed sic habentes lunam etiam futura predicunt aut propria animi divinitate aut deorum monitu aut ex oraculis aut artis cuiusdam venerabili disciplina. Si tamen in ista coniunctione lunam positam de quadrato vel diametro mar tis stella non viderit: minuentur omnia hec cum maximo vite discrimi ne Si vero in ista coniunctione fuerit minuta luminibus faciet ad optari vel expositos antea. postea parentibus reddi. per semetip sos sibi patrimonia querentes. et reddit tales qui gradatim et pro cessu temporis crescant et qui habeant aliquius glorie potestatem Sed hec tunc complentur si sic lunam positam vel crescentem vel mi nutam mars de diametro vel quadrato respexerit non viderit Quod si sic lunam positam mars qua diximus respexerit radiatione faciet expositos sempiternos servitutis onere reprimi aut ab ancilla matre aut debile faciet procreari. aut ipi certe fiunt par te quadam corporis debiles et miseri infelicitatis onere pgravati presertim si istam coniunctionem Mars in diurna genitura respexerit vel saturnus in nocturna Sed saturnus tunc cum mi nuta deficit luna Si se Luna martis applicaverit stelle

dolores

Et crescens lumine martis se societati coniunxerit Vel ad Martem feratur et sit nocturna genitura facit callidos periculosos violentos sed qui frequentibus soleant rationibus decipi et quorum vita sit maximis periculis mancipata: effi caces tamen et omnia complentes aut armis dedicatos aut ath leticis certaminibus deputatos presertim si in primis genit[ur]e lo cis fuerint constituti. Erunt tamen vitio laborantes Matres vero eorum aut debilitatas ante perimit aut facit biothanatas inte rire. Si vero diurna fuerit genitura et sit se marti luna coniunx erit omni faciet parte corporis debiles aut parte corporis am putatos. Aliorum oculis nocet. Aliorum stomach[u]m latentium vitio rum continuatione luna debilitat. Quosdam oligochronios biotha natos facit. Sed hec omnia secundum propriam naturam signorum facit atque decernit et secundum cardinum diversos exitus et secun dum anaphoras cardinum et secundum ea signa que aliena esse ab horoscopi societatibus diximus decretorum diversa varietas innectitur. In his. n. signis que alienata esse societati horoscopi diximus: idest in VI ab horoscopo vel XII loco sic crescens lumine luna se marti coniunxerit: matrimonium minuit parentes sepa rat ut interemptis parentibus orbitatis faciet miseriis fatigari Aliorum corpus ferri laceratione conciditur: Aliis talia nascuntur vulnera ut nulla re alia queant nisi ignitis sanari cauteriis Lar gitur autem artes que aut ignem tractent semper aut ferrum Alios milites facit sed qui sempiterno onere militie decernatur In V vero loco vel in XI ab horoscopo vel in II vel in VIII loco vel in ipso horoscopo constituta Si per diem ad martem luna feratur: vitia laterum et parvum vite spatium decernit et biothanatos facit Si vero fuerit in nocturna genitura et mi nuta luminibus feratur ad martem et his faciet in quibus diximus locis: magnos. potentes. terribiles. efficaces fa ciet qui maximas civitates potestatis alicuius licentia sub iugent presertim si in primis cardinibus geniture sic fuerint inventa Si vero per diem principalibus geniture locis sic fuerit inventa. paternam substantiam dissipat Sed et parentes ipsos debilitata aut biothanata morte perimit Artifices au tem publicos aut milites facit sed valitudinibus aut vitiis implicatos aut frequenter maxima pericula et violente mor tis decernit exitum Si luna feratur ad solem et ei se partiliter radiatione coniungat In qualicumque scemate faciet periculosos miseros deiectos amissis facultatibus et om ni vita humili conversationis deiectione prostratos Interdum facit spaticos et qui assiduus valitudinum vitiis contrahant

alios facit caducos. Alijs alienationum decernit incomoda Alijs plerumque decernit insanias Si Luna feratur ad venerem et Venus partiliter radios lune venientis exceperit Si et crescens luna se coniunctioni veneris applicaverit: faciet parentes nobiles et maxime potestatis potentia sublevatos Sed qui nati fuerint a parentibus affectibus parentum affectibus separatis cito omnis misere orbitatis indicat Erunt sane noti semper et nobiles et qui semper in omni actu proficiant et qui omnia que desiderant facile consequantur. Si vero Luna deficiens feratur ad venerem. magnos actus. honores maximos et magne potestatis decernit insignia et quibus a potentibus et a prima etate magne felicitatis conferantur augmenta Sed hos facit assiduis infamari rumoribus Sed et semper luna in omni ortus sui figuratione si feratur ad venerem facit preposteris amorum vitijs implicatos et qui ob hoc assiduis pulsantur infamijs Impuros libidinosos et circa amores mulierum et modica semper cupiditate flagrantes et quos ob nepharios coitus incesta cupiditas semper incendat aut enim sorores suas semper stuprant aut sororum filias aut uxores filiorum aut uxores privignorum aut cum novercis suis coeunt aut concubinas patrum latenti cupiditate corrumpunt aut patruis per illos similis irrogatur iniuria presertim si istam coniunctionem mars de diametro respexerit Nam si sit diurna genitura et luna in cardinibus geniture posita sit feratur ad venerem: mars vero in occasu vel in MC fuerit inventus ob ob hec facinora que diximus gladio faciet interire Si vero in mulieris genitura sic luna feratur ad venerem: erit invido stridore semper impatiens et que ad promiscuas libidines pravis cupiditatibus erigatur et que incestorum et illicitarum cupidinum vota concipiant et impuris semper libidinum cupiditatibus estuet aut enim cum fratribus aut cum filijs coit aut cum filijs fratrum aut patrueles suos illecebris suis captos ad genialis iniuriam thori privignos prepostero adducat cupiditatis ardore aut affines suos sibi stupro cognitos iungit. Alias viragines facit presertim si in tropicis vel in certatis signis vel in duplicibus vel in squamosis venus constituta si ad eam luna sicut diximus pergat Ipsa quoque in signis similibus constituta Sed hec fortiori concitatur ardore si istum cursum lune. mars vel saturnus quadrata vel diametra radiatione respexerit vel si venus ysdem ceperit radiationibus intueri Fortiora hec autem mala si venerem vel lunam in saturni vel martis domo sic sicut diximus constitutas

sine oportuno testimonio iouis Mars uel saturnus quadra
ta uel diametra radiatione coniungat respexerit et sit plena
luminibus Si luna ad Mercurium feratur et ei se
cursus sui radiatione coniungit et sit plena luminibus
faciet cordatos ingeniosos oratores summe eloquentie fulgen
tes presertim si mercurius in oportunis geniture locis consti
tutus in signis suis uel in partibus suis fuerit inuentus et eum
Jupiter trigonica radiatione respexerit tunc enim litterarum me
rito et eloquentie splendore maxima illis conferentur insignia
Hi enim populi leues animos et turbulentos seditionibus con
citatos eloquentie sue potestate compescunt et furentes animos
et perditi furoris indignationibus concitatos orationis sue
possunt licentia mitigare Sciunt computos Sciunt musicam
palestricam semper exercebunt et celestium ac diuinarum disputa
tionum secreta cognoscunt Ex quibus occasionibus glorie sub
stantia et maximus illis decernitur principatus Si uero ad
mercurium sic positum tali testimonio iouis feratur luna faciet ra
tionibus preponi fisci semper aut populi presertim uel certe
tales reddit quibus res deposita uel a peregrinis rationibus
credantur Faciet etiam his pecuniarum actus assiduis conuer
sationibus credi Si uero deficiens luna ad mercurium feratur
faciet malignos maliciosos sceleratos instabiles cupiditatis
errore dubios et qui omnia consilia multiplicent erratica sem
per dubitatione suspendant et qui actus suos assidua commuta
tione conuertant et qui res sibi creditas abnegent uel abscon
sas publicare desiderent et qui commissa sibi consilia publicent
his delationibus deferant in posteros maliciosa semper cupidi
tate fallentes aut qui cum effractoribus aut cum furibus con
scientiam iungant uel certe ipsi erunt fures aut effractores Erunt
sane corpore debiles languidi uitiosi et quos semper malicio
sis humoribus egritudo comparata debilitet Si uero sic
fuerit collocata ut ad nullum feratur nec aliam se stelle
propria se radiatione coniungat nec cardines beniuolum
sidus obsidet faciet pauperes deiectos et qui ab omnibus
sint necessariis destituti et quibus quotidiane uite subsidia
denegentur et qui ad sustinendam uitam semper aliena pre
sidia desiderent et qui paupertatis angustiam misera men
dicatione sustineant Erunt autem a parentibus infantis in
feriores Corpus uero eorum debile languidum et assidua
macie confectum impugnabitur malignis humoribus et assi
duo timore uulnerum fatigabitur Sed illis intra cutem malig
nus humor semper illabitur articulis obligatus presertim si per uacuum

currens quam greci cenodromon dicunt ad saturnum uel martem quadrata uel diametra radiatione pulset. vel si per vacuum currens tertio natalis die a marte uel saturno eadem quadrimus radiatione fuerit pulsata vel si maliuole stelle in cardinibus fuerint constitute. Verum si sic currens id est per uacuum beniuolarum stellarum fuerit radiatione coniuncta. In prima etate vacuos faciet semper et nudos et assiduis faciet laboribus fatigari et miserarum assiduis rationibus quatit maximis sudoribus et maximis laboribus presidia querentes. et cum ullanos eos felicitatibus fecerit a summo gradu caduca rursus facit deiectione delabi et interdum usque ad summum perductos non patitur plenam apprehendere felicitatem. Per vacua enim signa cursus suos dirigentes primam etatem facit miseris ac variis infortuniorum casibus implicari. Sed cum animum et corpus grauium infortuniorum continuatione quassauerit et multis iuuentutem periculis fregerit et hac atque illac misera peregrinatione pertraxerit tunc multorum bonorum et maxime felicitatis decernit augmenta ut quantum prime etatis infortuniis fuerit derogatum tantum posteriori etatis felicitatis conferatur. Si uero per uacuum currens saturno et postea se marti coniunxerit Infelices lunaticos caducos faciet et qui prima etate usque ad nouissimam vario infelicitatis genere deprimantur. faciet pauperes miseros destitutos et quorum corpus sit male pendentibus nudum. custodes sepulchrorum aut qui perpetua carceris pena claudantur. Explicatis Coniunctionibus lune et diligenti significatione monstratis ad aliam interpretationem transferatur oratio Ipsius scilicet lune ne quid a nobis in tam subtilibus disputationibus pretermissum esse videatur. presertim cum tota vite substantia ex istius numinis cursibus colligatur. A Saturno defluens luna si se Iouis stelle coniunxerit vel ad iouem feratur. Si crescentes isti fuerit sortita luminibus coniuncta faciet locupletes dites copiosos. claros nobiles magnis populis uel magnis ciuitatibus prepositos. aliis here ditates maximas. aliis maxima dona largitur. Si uero fuerit minuta luminibus nihil tale decernit sed facit procuratores curatores aut quibus priuatarum rerum cautio reddatur et qui peregrinis negotiatibus immorentur aut gubernent gubernatores aut naucleros aut uectigalium conductores reddit et circum actus circa aquam iis conditionis exerceant ut ex istis artibus penua illis substantia feratur. A Saturno defluens luna ad martem si se coniungat plena luminibus. valitudines et vitia decernit et prima iuuentute facit interire. Si vero minuta luminibus marti longe ac maxime egritudines tormenta decernit et quibusdam facit etiam vitiis obligari. Sed et male

alias: varia

mortis eadem mater discrimen impingitur ut assidue vomens
sanguinem sanguinē pereat et ipsos facit qui nati fuerint mi
sere orbitatis langoribus fatigari aut parentes eorū ꝑpetua
dissensione dissociari sed et paternā et maternā substātiam
uaria litigatione dilapidat et assidue illis inferri ferri vul
nera infligit et tales decernit egritudines ut curandi gratia
medela illis cauteriorū adustionibus conferat. Facit etiam ab
sconsarū artiū assiduos labores aut longe egritudinis dolori
bus demersos vite munus implere. aut facit biothanatos va
riis generibus interire aut submersi fluentibus aut incendiis de
pereant aut gladio se suspendūt aut gladio se extingunt.
Si a Saturno defluens luna feratur ad solem. Maxima
infortunia et maximas decernit calamitates. Facit .n. insanos luna
ticos caducos hydropicos. elephanciacos sed hec infortunia
pertinaci assiduitate perpetiant ut usq; ad ultimū diem vite istis ca
lamitatis laqueis implicetur. Si a Saturno defluens luna
veneris se stelle coniungat. Si crescens fuerit faciet magnos
nobiles et potentes. felices. locupletes et divites et magne
quosdam potestatis senos libidinosos et qui ex istis gravi pul
sentur infamia. Si vero fuerit minuta luminibus primas amorū
decernit illecebras aut impuris et impudicis facit libidinibus
implicari aut turpes actus assidua cōtinuatione decernit sed
nihilominus facit hos eosdem querētes et habentes maximas
substātie facultates et quibus pecuniarū presidio et felicitas
et potestas maxima comparetur. Si a Saturno defluens
luna Mercurii se stelle coniunxerit. Si crescens fuerit facit
obscuros et absconsos et tacitos secretarū et illicitarū literarum
conscios aut celestibus religionibus occupatos aut peritos com
putationibus interpretātes siderū cursus. Facit etiam negociatio
nibus prepositos vel liberaliū artiū publicos magistros. facit ora
tores eloquentie splendore fulgētes aut medicos cunctorū testimo
niis adornatos. Si vero fuerit minuta luminibus aut sonum
vocis impedit aut aures obtundit sed et corpus eorum qui sic
habuerint misera fatigatione destilat facit melācolicos. ictericos
spleneticos. tussicos hydropicos pleumaticos et angusto meatu cū
acerbo doloris incomodo collectum vesice stricte tumorem. Si a
Jove defluens luna feratur ad martem et sit nocturna geni
tura et crescens luna sic martis societati iungatur. facit magnos
potentes. civitates vel regiones maximas suis viribus obtinē
tes sed cum sollicitudinibus et periculis istius decernit potentie po
testatem. Non erūt tamen hi sine vitio aut valitudine sed existūt ta
les qui facile tacita patiātur. presertim si in principalibus geniture

locis mars fuerit inuētus Et si in delectis locis marte consti
tuto sic ad eum luna feratur: ignitas artes decernit sed ipsos
facit humiles et abiectos et valitudines et vicia et male mortis
discrimina frequenti ratione decernit Si vero p diem luā ad io
uem defluat crescens et stelle se martis associauerit: faciet
expositos. seruos. miseros. onere mendicitatitatis oppressos vi
tys ac valitudinibus implicatos et quorum seruitus captiui
tati sit similis et qui vitam violenta morte perdant Si uero
luna deficiens in nocturna genitura a ioue defluat et feratur
ad martem. claros faciet et si mars in principalibus genture
locis fuerit inuētus et luna minuta luminibus in nocturna geī
tura a ioue defluens feratur ad martem. faciet iudices. duces
et quibus sūmi potestatis credatur imperiū Et si in delectis
genture locis mars fuerit inuētus et si sic ut diximus ad eum
feratur luna. faciet milites athletas qui ex igni et ferro que
rant sibi vite subsidia aut medicos cyrurgicos facit. Si vero
per diem deficiens luna et a ioue defluens feratur ad martem
paternū ac maternū patrimoniū dissipat et parentes in prima
etate eius perimens: onus extreme mendicitatis imponit Alys
vitiū acerbi doloris infligit facit interdum seruos. interdū cap
tiuos. plerumq biothanatos presertim si sic currente luna mars
ī cardinibus fuerit inuētus vel si ī anaforis uel ī cataforis
sit tunc.n. que diximꝰ erūt cum in his locis constituto marte
luna ista se societate coniūxerit Si a ioue luna defluens
feratur ad solem paternū ac maternū patrimoniū varia di
laceratione dissipabit et ipsos a parētibus alienabit aut ī
longinqua peregrinatione constituet. alios exules. alios
fugitiuos facit et alys seruitutē honeste captiuitatis im
ponit presertim cū in domo saturni uel martis sol uel luna
fuerit inuēta Si a ioue Luna defluens feratur ad
Venerem Si sit crescens uel plena lūibus facit parētes
nobili potestatis auctoritate prefulgidos et qui fuerīt maxi
mam potentiam consecuti Sed alienari a suis tunc qui natꝰ
fuerit cogit et cito eū orbatū parētibus facit sed nihilominꝰ
etiam ipsi potentiam gloriam nobilitatemq decernit Sed hec
omnia post processu largitur etatis. et ab uxoribus maxime
felicitatis decernit augmentū. facit etiā ipos venustos. gratos
lepidos et quibus ex grā ul' uenustate potestas maxiā cōparet'
Si uō a ioue ďfluens ad venerē ferat' minuta lūibus et sit ī
pricipalibus ul' ī necessarys geīture locis infeli infinita felici
tatis incremēta ďcernit et erit nimiū felix ī cuiuscuq genitura
sic fuerit īuēta. Decernit.n. honores. potentias. fasces. pretextas

et magnifice potestatis insignia et quibus a parentibus hoc dig
nitatis meritum conferatur et in primo etatis gradu positis
potentissime dignitatis ornamēta decernit et uxore et mulieri
bus diuitiarū et felicitatis facit incremēta conferri. Si a Io
ue defluens Luna ad mercuriū feratur plena luminibus
facit triticos idest iudices bonos et benignos et gloriosos Erunt
in aut exactores fiscaliū prestationū aut religionibus prepositi
aut iuris interpretes Ex quibus occasionibus maxima illis
felicitas et diuitie maxime conferūtur: ut ipsa felicitas per
omne uite spatiū perseueret. Si uero minuta lumine a ioue
defluens feratur ad mercuriū ex litteris uel ex disciplina ali
qua aut ex horreis et ex negotiationibus faciet uite substantiā
uel subsidia querētes. Quidam hereditates aliquas consecūtur
alij inueniunt. alij cōmendatas sibi res abnegant ut ex ista per
fidia patrimonij sibi presidia comparent Si a Ioue defluēs
Luna ad Saturnū feratur et sit crescens ul plena lūībus
faciet ab extraneis adoptari uel ipsos aliene sobolis patres
aut minorū tutores uel procuratores facit. alij expositos uel
subtractos filios post multi temporis spatiū inuenire coguntur
Erunt aquosis semper atq; humidis actibus implicati aut assi
duis peregrinationibus errātes aut peregrinarū mercium
gratia nauigātes ut ex illis conuersatione uite illis presidia que
rantur. Si uero minuta luminibus a Ioue defluens ad Satur
num feratur aut ex pom faciet aut onus seruitutis imponit aut
infortunium misere captiuitatis indicit. aut alia uitia. aut ualitu
dines facit: ut omnis uita eorū graui doloris acerbitate cōfecta
cito finē misere mortis inueniat. Et si nocturna fuerit genitura
et luna minuta lūībus a ioue defluens ad saturnū feratur. Fa
cit quolibet genere biothanatos interire A Marte deflu
ens luna si feratur ad Solem. Maxima uitia ualitudines
q; decernit et breuitatem temporis tribuit et facit biothanatos
interire et generaliter maxime infelicitatis decernit incomoda
Quosdam sic posita facit in extraneis et in peregrinis finibus
interire Si a Marte defluens Luna feratur ad Venerem
et sit crescens uel plena lūībus Facit adulteros. libidino
sos. amatores. et ueneris semper cupiditatibus deditos. fre
quētibus periculorū casibus implicatos Exercebunt autem
artem pigmētorū et aromatū aut lapidum et margaritarū
et fiunt frequēter ex ista lune societate tinctores Metalli etiā
cuiusdam cōmercia tractabūt et fiūt pro signorū uel locorū qua
litate caupones ut ea que ad uictū uel potū sʳ necessaria fa
mosis et publicis matrimonijs preparent. Si uō a marte defluēs

minuta lumine sic feratur ad venerem · efficaces · beatos
felices faciet sed divites his sane mulieres sollicitarunt et
auferunt locupletes sed in alienis iuris uxores ex quibus co
parabuntur illis maxima felicitatis insignia nam per has
mulieres honestantur maximo dignitatis gradu ornati · preser
tim si sic nocturna genitura sit · faciet laboriosos et varijs operi
bus inherentes et qui ob res venereas frequenti pulsentur in
famia et quos semper promiscue libidinis vota sollicitet Si
a marte defluens luna ad mercurium feratur plena lumine
in nocturna genitura · milites facit et athletas gloriosos inter
dum · alios publicis et gloriosis officijs preponi sed erunt ma
ligni maliciosi et quorum cupiditas ad omne facinus per dies sin
gulos crescat Erunt enim aut carnifices aut speculatores et qui
bus deferendi licentiam publica committat auctoritas Si vero per
diem ista se luna societate coniugat et sit plena lumine · decernit
misere dampnationis incomoda ut sententiam iudicis subire cogatur
et fiant ex ista dampnatione biothanati . Si vero minuta lumine
in diurna genitura a marte defluens ad mercurium feratur in
finitis inversum cupiditatibus decernit facit enim grassatores la
trones sed qui in isto deprehensi facinore severa iudicantis animad
versione plectantur · Alij premuntur cadentium ruina · alios a recte
vite cursu mittit ad infamias Si vero fuerit in nocturna geni
tura faciet fa carceris prepositos · custodiarumque custodes et qui
ex hoc officio patrimonij sui substantiam comparent Erunt sane
amatores navium et athletarum et qui quadrupedia animalia assi
duis officijs prosequantur habebunt sane vicia et assiduis peri
culorum incomodis determinuntur A marte defluens luna
si plena vel crescens ad saturnum feratur facit tardos
pigros et qui ad nullos actus possint proficere · et qui nihil ex
his que desiderant consequantur Matrem vero aut viduam reddit aut
vitijs aut valitudinibus implicatam sed hanc eandem male mortis
fine perimit · Ipsorum patrimonium assiduis lacerationibus dissipat
facit eos etiam varijs vitijs implicari . Si vero deficiens lumine et a mar
te defluens ad saturnum feratur · fames egritudines · valitudinesque de
cernit · facit lunaticos · emoroicos · claudos · paraleticos · gibbero
sos · oligochronios aut si nihil horum fuerit facit biothanatos
Quorundam vero matres aut patres pro signorum qualitate aut
vicijs oppressos ante perimit aut facit biothanatos interire
Si a marte defluens luna plena vel crescens lumine ad
Iovem feratur In oportunis genituræ locis facit duces · ducentes
exercitum potentes · imperiosos et qui sint omni ratione terribiles et
qui provincias civitatesque potentie sue potestate possideant · Erunt sane di

uites locupletes. pecuniosi et qui omnia que q[ue] voluit. facultatis
rationibus consequatur et qui sit in omnium certaminum conflictati
one victores Si vero sit minuta lumine et sic a marte defluens
ad iovem feratur. faciet publicas quibusdam certaminibus destinatos
sed qui semper pretomo bonitatis ornetur aut gloriosos milites
faciat et his assidua felicitatis incrementa decernit. et hos eosdem
crebris honore promotionibus late patrie patet et variis faciat gene
ribus gloriosos. latentia tamen vitia infligit et frequentibus
faciet valitudinibus implicari Si a sole defluens luna fe
ratur ad venerem et sit diurna genitura faciet steriles
et qui sobolem generare non possint et qui difficile coniugalibus
copulentur affectibus aut ii steriles aut anus aut ancillas et ipsas
nihilominus steriles uxores ducunt ac puerorum turpes ac miseros
coitus sectantur ex qua causa filiorum illis soboles in perpetuum denegetur
Erunt sane prepostoris amorum vitiis obligati. aut impuris aut tur
pibus cupiditatibus dediti servilibus semper studiis et servilibus
actibus occupati. facultates nimias comparantes et per semetipsos
vite sibi subsidia maxima querentes et qui felicitatis augmenta
processu temporis consequantur Si vero per noctem a sole defluens
luna feratur ad venerem: multas decernit uxores. faciat communes
gratos acceptos et magnos actus et magnis actibus se immiscentes et
magnas decernit facultates Erunt nobiles glorie splendore fulgen
tes. faciat autem imperiosos potentes divites et quibus maxima
felicitas conferatur presertim si nullum deorum saturnus quadrata vel
diametra radiatione pulsaverit tunc aut he felicitates et hi ho
nores decernuntur si in necessariis geniture locis fuerint ista coniunctio
Si a sole defluens luna ad Mercurium feratur et sit
diurna genitura facit in vita et in actibus periculosos et moribus
malis et sacrilego semper errore prepostoros et divinitatem negantes
Sed hi etiam commendatas res sibi abnegant Si vero per noctem a so
le defluens luna ad mercurium feratur facit publicos tabelliones
ex quibus litteris querant vite subsidia Erunt tamen ex hoc studio
in suis civitatibus ornati et qui omnibus eiusdem negotii viris
victoriis iudiciis preferantur. frequenter tamen si eos iupiter trigon
ca radiatione respexerit: curam civitatis tuitionem suscipiunt Erunt
autem difficilium litterarum aut sophie cuiusdam inventores aut celes
tibus religionibus dediti et quibus divinitatis secreta credantur
aut absconsarum aut illiteratarum litterarum actibus inherescunt Aliis ab
sconsas res inveniunt. aliis confertur hereditas Si tamen alieni
ab his fuerint mars pariter et saturnus A sole luna si ad
saturnum feratur et sit diurna genitura. Patrimonium dissi
pat parentes dividit. et ipsis misere orbitatis inducit incomoda Sed

Processu temporis ipsis maximā decernit substātie facultatem
et magnarū felicitatū tribuit augmēta et multorū fundorū
dominia largitur. Si uero per noctem defluens luna ad
saturnū feratur. orbitates decernit et patrimonia minuit et
malarū peregrinitatū decernit incomoda. facit etiā grauia
uicia et graues ualitudines aut periculorum grauiū et vio
lentorū facit casibus implicari. A Sole defluens luna
si feratur ad iouem et sit diurna genitura. A parentibus
fortune et felicitatis largitur insignia. Quidam regiones aut
ciuitates magn. maximas obtinebūt. Erūt tn̄ ultra modū
beneficio felicitatis ornati. Si uero per noctē a sole defluēs
ad iouem feratur. faciet per semetipsos sibi facultatū substā
tiam cōparātes et qui sint assiduis peregrinationibus dediti
sed hos in prima iuuētute decipit et cum fuerint prouectu
temporis etatis glorias cōmēdationes bonas et idoneas
decernit sibi subsidiy facultates. A Sole si defluens luna
feratur ad martem et sit diurna genitura. Parentes eius
celeri morte prosternit ut sit ipse orbitatis onere deprimatur.
Pereunt autem parentes ex ista cōiunctione frequēter biotha
nati. Et ipsis qui nati fuerint decernit viciosas luminū
cecitates aut facit eos amputata parte corporis debiles aut
in prima eos perimit etate vel si nihil horū fecerit. faciet
biothanatos interire. Si vero per noctem a sole defluens
luna feratur ad martem. facit violētos. crudeles et qui pe
riculosa semper facinora cōmittant aut facit vicijs et vali
tudinibus implicatos. Actus tamē publicos miliciasq3 decer
nit aut athletas facit gloriosos pliter et pfertū si mars et luā
in necessarijs geniture locis fuerint inuēti. Si uō ī deiectis lo
cis fuerit ista cōiunctio sine alicuius bone stelle testiōnio. pa
trimoniū minuit. orbari facit parētibus. humiliat vitā. vi
cia valitudinesq3 decernit aut certe facit biothanatos īterire.
Actus uero aut ex igne aut ex ferro aut ex metallo facit aut
tales certe qui sempiterni laboris cōtinuationib9 deterat. A
Venere defluens luna si feratur ad Mercuriū si sit cres
cens ul plena luminibus. Defensores uel procuratores fa
cit nobiliū dn̄arū feminarū et qui mulierū presidio ordinē
aliquem promotionis accipiant. Erunt autem aut tinctores
aut margaritarij aut armorū inuētores. musici frequēter
melici et medici aut athletarū prīcipes et magistri sed libidi
nosi et assiduis amorū cupiditatibus subditi. grati tn̄ et circa ve
nereos coitus amabiles. Si uō a venere defluens minuta
luīe ad mercuriū ferat9. vicia. īpuritates ualitudinesq3 decernit

actus uero varios multiplices q; decernit . aut oratores aut
tortores aut plastas aut sculptores faciet aut pigmētarios
aut colorū repertores aut farmacopolas aut popinarios
faciat . et qui alienarū uoluptatū et delectationū curā solli
citudinem q; sustineant Si a Venere defluens luā
ad saturnū feratur. si sit crescens aut plena luībus et
sit nocturna genitura . aut prouecte etatis dabit uxorem aut
publicā mulierem ad consortiū thori genialis adducit uxo
aut ex affinibus aliquā sortitur uxorem ut presidio tūi co
iugis principem locū et incremēta dignitatis et promotionis
insignia consequatur . Si vero a venere minuta defluens luā
in diurna genitura ad saturnū feratur : facit pessimis libidinū
cupiditatibus et uitiosis uoluptatibus deditos et qui ex libi
dinosis actibus crebra pulsentur infamia . Erunt sane turpes
errati et seruili defectione miseri locatores meretriciū aut
certe lenones . Si uō mulieris sit ista genitura . erit publica
meretrix et que vite subsidiū in publico constituta loco pudo
ris iactura q̄rat corporis . Si uō a uenere defluens luā in
nocturna genitura ferat minuta luībus ad saturnū . aut steri
les aut eunuchos aut archigallos aut hermofroditos faciet
aut certe tales qui muliebria pati misere libidinis cogātur ar
dore . Erunt sane oligochroni aut biothanati . Si uō a vene
re defluens luna minuta luībus per diem ad saturnū ferat
faciet uitiosos et debiles et quos malignus semper humor
infestet . circa aquā dabit actus sed qui miseris laborū cōtinua
tionibus defatigant . aut enī ex altis puteis quotidiano opere aq̄
leuare cogūtur : aut iubētur assidue cunas cloacasq; purgare . aut
erunt ortulani sed miseri aut naute aut aquarii aut piscatores aut
urnatores . Sed hos actus : signorū frequēter qualitas mutata
dabit . Faciet .n. bubulcos armētarios . equitarios . pastores et
qui iumētorū stabula purgare uel mūdare iubeantur . Sepulchro
rum etiam plerūq; facit custodes aut lacte polinctores facit quis
pellendorū hominū curam tumtorū indicio consensu q; suscipi
ant sed hec pro locorū uel signorū varietate decernit de qua va
rietate etiā in aliis apotelesmatibus plenissime diximus Si a
venere defluens luna ad iouem feratur . Faciet magnos
potentes et nobiles et ciuitatibus prepositos . Quosdam uō facit
presidio mulierū subleuari . Erunt sane grati venusti . amatores
mulierū et qui uenustatis gratia omniā que desiderāt consequā
tur . Si uō defluens a uenere minuta luīe ad iouē feratur de mu
lieribus dabit subsidia facultatū et reddit tales quibus a prima
etate parentibus felicitatis et glorie gratia cōferatur . Aliis hēditates

dabit. Aliis lucra maxima invenire compellit aut in templis
honorata decernit officia. Si a venere defluens luna ad
Martem feratur in diurna genitura et sit luna crescens vel
plena luminibus. amoris alicuius instinctu misere calamitatis
decernit exitia et ob hoc grave periculorum discrimen indicat
ut ad custodiam carceris et ad dampnationis crimen accedant et qui
propter hoc biothanata morte depereant. alios facit expolia
ri. alios subiugari. alios facit misero onere captivitatis addici pro
locorum scilicet potestate. Si vero a venere defluens luna per
noctem in nocturna genitura feratur ad martem. faciet homines
terribiles et potentes et sit crescens vel plena facit artificiosos
violentos semper et callidos et qui vicijs et in altitudinibus im
plicentur. Si vero a venere defluens luna in nocturna genitura
feratur ad martem. facit homines terribiles et potentes qui regio
nes maximas suis virtutibus ac potestate subiugant. presertim si in
horoscopo vel V ab horoscopo signo aut mars fuerit aut luna
Nam si in ceteris locis fuerit ista coniunctio. aut artificiosos facit aut
athletas aut milites sed qui assiduis periculorum casibus impli
centur. Si vero a venere defluens minuta lumine in diurna geni
tura feratur ad martem. patrimonium misera laceratione dilapidat
et ipsos facit deiecta humilitate miseros. et vicia valitudinesque de
cernit. Alios facit exules. alios in fugam vertit. aliis onus ser
vitutis imponit. alios in primo vite cursu perimit. facit plerumque
biothanatos mulierum causa vel propter amoris alicuius illece
bras. ob hoc et insidias pericula dampnationesque decernit. Si a
Venere defluens luna feratur ad solem. Parentes acerba
dissensionis dissociat vel ipsis omnis dire orbitatis indicit. Patri
monij et vite decernit angustias. impuros facit et qui miseris a
morum amplexibus implicentur. Sed cum primum iuventutis tempus
exierint augmenta patrimonij et quicquid desideraverint facile
consequantur. Si a Mercurio defluens luna pleno lumine
ad saturnum feratur et sit diurna genitura. aut balbos fa
cit semper. aut surdos aut verba eorum tardo sono vocis im
pedientur. habebunt autem actus aut ex rationibus aut ex magis
terijs aut ex negotiationibus aut ex peregrinationibus aut ex ver
borum interpretationibus. et secreta celestia semper insinuant. Alij
vel carceris custodiarum curam cautione que susceperint ut ex istis
actibus vite illis subsidia querantur. Si vero per noctem a mercu
rio defluens luna plena lumine ad saturnum feratur faciet cir
ca aquam semper assiduis laboribus fatigari operarios semper
ternis laboribus deditos. et qui corpus suum ad opus aliquod
locare consueverunt laboriosis humeris ac dorso vite subsidia que

rentes · alios in custodia constituit · alios includit in carcerem
· alios publicis iudiciis opponit · alios dampnari · alios squalore
carceris et publicarum oppressos sordibus coinquinatos ac defor
mes facit interire · presertim si in maliuolarum stellarum signis fiat
ista coniunctio · Si vero a mercurio defluens luna minuta
lumine ad saturnum feratur · faciet mendicos pauperes pannis
obsitos et misere egestatis calamitate demersos · alios seruire in
templis facit · alios fuga uagari compellit · facit plerumque luna
ticos aut sacrarum ualitudinum uicia decernit · facit caducos et mi
sera commotione dementes · Si vero a mercurio per noctem de
fluens luna minuta lumine ad saturnum feratur aut expositum facit
aut squalorem misere seruitutis inponit aut onus acerbe cap
tiuitatis · Etiam maximas ualitudines ac vitia decernit aut in
prima etate temporis perimit aut faciet aliqua ratione dampnari
et si nihil horum fuerit facit biothanatos interire Si a mer
curio defluens luna ad iouem feratur facit magnos pote
tes quibus imperatorum littere ac secreta credantur aut qui regias
opes regiosque thesauros fidei tutatione custodiant et qui in regi
a domo iubendi uel disponendi habeant potestatem · facit ple
rumque magistros nuntiosque regum sed et neocoros aut prophe
tas facit aut principes sacerdotum aut ex istis honoribus aut ex his
occasionibus maxima illis felicitatis conferantur insignia et ut ex
his actibus potentium diuitiarum incrementa conquirant · Si uero a
mercurio defluens minuta lumine luna ad iouem feratur aut
rationibus preponit aut fenoris negociationibus facit esse prepositos
tos · aut facit actores et tales quibus publica uel fiscalia instru
menta credantur aut ponderibus publicis aut fiscalibus facit pre
poni aut priuatarum litium iudices facit aut ex his actibus maxima
facultatum incrementa decernit et felicitatis largitur insignia aliis
hereditates decernit · aliis res depositas et absconsas inuenire com
pellit · apud alios res commendate remanent et apud eos sine fraudis
vitio perseuerant ut ex istis rebus glorie et substantie illis magna felicitas
comparatur A Mercurio defluens luna si feratur ad martem In
diurna genitura et sit luna crescens uel plena luminibus faciet uersutos
sos pirratas · fallaces et quorum malicia ad omne facinus per dies singulos
crescat · Erunt effractores fures et qui templa sacrilego furore semper
expilent · Erunt latrones homicide et ad neces hominum semper arma
ti · Sed in his comprehensi facinoribus custodie vinculis carcerisque
traduntur et gladio seuera iudicis animaduersione plectuntur aut quolibet
genere ob hec facinora biothanata morte depereunt · Si uero sit noc
turna genitura et a mercurio defluens luna plena uel crescens feratur ad
martem · facit duces ac tribunos milites sed terribiles et tirannicos

potestatibus sublevatos vel defensores aut presides ciuitatū: aut
qui nūq̄ iustarū potestatū licentia perseuerent et qui vario genere
semper offendant quorū aly vertatur in fugam aly ī exiliū dentur
aly biothanati intereant· presertim si in principalib' genture locis
mars et luna fuerint inuēti· Si vero in deiectis genture locis a
mercurio defluens ī nocturnis genture locis plena luīē ferat' ad mar
tem parricidaliū scelerū facinora decernit Aut n̄ filios suos parri
dali perimūt furoris amentia· aut illos ad fraternas nectes furor pre
postere cupiditatis impingit· aut parētibus ꝑ ipsos parricidale in
fertur exitiū· aut affines suos iugulāt· aut auersi coniugales af
fectus genialem thorū sanguīē lauatre coniugis polluūt ut omifariā
furoris instinctu parricidali grassentur insania Sed hec pro loco
rū ac signorū varietate decernūt' Mors vō eorū violenta erit
semper et afflicta· aut n̄ ꝓpter seruos aut ꝓpter ꝑsonas ī custodi
am redactas aut propter dāpnatos homīes graue illis ꝑiculorū
discrimen infertur et ꝓpter dāpnati publica morte depereunt· Si
vero minuta luīē ī diurna genitura a mercurio defluens feratur
ad martem faciet falsarios· maleficos et effractores fures aut
latronū conscios et receptores Ex quibus omnibus aut ī custodia
constituūtur aut seuera animaduersione dāpnantur· Aly fiunt publici
carnifices et quibus publice animaduersionis officia credāt'· aut excep
tores ꝑsonaliū causarū fiūt ut officia pertractēt aut adiutores
fiunt huiuscemodi hominū dāpnatorū· aut carceris publici fiunt
ex ista coniunctione custodes· Si vero minuta lumine a mercurio de
fluens luna feratur ad martē in nocturna genitura aut milites cus
todes armorū aut athletas aut quibusdam certaminibus destinabit
efficaces· terribiles· famosos et quorū officiū ad omniū celeber
rimorū notitiā ore perueniat Et si in horoscopo vel ✓ ab ho
roscopo loco mars uel luna constituta fuerit ista coniūctio· faciet eos
violento quodam genere mortis extingui' In ceteris .n. genture
locis· vitia· valitudines· pericula et laboriosos actus et assiduas vi
gilias aut violenta quedā negocia decernit Sed hec omīa sicut
frequēter diximus ex signorū diuersitate variantur In signis enī
tropicis constituto marte si a sole uel a mercurio defluens luna ī
maliuolarū stellarū signis cōstituta ferat' ad martē ꝑ diametrū uel
quadratū aut si se illi vicina aut ꝑtili societate coniunxerit faciet
pellarios· coriarios· calliarios· coquos· ferrarios ex igne uel ex
ferro artes suas officia q̄ complentes· Si vō in veneris signis ista
coniūctio fuerit· faciet· linteones· tinctores· plasias aut tabernarios
Si uero in mercury aut ī martis domo fuit ista coniūctio amato
res aut palestre facit et publicorū negotiorū officia tractātes
Si vō ī domo iouis fuit ista coniūctio· tribunos duces ac magnarū

legionum prepositos aut ciuitatũ uel prouĩciarũ presides
facit. Si uero in domo saturni fuerit ista cõiunctio grauia
et misera uel scelerata decernit officia. aut ii tortores aut
carnifices. aut delatores faciet: aut bestiarũ uenatores et
mãsorỹs mãsos qui aspides venari consueuerũt. Agrestium
pecorũ uel bestiarũ magistros faciet. alios piscatores. alios
aucupes: alios ex puteis altissimis assiduo labore aquas le
uare compellit. alios agrestiũ locorũ uel ortorũ operarios facit
alios naucleros. naupegos uel gubernatores. alios structores
alios lapidarios. alios pollinctores facit. aut per ipsos sepultu
re semper officia tractãtes. Si uero in domo martis fuerit
ista coniũctio multiplici genere decreta variãt. Si a mer
curio defluens luna ad solem feratur: Aut mẽte captos
aut lingua impeditos aut surdos efficit aut pauperes et miseros
egre egestatis squalore depressos. erraticos semperq; peregri
nos et qui nunq̃ sedem domiciliũ q; constituant. Sed hec in
fortunia processu temporis temperãtur. Expleto tempore iuue
tutis parua illis ex varijs actibus vite presidia querũt. Si
a Mercurio defluens luna in nocturna genitura plena lu
minibus ferat ad venerem facit eos publicis actibus proui
denciam habere et in omnibus actibus inueniũt principatum
glorie et magne felicitatis incremẽta decernit. alios orato
res facit sed affluentia sermonis. alios poetas facit et eos di
uinorũ carminũ auctoritate nobilitat aut in officijs deorũ uel ĩ
officijs imperatorũ assidua honorũ continuatione constituit aut
ex personis et cõmendationibus mulierũ aut ex mulieribus
quibusdam actibus ad felicitatẽ et potentiã perducit cũ gratia
uenustatis. Si uero a mercurio defluens luna plena luminibus fe
ratur ad venerem aut aromatũ pigmẽtores faciet aut colorũ
aut medicamẽtorũ aut preciosorũ lapidũ repertores. aut preci
sas tunicas arte sua facientes aut organarios aut pantomimos
aut qui se ad omẽ genus salutationis affectent aut qui alios
dulci voce delectent sed mediocres in vita et qui neq; abundent
facultate nec necessarios necessariorũ angustia deprimãtur Sed
his ipsis augmẽta facultatũ processu temporis conferãt. In vene
rio coitu intemperãtes facit et vicijs quibusdam semper implica
tos et qui assiduis ob hec pulsentur infamijs. Si vero minuta
luminibus in nocturna genitura a mercurio defluens luna feratur ad
venerem. diuites. potentes. imperiosos. magnos et quibus regio
nũ uel ciuitatũ maximarũ tutio credatur presertim si liberata a so
lis radijs luna in horoscopi signo fuerit inuẽta et si venus similimo
a solis radijs liberata in his in quibus diximus locis cursũ luẽ veniẽtis

excepent. Si vero in ceteris geniture locis fuit ista coniunctio
honestos multa negotia agentes faciet et qui propriis viri
bus patrimonii sibi substantiam querant. Si vero p dion
minuta lumine ad venerem feratur et in MC vel in XI ab
horoscopo loco fuerit ista coniunctio. Sacri certaminis palmas co
ronasque largitur aut sacris certaminibus facit esse prepositos
aut templorum fabricatores aut simulachrorum conservatores
facit aut certe neocoros aut principes sacerdotum aut magna in
templis officia tractantes. Si vero in ceteris geniture locis fuit
ista coniunctio mediocres in facultatibus faciet qui artes metalli
cas exercere consueverunt facit plerumque coriarios aut qui aroma
ta mercari consueverunt. Facit etiam eos politores preciosarum
gemmarum vel qui gemmis ex vario pigmentorum genere aliam spe
ciem coloris appingant aut tornatores aut sculptores simulachro
rum aut fabricatores efficiet aut in templis sacra carmina pre
cantantes aut tibicines templorum faciet et qui habeant rerum celes
tium notionem vel qui sciant secreta celestia vel qui res absconsas
et abditas facili ratione perdiscant ut ex his occasionibus vite
illis subsidia querantur. Si a Saturno defluens luna ad
nullum feratur sed per vacuum cursus suos dirigat et sit crescens
vel plena luminibus patrimonium misera laceratione dilapidat
et facit a parentibus alienari aut interemptis parentibus in
prima etate redditur. Et facit plerumque pigros aut longinquis
peregrinationibus detinet occupatos. Si vero sit minuta luminibus
faciet circa ventrem frigus assiduum quod greci phichro coelio
vocant et infinitis flegmatum viciis laborantes. matros. sple
neticos. lipsebetricos. hydropicos. pleumaticos vel dysuriacos
et qui latentibus viciorum doloribus torquantur. Sed hec pro sig
norum qualitate determinat. A Iove defluens luna si ad nul
lum feratur et per vacuum cursus suos dirigat si sit plena lu
minibus. faciet ex sua profectione peregrinos. pauperes et
qui processu temporis omnia felicitatis ornamenta deperdant.
Si vero sit minuta luminibus expositos captivos et quorum
vita servitutis onere deprimatur et quidam erunt viciis va
litudinibusque implicati. Alios oligochronios facit. Si a Mar
te defluens luna ad nullum feratur sed per vacuum cursus
suos dirigat et sit plena luminibus. patrimonium dissipat et pa
rentes in primo etatis gradu perimit. Aut vicium aliquod aut ma
le mortis discrimen impinget. Ipsos vero aut ex altis precipitat
locis. aut a quadrupedibus pericula aut maxima illis vicia
valitudinesque decernit. Alios facit publica morte biothanatos.
Si vero minuta lumine a Marte defluens ad nullum feratur. aut a genere

suo alienari et separari facit patrimonia eorũ varys lacera
tionibus dissipat aut dat laboriosas artes ut circa ignem
ferrũ q; versentur aut miseros milites facit A sole deflu
ens luna si ad nullũ feratur Sed per vacuũ cursus suos
dirigat pauperes facit infelices. peregrinos erraticos et qui
servilibus semper actibus ĩmorẽtur alios ad varios actus
affectãtes in quod aggressi fuerĩt vario facit genere despe
rationis amittere sed processu temporis hui⁹ infortuny ge
nus mitigatur et presidẽtiũ calãitatũ ex aliqua parte mise
rũ imitatur exitũ. deposito paupertatis onere parvũ illis
vite subsidiũ comparatur et ad aliquos actus affectare cõpellũt
A Venere defluens luna crescens lumĩe si ad nullum
feratur Sed per vacuũ cursus suos dirigat faciet passivos
in coitu et qui nũq̃ ĩ uxorũ amoribus perseverẽt sed qui sem
per incestis d'lectẽt amplexib⁹ sed hos eosdem. facit nudos
pauperes et qui humeros suos laboribus subicietẽs quotidia
ne querent vite subsidia. Si vero sit minuta lũibus vicio
sos. turpes. pauperes et assiduo. facit onere miseriarũ p̃grava
tos aut artibus et actibus inhonestis applicat semper et mi
seris Si a Mercurio defluens luna ad nullũ feratur
et p̃ vacuũ cursus suos dirigat et sit plena lũibus. faciet
gramaticos oratores medicos musicos et qui cõmutatione sol
lertie celestiũ sciant siderũ cursus aut feno[r]is et negociationis
officia tractãtes Ex quibus occasionibus gloriã et substãtiam sed
processu temporis prosequũt'. Si võ fuerit minuta lũibus ab
humoribus vicia decernit aut ex aquis grave periculorũ
discrimen inducit. aliorũ mẽtibus nocet. aliorũ obligat liguas.
sed hos. aliorũ auribus nocet Sed hos omẽs faciet alienos
a litteris. faciet alios vaticinãi sed ĩ templis. alios ad tẽplorũ
custodias sempiternas addicit Alios mistros facit servosq; tem
plorum Nunc genera explicãda sunt omiã que veloci cursu
suo perficit luna ut et partiliter et generaliter omiã explicas
se videamur Si a Saturno se applicuerit luna. Mi
seros parentes facit Si vero se marti cõiũxerit. ambos parẽ
tes potentes facit hũiles Item patri miserias inducit Si a
Marte ad Saturnũ feratur Id est si utrunq; latus eius Mars
et Saturnus possederĩt facere. Si vero a saturno ad martem
feratur Mediocriter hec eadem facit Mulieribus vero tũc d'cernit
vicia cũ eadem radys suis impugnaverit saturnũ. Lunaticos
vero tũc facit si figura lune vel scema vel solitudine saturno cõ
paretur. et marti iovẽ ac venere alienis existẽtibus signis Iu
piter. N et venus istas omẽs cõiunctiones vl' defluxiones per

quas misera hominibus decernuntur exitia si bona radiatione
respexerint decretorum malorum misere calamitatis exitia mitigan-
tur · felix erit nimium quam felix et cum omni felicitate etiam pudi-
citie decernit ornatum si in his in quibus gaudent locis sine
inimica martis aut saturni radiatione ioui se venus radiatione
coniunxerit aut uni de duobus · tunc et felicitatis: tunc substan-
tia · tunc honores tunc omnia vite ornamenta decernit Gau-
det autem aut in horoscopo aut in V ab horoscopo loco aut
in XI ab horoscopo loco iouis et veneris coniunctionibus adorna-
ta · Sed si in VIII genture loco in nocturna genitura et in his in
quibus gaudet signis sicut iouis et veneris testimonio maxi-
mam decernit felicitatem Quemcumque itaque locum volueris in
genitura tractare aut nature aut nutrimentorum aut generis aut
parentum aut fratrum aut nuptiarum aut sobolis aut extremum diem
vite: diligenter inspice cursum · coniunctiones defluxionesque lune
longitudines altitudines et cui coniunctiones eius excipiant

al' : expetere

Expectare itaque in omni genitura debemus ne sol coniunctionem
ad se venientis excipiat postea enim quam de diametro solis rece-
dens luminibus suis ceperit dampna sentire ad synodum festinans qua-
libet luminis sui figuratione pro mensura uniuscuiusque decernit exi-
tium Si fortis eius radiatio fuerit fortia mala et magnorum infor-
tuniorum decernit exitia · Si media fuerit radiatio · malorum temperat
exitium · Si vero deficiens ad ipsos radios solis accesserit et ipsi
orbi eius quodammodo conglutinata fuerit et aspectu hominum rap-
ta non pereat: tunc potentiora mala: tunc omnium calamitatum decernit
exitium Secundum hec apotelesmata que in precedenti huius libri
parte signauimus · Si vero a coniunctionibus solis liberata per diem
saturno addenti ad cursus suos numeros se luna coniunxerit mag-
norum bonorum et magne felicitatis incrementa decernit Sed et si
ioui se simili ratione coniunxerit · ultra modum felicitas et ultra
modum omnium bonorum conferuntur insignia Erit et felix nimium
quam felix in cuiuscumque genitura sic cum ioue luna fuerit iuncta Si
vero cum marte sic sicut diximus fuerit iuncta magnorum malorum decer-
nit exitia Erunt et secundum signorum naturam biothanati sed
et mala mediocriter mitigantur si in feminino signo mars fuerit
inventus Si vero cum venere ista fuerit radiatione coniuncta
in MC · bonas decernit nuptias presertim si aliena a martis con-
iunctionibus fuerit · Si vero in aliis genture locis fuerit ista
coniunctio bonam quidem vitam decernunt sed cum suis affinibus coe-
unt Si vero mars istam coniunctionem viderit illicitos coitus cum mi-
sera cupiditate decernit · Si vero cum mercurio fuerit ista coniunc-
tio infinita etiam et inaudita mala assidua afflictione decernit Unde

orare debemus et summis precibus postulare ne quādo luna se
mercurio ista radiatione coniūgat · Si vero ꝑ noctē minuta
luminibus saturno retrogrado uel stationem facienti se luna cō
iunxerit magnas infelicitates decernit Quidā secūd' natu
ram uel secundū locorū potestatem biothanati pereunt Sed
hec infortunia ex aliqua parte mitigātur Si in feminino signo
saturnus fuerit inuētus Si vero ioui se ꝑ noctē ista radiatiōe
coniūxerit omnibus bonis abundabit Sed et si marti simili fuīt
radiatione coniūcta magne felicitatis decernit insignia Sed
hec maiora efficientur si mars addat ad numerū Si vero veneri
se ista radiatione coniūgat aut ī MC̄ aut in V aut ī XI
ab horoscopo loco aut in ipso horoscopo bone erūt circa nuptias
si eas saturnus nulla radiatione pulsauerit Erūt autē feliciō
res si venus retrograda principalibus locis notebit et faciet
plerūq; phisicos · Sed bona tūc decernit fortiora cum fuerit ꝑ
noctem ista cōiūctio Minuūtur autē bona et mala crescūt omīa
ab his scilicet stellis in diurna genitura Explicato Lune
cursu et diligenti ratione monstrato ad promissi operis de
finitionem sermonis intentio transferatur scilicet ad explica
tionem fortune · Non. n. omnē possumus fati explicare substā
tiam nisi iste locus diligētissima fuīt ratione collectus Sicut n.
in horoscopo querimus quis in eodē loco sit quis occidat quis
ī MC̄ · quis ī imo · quis in ceteris locis Quatenus etiā dn̄s
ipsius signi sit positus in quo est horoscopus cōstitutus Ita et
locū fortune debemus simili ratione colligere Quo autē in loco sit
locus fortuē simili ratione monstrabo Quē cū inueneris inspice
stellarū omniū societates radiationesq; et omēz locū istū vero
ac fideli poteris explicare iudicio De Loco et de officio
fortune In omni genitura nocturna computa a luna us
q; ad solem. In diurna genitura a Sole computa rursus usq; ad
lunam et quantuscumq; signorū numerus fuīt tanta ab horos
copo incipiens signa numera et quodq; signū habuerit nouissi
mū numerū ipsius signi locū fortuē demonstrat · Sed hec pla
tica computatio est quam ideo posuimus nequid a nobis preter
missum esse videatur · Partiliter uero locus fortuē ista ratione
colligitur quam tu sequi in omni disputatione debebis · Tunc
n. uera definitio et in apotelesmatibus proferatur quotienscū
q; singula loca partili fuerint ratione collecta Sic vitam · Sic
spem · Sic fratres · Sic parētes · Sic valitudines · Sic cōiugem
Sic mortē · Sic actus · Sic amicos · Sic cetera omnia que ī substā
tia humani generis requirūtur ueris definitionibus explicabis Que
omiā tūc explicabimus cū ad interp̄tationē venerimus fere bar

rice Hec .N. omīa diuinus ille abraam et prudentissim⁹ achil
les . conati sunt verissimis rationibus inuenire . Sed locus for
tune de quo loqui cepimus . pariliter ista ratione colligit᷒ . De
Loco fortune . Si diurnā genituram tractans locū for
tune ceperis querere ac cū inuestigata ratione a parte solis in
choās omniū signorū partes usq; ad illud signū in quo ē luā
cum ipīs lune partibus . quātācūq; partes confecerīt sūmā addis
horoscopi partibus collige Quam computationē his collectis ab
horoscopo incipiens ī dextrā partē horoscopi signis ceteris diuide
terdenas partes signis singulis reddens et in quocumq; signo toti⁹
numeri ultima pars ceciderit ipē locū fortūē tibi signū ac substātiam
monstrat In nocturna uero gēitura a lune parte incipiens et per signa
frequētia simili modo pergens usq; ad partē solis totas signorū colli
gis partes et additis horoscopi partibus unam numeri facis sūmam
quam a parte horoscopi incipiens p omīa que ab horoscopo sunt signa
diuidis : singulis signis tribuens XXX sicut ante diximi⁹ partes et
in quocunq; signo totius numeri ultīā pars ceciderit ipā pars tibi lo
cū fortūē mōstrabit Ex hoc loco qualitas vite et patrimonij substātia
et felicitatis atq; infelicitatis cursus ostenditur Amor etiam et affectus
virorū circa mulieres qualis sit ex hoc loco discitur . et nutrimētorū desi
deriorū omnium effectus ex istius loci substātia q̄rit᷒ . Hic locus patriā
uel eius loci quadratalatera simili ratione demōstrant Appellatur autē
sic᷒ abraham de signo lune locus Vides ergo dominū totius signi qui
est et dominus partis istius idest in cuius stelle finibus ista pars sit et
quo in loco sit uterq; dominus signi pariter et partis eius in quo locus
fortune fuerit inuentus et in quibus geniture locis sint constituti . aut in
principalibus cardinibus aut in secundis locis aut in deiectis . aut ī altī
tudinibus suis aut in domibus suis aut in deiectionibus . an dominus
ipsius signi . et ex eo loco in quo est si signū ipsius idest locū fortūē
oportunis radiationibus respicit et si sint ambo inuicem sibi cardinalit᷒
tunc . et cum hec omīā diligenti ratione collegeris et sit nocturna gēī
tura . rursus lune partes attende . Si diurna . solis et vide quis sit par
tium dominus In diurna scilicet solis In nocturna vero lune Solis vō
dominus et etiam an ipse locum fortune radiatione cardinali respiciat
Si vero harum omniū partiū dominus fuerit inuentus et bene sit
in genitura et in his in quibus gaudet signis vel in quibus exalta
tur vel in quorū est domicilio : felicem genituram decernit Si vō
hic ē collocatus sol et luna et locum fortune respexerit : maior felicitas
multiplicata radiatione decernitur . Si vero his que redditur luna et
loci fortune placita et sit in cardinibus constitutus etiam sic felicitas mul
tiplicata radiatione decernitur Si vō non fuerit unus dominus signi
ipsius in quo ē fortūē locus et partiū nec pmū solis nec luē ille princīpa

tium obtinet in decernendo habet potestatē maximā et si sit beniuolus
et in beniuolis signis fuerit īuentus vel in altitudine sua uel ī domo
sua et ī principalibus geniture cardinibus collocatus fortuē loci cardinali
ter viderit magnā et nobilem genituрā decernit sed hec tū si parti
liter in cardinibus fuerit collocatus Si u generaliter fuerit inuentus
in his in quibus diximus locis mediam genituram decernit ut nec ul
tra modum felix sit nec egestatis angustiis deprimatur. Si uō ambo
bene ceciderint dominus ipsius signi in quo ē dominus fortuē et
dominus partis illius in qua ultia pars fuerit inuēta et in bonis
signis constituta id est In quibus gaudent vel in quibus exaltātur
vel in domicilys suis et partiliter in cardinibus fuerint collocati
tantas decernit facultates ut is qui sic natus fuerit imperatoribus
omnino coequatur. Si vero in signis cardinū non partiliter sed pla
tice fuerint inuēti medie felicitatis decernit incrementa Si vero do
minus ipsius signi in quo ē locus fortuē sic inuētus sed et dn̄s par
tis ipsius id est finiū dominus et partiū earū dn̄s et eadem genitu
ra luna fuerit inuēta: bene fuerint constituti uel in quibus exalta
tur uel in domicilys suis et principalia geniture possederint loca
vel in his in quibus gaudent locis fuerint collocati faciunt im
peratores sed quorum imperiū per totius orbis spacia dirigatur
et quorū potestas tanta sit ut ad deorū nutū attedant. Si uō
istarū stellarū quarū fecimus mentionē nulla bene ceciderit is
qui sic natus fuerit usq; ad ultimū vite diem infelicitatis onere
deprimetur Q tum fuerit inspice partiliter MC salutet hoc signū
quod in anafora horoscopi Sed si nulla ex his stellis quarū men
tionem fecimus bene fuerit collocata videant in MC uel in anafo
ra horoscopi beniuola stella conditionis sue secuta potestatem inue
niatur Nam si inuēta fuerit precedentis mali processu temporis in
fortuniū corrigens Si vero illis tribus quibus ante diximus male
positis in MC et in anafora horoscopo nondum beniuolarū stel
larum presidio relinquātur Infelix misera et omniū omniū malo
rum continuatione ista genitura erit depressa Sed et fortune decade
rum cathemorion diligenter inquire ne te fallat apotelesmatum inten
tio Locum demonis ista ratione colligimus Que ideo
huic libro indidimus quia solis eum esse locum Habraham simi
li ratione monstrauit. et iniquū erat ut a loco lune solis separetur
locus cuius locus hac ratione colligitur ut in diurna genitura a
parte solis usq; ad partem lune omniū signorū colligis partes. et
totam habeant summam ab horoscopo incipiens per sequentia sig
na distribuis et in quocumq; signo ultima pars ceciderit ipā pars
tibi demonē monstrat In Nocturna uō a luna usq; ad solem omnium
signorū colligas partes et omnem istā incipiens summā ab horoscopo

incipiens simili ratione sequentibus signis diuides et in quocumq
signo ultima pars ceciderit : demonem monstrat. Hic locus vocabi
tur actus et anime substātia. Ex hoc loco omnis actus oīs q substantie augmēta querentes inuenimus et ostendit qualis circa
virum sit mulieris affectus. Sed et hic locus et quadrata latera
ipsius loci patriā nobis manifesta ratione demonstrant. Vide ergo
locum hunc quē maliuole stelle beniuole q respiciūt et sic apote
lesmata per singularū stellarū testimonia explicata. Domini
geniture quem greci oecodispotem vocant. Qua ratione de
beas colligere sic inuestiga. Ipse .n. totius geniture possidet sūmā
et ab ipso stelle singule decretam diligentiam sortiūtur. Cum sibe
ne fuerit collocatus et in his in quibus gaudet signis uel in qui
bus exaltatur uel in domicilijs suis et conditionis sue genitura fu
erit nec maliuolarū nociua radiatione pulsatus. nec beniuolarum
stellarū presidio destitutus : omnia bona pro nature sue qualitate
decernit et integrum annorū numerū. Si vero impeditus a maliuo
lis et a beniuolis desertus fuerit : omnis eius efficacia debilita
ta languescit. Quatenus inuenias explicabo omnibus veterū
sententijs explicatis intimatis. Opiniones de domino ge
niture. Quidam geniture dominū hac voluerūt ratione colligere
dicentes hunc geniture esse dominū qui in principalibus geniture
locis positus in signis suis aut in finibus fuisset inuentus. Alij
vero a sole et luna geniture dominū requirebant. dicentes eū eē
geniture dominū in cuius stelle finibus sol et luna fuissent in
uenti id est sol in diurna et luna in nocturna genitura et habet ra
tionem. Alij tn̄ sic dixerunt : esse dominū qui latitudinis lune dn̄s
fuisset inuētus. Alij vero huc dixerūt eē dominū cuiuscumq signū
post nati hominē luna relicto eo signo in quo est secundo loco fu
erit ingressa. Sed et nos hanc rationem sequimur. hec .n. est
verissima et ab omnibus comprobata. Sed liber hec omnia que dixi
ordo disponitur. Da veniam quod gratulis sermo ad numinis
tui secreta pervenit. Non nos ad hoc studium sacrilega cu
piditas aut prophane mentis ardor impegit. Sed animus di
vina inspiratione formatus firmatus totum conatus est quod

didicerat explicare ut quicquid divini veteres ex egyptiis adytis
protulerunt ad tarpeie rupis templa perferrent vestrum itaque
mihi date secreti presidium et trepidationem animi vestri maie
state formate ne numinis vestri presidio destitutus ordinem non
possim promissi operis invenire

De horoscopo. Habent etiam maiores deus noster sine
alicuius stelle presentia ex natura sua decernendi maximam potes
tatem et multis ingeniis operatur ipsa signorum nuda substan
tia. Sed hec efficacia in solis cardinibus invenitur. Cardines
etiam sine duarum stellarum testimoniis reliquatur ex sua natura
decernendi accipiunt potestatem. Quod ut manifestius intelligas
ipsius rationis auctoritate monstrabo

Horoscopus in ariete. Si horoscopus in ariete fuerit inventus
et in capricorno MC erit occasus in libra. IMC in cancro. Quid
itaque horoscopus in ariete constitutus quid huius residui tres cardi
nes decernant interim generaliter explicabo. Cum horoscopus in
ariete fuerit plurimam iuventutem decernit. Fratres denegat. Aut
ex pluribus fratribus unum reservat. Sed et ipsum vitio quibusdam
acerbitate debilitat nomen semper odio persequitur paternam substantiam
Paterna substantia in statu eodem non perseverat. Sed nunc dilapi
data dispergitur et rursus dissipata colligitur. Videbitur sane qui
busdam ex nimia liberalitate tutior. Aliis liberalitatis eius constan
tia displicebit. et beneficia sua prestabit ingratis ut numquam et pares
gratie rependantur. Erit sane mutabilis et caput eius variis semper
doloribus fatigabitur. Si in capricorno MC pariliter fuerit per
severanter cuiusdam glorie ornamenta decernit et faciet ei simultas
cum quadam humilitate blandiri. Erit negociis quibusdam litterisque pre
positus. Multis quotidiane vite alimenta suppeditant. alienas facul
tates propria procuratione sustentans multis rebus necessariis inge
niosus et cui absconsarum religionum secreta credantur. et ad celes
tia secreta penetrabit si ad istum locum Mercurii stella ex aliqua parte
respexerit vel in ipso loco mercurius fuerit inventus. Tertius vero
cardo id est occasus decernendi sibi licentiam vindicat. In his si fu
erit inventa libra vitam in domo regia assidua conversatione decer
nit aut in publicis actibus constituit. Erit autem vite ex quadam
inequali parte mutabilis ut felicitates omnes semper infelicitas subse
quatur. Prosperitates infortunium ut ex altissimo dignitatis gradu
ad infimum caduca humilitate revocetur. Nam et omnem eius alacrita
tem invidie livor impugnet. presertim si horoscopum Jupiter de
trigono non viderit vel si in ea non fuerit. hec enim mala fortune
convalescunt. Quartus erit cardo in IMC. His erit in ariete ho
roscopus potens semper et in cancro facit claros et coronatis infulis

adornator et decernentur ei statue pariter et imagines. Si istum
locum Jupiter in horoscopo constitutus respexerit vel si in ipso
loco fuerit inventus erunt ei quidam ex affinibus adversarii
propter se vel propter necessarium sibi aliquem. Erit intonsis crini-
bus sordium squalidus et erit semper necessariorum abundantia
copiosus presertim si in quocumque horoscopo cardinum Jupiter fuerit
inventus. Horoscopus in Tauro

Si horoscopus in tauro fuerit inventus. Multis laborum
continuationibus fatigabitur et quicquid in prima etate fuerit
consecutus semper amittet sed postea quod amiserat cum letitia
cumulatius augmenta et habebit bone felicitatis ornatum et inimicos
suos videbit misere humilitatis continuatione prostratos. Si in
Aquario MC fuerit cum potentioribus semper amicitie gratia
versabitur et victum ex publicis semper habebit actibus et erit
aquosis semper negotiis explicatus et qui numquam accusationis pul-
setur invidia. Habebit sane et incrementa facultatum pariter et
damna. Si occasus in Scorpionis signo fuerit inventus. Erit in omni
vite conversatione cordatus alienos nutriens procurationis officia
uxorem primam interventu mortis amittit. Si vero fuerit mulier et
maritum amittit pariter et filium. Si in Leone IMC fuerit inventum
faciet proprio labore patrimonii subsidia querentes et hi a suis va-
riis insidiarum generibus maximam consequetur substantie facul-
tatem sed que apud ipsos perpetue felicitatis ordine perseveret.
Sed hec pro mensura geniture determinantur.

Horoscopus Geminorum. Si in Geminis horoscopus
fuerit inventus. In primis etatis constitutus initiis laborabit et a
parentibus illi solatium semper affertur. Erit sane celestibus felicioris
semper imbutus et maiorum virorum fidelibus amicitiis astrictus et
qui patrimonium dat. Si MC cardo fuerit in piscibus vitam
suam in loco aquoso constituit et ex omni substantia patrimonia possi-
debit et victus ex alienis facultatibus conferetur et in duabus ci-
vitatibus aut potentia eris aut patrimonium dividetur. Si occasus
in Sagittario fuerit inventus aut fratribus suis aut affinibus per ipsum
aliquod inferetur exitium. Et animum eius per varias temporum vices
maximis sollicitudinibus cruciabit. Habebit inimicos et derelicta
patria peregrinis nationibus immorabitur. Sed reversus postea ad
paternos lares deorum putabit presidio se restitutum. Si in Virgine
IMC cardo fuerit a prima etate varia laborum continuatione quas-
sabitur. Sed processu temporis maxime felicitatis incrementa consequetur.
Sed hec singulis pro mensura geniture provenient. Quod in omnibus
sicut frequenter diximus observare debebis.

Horoscopus in Cancro. Si horoscopus in cancro fuerit

inuentus. Faciet acutos semper ingenio sed qui cuncta tardi
tatis moderatione perficiant. Faciet suaues doctores et qui gra
uiter irasci consueuerint et qui malos omnes seueris indignationi
bus persequantur fortes moderatos sed quorum indignatio facile
indignetur et mitigetur. Habebunt sane uite substantiam ex publi
cis uel ex regiis et publicis locis quibus uite illis substantia conferetur
et erunt semper in publicis necessitatibus occupati. Sed illi uaria negociatoib
necessitate compulsi plurimi blandientur. Sed si horoscopus in cancro
constitutus aut uiderit aut saturnum aut uiolentam mortem
facient aut grande ualitudinis incidunt uitium aut propriores fratres
pro ipsis uicariis mortibus interibunt. Si in Ariete MC car
do fuerit cum potentioribus uiris assidua conuersatione uersabitur
aut ex alienis facultatibus quotidiana illi alimenta prestentur et
erit semper res bonas appetens et desiderans sed patrimonium
eius assidua uarietate mutatur. et quotienscunque amissum fuerit to
tiens comparatur. Si in capricorno fuerit occasus latenti pulsabitur
semper inuidia sed postea quieta idem ratione componitur post mul
ta inequalitate incomoda. Erit sane ingeniosus. acutus mentis inue
stigationibus adornatus. Absconsi cuiusdam doloris tormenta sus
tinens aut infinitis animi doloribus fatigabitur et ciuilibus munieri
bus applicatus uel popularibus conuersationibus traditus patri
monii precedentis substantiam dissipabit. Erit sane secundus in omnibus
potestatibus et erit aliis necessarius. Ex litteris habebit substan
tie facultatem. Et erit cui ab aliis latentia secreta credantur. Perue
niet ad extrema spacia senectutis et bono sepulture honore decorabi
tur. Et si Mercurius in sequenti signo fuerit inuentus proprior erit inter
omnes masculos filios. Si uero Venus in II loco fuerit inuenta
filie preferitur spacia uite. Si dominus geniture sicut ante diximus
bene fuerit collocatus et beniuolarum stellarum radiis adornatus.

Horoscopus in Leone. Si in Leone horoscopus fuerit
inuentus. Is qui sic horam habuerit multis laboribus et mul
tis periculis implicabitur. Sed per omne uite tempus erit omni
bus notus. Erit etiam semper ingenuus habendi liberam potestatem
et qui non in omnibus in aliene uires exerceat. Viuendi et impe
randi uota concipiet propriis laboribus acquirens substantie
facultatem. Sed si Mars in hoc eodem horoscopo partiliter fu
erit inuentus aut sol cum ipsum quadrata uel diametra radiatione
respexerit omnifariam denegat filios. Si uero iupiter simili modo
fuerit inuentus unam dabit filiam. Si MC in tauro fuerit
inuentum habebit uitam in loco publico aut in templo. Matrimo
nium uero contrahet cum muliere uidua aut ab alio stuprata aut
subiecta et seruilis conditionis aut anu aut que publica pulsetur

infamia et a potentissimo viro honor maximus conferet. Erit
autem omnium rerum inscius et incrementis prospere fortune letabitur.
Si in aquario fuerit occasus vita eius et augmeta habebit
dãna erit grati. Sed in quibusdam rebus prosperabitur. Si in Scor
pione IOVE fuerit inventum habebit quibusdam negocijs princi
pium. Et si mars hunc locum quacumque radiatione respexerit
in custodia aliquãdo sed liberum. Et si mars sic positus in matutino
ortu fuerit inventus militabit aut armorum erit prepositus sed in
extraneis et peregrinis morietur locis repentina aut violenta mor
te prostratus.

Horoscopus in virgine

Si in Virgine Horoscopus fuerit inventus. Erit mul
tis laboribus et multis sollicitudinibus implicatus sed qui divi
nitus vel per omnium vel aliqua laboratione aut certe responsis
et sortibus cuncta predicat. Preces verosimas ad divinitatem multipli
ci semper continuatione perpetua morum illecebras oculorum passivus
cupiditatibus incurrens et qui omnium mulierum concubitus pro
iecta cupiditate desideret. Sed istis tam diu vitijs laborabit quousque divisig
ni eius fuerit anafora completa. Erit sane levis humanus et
apud quem pura amicitie necessitudo permaneat et ad quem dãna
alicuius sollicitudo pertineat. multa sciens et omnium disciplinarum
secreta perquirens omnia in claustro pectoris retinens se precomio
se simplicitatis ornatos et cui adhuc docti sermonis gratia aut ne
gociationis officio aut ex successione aut ex sacris aut ex virtute alicuius
magna felicitas et magna conferatur substantia facultatis. Si in Ge
minis MC fuerit inventum ex publicis aut ex sacris dabit substã
tiam. Sed hoc tunc cum limen senectutis fuerit ingressus. Erit reli
gionum ac deorum cultor iustus et cui maxima pars civium obtem
perare conentur. Absconsa assidua investigatione perquirens.
multarum artium ac disciplinarum inscius et ultimo vite tempore
multis per ipsum integre ac recte vite monstratur officium. Si in pis
cibus occasus fuerit. ibit per multa loca peregrina multis homi
nibus notus et ei multi sedula obsequiorum gratia blandientur
Erit gratus felix venustus. acutus. multis occupationibus im
plicatus et ad omnem conversationem semper et nobilis. Si in
Sagittario IOVE fuerit inventum. erit felix et asinus substãtia
conferet. et ei plurimi blandientur. Erit omnibus notus dijs gra
tias pro sua felicitate restituens aut ei sacra publica credentur filio
rum vero felicitate letabitur et dolorem amissorum filiorum rursus
cepta felici sobole mitigabit. Erit ad omnia aptus. erit etiã doctus
et agilitatis felicitate perspicuus.

Horoscopus in Libra

Si Horoscopus in libra fuit
inventus. habebit egritudinem et multis periculorum laqueis

implicabitur et assidue illum adversariorum turba pulsabit · et de
veris ac definitis rebus habebit contentiosa certamina Religio
sus sane erit et cultor deorum sed cuius vita inequalitatis sem
per varietate mutetur sed in omnibus invictus erit et talis ut
in nulla re videatur esse posterior · gloriosus sed locus filiorum erit
mutabilis nam numquam ei integer numerus filiorum perseverat ·
erit talis qui in omnibus rectum velit habere iudicium divinis et ce
lestibus religionibus vehemens · Si in cancro MC fuerit inventum erit
gloriosis quibusdam actibus occupatus In loco religioso aut in pub
licis nutrietur · et in senectute maxima illi glorie conferuntur insig
nia : ita ut novissimum vite tempus nobilitatis splendoribus ador
netur · Erit in senectute copiosus · pecuniosus et dives : et ei processu
temporis gradatim omnis substantia felicitatis accedit · tarde consequitur
filios aut unum habebit filium · Sed si locum istum Iupiter aliqua radi
atione respexerit : multa ac felici sobole gaudebit · Si occasus
in ariete fuerit inventus ex aquosis habebit lucrum vel in aquosis
locis erit ex aliquo timore sollicitus : et in desertis locis incurrit
aliquod vite discrimen et multa periculorum continuatione quassabitur
multis ac crebris peregrinationibus dividetur · habebit sane la
tens vitium et in senectute posito felicitas maxima conferetur sed ux
or eius infame periculis laborabit · Si MC in capricorno fuerit
patrimonium eius varia ratione mutabitur et quicquid acquisitum
fuerit rursus amittitur : et rursus quod amissum fuerit invenietur Sed
omnis substantia propriis virtutibus queritur · et in ultimo etatis
gradu positus maximo incremento felicitatis ornetur augetur ne
sibi filium aliene sobolis adoptare aut filios ex muliere infima con
sequetur Horoscopus in Scorpione
Si Horoscopus in Scorpione fuerit inventus In prima
etate faciet acutos iracundos · agiles Sed hi per multa infor
tuniorum genera ducentur Verum postea felici licentia sublevatur
et erunt magnis litteris dediti si ipsum · Si ipsum Iupiter aliqua
radiatione respexerit · erunt gloriosi et a diis presidia sperabunt
semper et sacrorum aut celestium religionum sacramenta percipient
Erunt in alio loco vel in alia civitate suo studio transferent Erunt
semper erecto spiritu sublevati : acuti proferentes ornamenta sermo
nis · Erunt tales quibus semper varietas placeat : propter ami
cos aut negocia aut pericula semper occurrunt et post multa ex
amissione filiorum infortunia · rursus felici sobole gaudebunt · Si in
Leone MC fuerit inventum vita eius vario labore ac variis sudori
bus fatigabitur · et erit potentiori alicui honoris aut nutrimentorum
gratia subiugatus Erit fortis et in processu etatis plurimi blandiantur
et qui plurima ex suis facultatibus ad alios transferat Erit in aliqua

fizmia

positus potestate · augebit paterne substantie facultatē Si in
tauro fuerit occasus · plurimos habebit aduersarios quos oēs
videbit vario genere semper oppressos · Erit talis qui ad vene
reos coitus oculorū cupiditate cogatur et qui aliqua pulsetur in
famia · patrimoniū et acquiret pariter et perdet et quotiensāq̄
q̄ perdiderit iterū consequitur · Si ·ioc· in aquario fuerit pro
pe aquam aut ex aqua habebit vite discrimen · attēdat et cui
cunq̄ profuerit ei ingratus semper existit

Horoscopus in Sagittario · Si horoscopus in sagit
tario fuerit inuentus · Multos aduersarios faciet · et collectū
patrimonium unde nō sperauerat conferetur · peregrinis freque
ter regionibus detinebitur · grandem fluuiū aut grande pelagus
nauigabit Erit semper in publicis conuersationibus positus · in
aquosis aut ex aquosis locis vitam pariter habebit et factū · plu
rimas artes et disciplinas plurimas consequitur Erit cordatus inge
niosus et omnium rerū scius · Si in virgine ·Mc· fuerit inuē
tum in magnis promotionibus constitutus et multis potestatibus
gratia prefertur · Consequetur maximā licentie ptātem et iussiones
eius audientiū turba seruabit · et multi per eum habebunt vite ac
viuendi subsidia et cuicunq̄ aliquid tale contulerit ipē et ingra
tus semper existit · Si occasus in geminis fuerit inuētus et filios
habebit habebit pariter et nepotes Sed tunc cum limen fuerit
senectutis ingressus · et erit talis ut omēs dolores facillimus ratio
nibus perferet · et qui dāna recta mētis auctoritate contēnat · A
liis secretas perlegunt lrās et celestiū aut sacrarū rerū ordines
monstrant · Erunt ingeniosi · iusti · cordati · et qui aduersarios subdo
lis semper dissimulationibus insequātur · docentes omnia et quibus
felicitas tardis processibus confertur · Si in piscibus ·ioc· fuit
in aquosis locis habebit vite subsidia Erit talis cui fidei cautare
dantur · Erit notus et nobilis Sed circa uxorem vel affectus eius a
lienus erit · Sed si istum locū Iupiter aliqua radiatiōe respexerit · fa
tale uxorē ducat et erunt ei grati coniugales affectus et stupro vel
adulterio cognatam ducat uxorem

Horoscopus in capricorno · Si horoscopus in capricorno
fuerit inuentus · Amicis puro exerunt amicitiā semper affectu
Erit subdolus et letus et cui nihil deest ad vite subsidiū · pe
regrinabitur et quibus vite alimēta prestiterit ipsi ei existūt
semper ingrati Erit amabilis paruu aī et dislongis et prolixis
semper precibus molestus Erit talis cui abundet substātia fa
cultatis Erit muliebribus libidinibus obligatus et qui has
easdem mulieres expletis libidinibus vituperare contēdat · Sacra
mēti cuiusdam aut sacrorū aut vite aliene aut absconsarū religio

num secreta perdiscens. Si in libra Mc. fuerit: erit
prius honesta gratia sermonis ornatus doctus. Diis vo
ta restituet et ex quibusdā necessitatib9 aut ex quibusdā
periculis liberatus habebit prosperos actus. Sed posteāq̄
malis actibus fuerit oppressus. felicitas ex alienis infortu
niis conferetur et hēbit ex alienis mortibus lucrū aut ex
veteri re aliq̄ et absconsa comoda felicitatis inveniet. Si in
cancro occasus fuerit habebit ab affinibus molestias maxiās
et erit maximis periculis implicatus Si ī ariete Mc fuerit ī
maximis erit erroribus et post incomoda vite requiem sortiet'
Sed in vita eius ex actu varietate mutabitur. erit .N. nūc ī alto
dignitatis gradu. nūc ad infimū. cū dignitatis reiectio revocat'
Sed hec illi inequabilitas ex amicitiis potentū nascat'. efferet
uxorem et primū filiū aut certe quicumq; natus filius fuerit gra
vi debilitabitur vicio valitudinis

Horoscopus in aquario. Si horoscopus in aquario fuerit inventus Quodcumq; consecutus fuerit: qualicumq; rur
sus laceratione dilapidat et quicquid habuerit vel quesierit rur
sus amittit; sed quod amissum fuerit facili ratione plerumq; colli
gitur. multos suscipiens fovebit et multis vite alimēta prestabit
et erūt circa ipsum iniquāli quibuscumq; ab ipso aliquid fuerit
collocatū et in gravi periculo constitutus et ab hominibus despe
ratus deorū presidio liberabitur A multis invido stridore pulsa
bitur. deorū litterarū aut aut sacrorū aut religionū officia
tractabit et magnus vir erit bonis actibus notus. Si in
Scorpione Mc fuerit: erit fortis sed dura vita et dura conver
satione quassabitur. De loco ad locū transitū faciet et si fuerit
ingenuus servilia exequetur officia sed postea eum in omnib9
prospere sequitur eventus Sed et circa uxorem et circa filios inter in
ita miseris infortuniis laborabit et postea ei ex malorū virorū
notitia et felicitas conferetur. Si in leone fuerit occasus cum
uxore varia simultate dissentiet cū indigna sibi aut cū ancilla ma
trimoniū copulat aut que variis amorū excipiatur vel capiat'
ardoribus et aliis patiet' insidiis et contra illū inimici repē
tinis actionibus erigūtur et suis viribus ac sua virtute tollit
alieni viri uxorem aut alienā sponsam aut certe cū vidua ma
trimoniū contrahit Si Mc in tauro fuerit: magnus et cū
multis potentibus versabitur et in omnibus rebus habebit glo
riam et multorū substātiam gubernabit ut ei res plurime cre
dantur propter discipline sue veritatē et morietur post multi tē
poris spaciū longo pondere senectutis q; pressus si dñs geniture con
dicionis sue servitus potestatem et ī principalib9 suis geniture locis

positus ornatus signo pariter et pte integrū temporis sui
decreuerit numerum
Horoscopus in piscibus. Si horoscopus in piscibus fuīt
inuentus Ingeniosus cordatus. fidus amicus ac necessarius
et ex quibusdam negociis promouebitur ita tamen vt potestati
eius et honoribus potestas alia preferatur. hēbit inimicos sed
ex his fallacibus racionibus vindicabitur et ex longis quibus
dam negociis gloriam consequitur. Sed processu temporis maioris
dignitatis ornamēta consequitur et magne habebit felicitatis
augmētum et assidue cū multorū noticia peregrinacionibus notus
Si MC in Sagittario fuerit multis erroribus implicabitur
et periculorū varia discrimiā accedit. Erit agilis in omnibus con
uersacionibus et cū potencioribus personis habebit nō modica
certamiā et propter personam quandam incurrit insidias et to
tum quicquid primū possederit et perdit et alienarū rerū rursus
dominia consequitur. Amicus fidam amicicie necessitudinē exhi
bens semper. Sed hunc ad venereos coitus collectū p oculos
desideriū semper impellit. Si occasus in virgine fuerit. erit
cordatus et alienis hominibus alimēta prestabit. Erit talis cui fi
delia secreta credātur. multos amicos suis alimētis aut suis p
sidiis sublevabit et grandis diuiciarū cumulus accedit et ami
ci existūt frequēter ingrati et circa uxorem blandus erit amorū
affectibus obligatus Sed et ipsa circa eum erit frequēter ingra
ta et ex uxoris aut filiorū infortunio grauia doloris tormēta pati
etur. Si ī geminis IMC fuerit mltis egritudinibus fatigabitur
et multis laboribus applicabitur. dolorē aliquē aut viciū hēbit ab
sconsum et post infelicitatis incomoda. maxiā ei felicitatem conferet
ita ut et aliis vite alimēta suspendi et amissis prioribus omnibus
ei repentino casu diuicie conferentur. Possidebit et habebit subsidia
que ei omiā subministrent. et cum fuerit onere senectutis oppressus
in peregrinis locis repentina morte morietur. Sed et in hoc geni
ture dominus requiratur. putabunt quidam hec genitura alit
esse dicta sed est eorum vera substancia
Hec N. omiā singula signa propria potestate decernunt
Nam myriogenesim esculapii legens. quas ibi venerabilem
mercurii stellam intimasse processus est inuenies ex singulis
minutis sine aliquo stellarū additamēto omniū genituraturum
ordines explicatos. Nam in singulis omniū horosc. statuens
omnē ordinē vite omēs actus pariter ac formas. Sed vltimū
diem vite. periculorū etiā genera verissimis ac maifestissimis
racionibus explicat. Nā in singulis signis cū sint xxx partes
et sint minute MA CCC horoscop. ī vna minuta cōstituitur

sit integra hominum facta descripsit. Sed ille divino genere
ortus ac divini generis propagatione conceptus et venerandi
numinis magisteriis imbutus preclaram reliquit huius operis dis
ciplinam. In nobis quia fragilis et caduca substantia est non mere
mur talibus magisteriis institui. Divinorum itaque virorum vestigia
sequemur et quicquid ab illis traditum est interpretationibus transferamus.
Sed nolo Loliane detis nostrum istis libris myriogenesis requi
ratur. Cum enim hoc opus cum favore propitii numinis me
diocritas nostra compleverit, tunc tibi aliis xii libris illi
us operis intimabo secreta. Sed nunc pedetentim descendas
sunt omnia. Aliter enim ad myriogenesim venire non possumus
nisi mens nostra aprime institutionis secreta cognoverit. Qua
itaque generaliter diximus quid habentia horoscopi stellarum
finibus faciat tu intento animo ea que dicimus accipies et assi
dua lectione memorie manda. Aliter enim fata hominis hominum
explicare non poteris nisi hec omnia tenax memoria crebra ex
ercitatione possederit.

Horoscopus in finibus saturni. Si horoscopus in finibus
saturni fuerit inventus faciet pigros semper ac tardos et al
ta taciturnitate mentis obscuros, malos, malitiosos et qui sint
ab omni bonitatis gratia separati et quorum consilia tardos habeant
semper effectus et qui omnes vario odiorum genere persequantur
et quorum ire perpetua se indignatione contineant. Et si in fini
bus saturni horoscopo constituto ipse saturnus in iisdem partibus
pariliter fuerit inventus denegabit fratres aut quicumque primi
nati fuerint misera eos morte prosternit aut infortunium perpe
tue decernit orbitatis, et semper his filiorum soboles deneget. Si
Jupiter in saturni finibus fuerit inventus idest in quibus est ho
roscopus constitutus faciet strictos, avaros, sordidos et qui in omni
vita letitie gratiam vitent, servilibus semper studiis et mori
bus implicati, et qui omnem substantiam suam ad alios donatio
nis titulo transferant. Et si mars in ipsis partibus fuerit in
ventus faciet sceleratos, crudeles et totius malitie acerbitate
possessos, et qui se variis generibus ad varios actus aut locent
semper aut vendant. Sed malitia eorum et facinus numquam poterit
abscondi, sed facinus eorum malumque propositum proprio dementia
tis ardore detegitur. Si sol in ipsis partibus fuerit inventus
faciet moribus temperatos sed ad omne malitie virus arma
tos et qui semper imperfecta ei et incompleta sua consilia derelin
quant. Si venus in ipsis partibus fuerit inventa circa venereos
coitus sordidos faciet et qui res alienas iniuda semper cupiditate de
siderent. Si Mercurius in ipsa parte fuerit inventus faciet in omnibus con

uersationibus sordidos et qui frequenter carceri et custodie
publice tradantur, et qui fenoris causa miseris distrinibus im-
plicentur. Si luna in ipsis partibus crescens fuerit uel plena lu-
minibus reddit animo et corpore. Si uero fuerit minuta luminibus
omne corporis malignis humoribus uiciat et aut ydropicos
facit aut liuido pallore deformes aut certe decernit insanias
Horoscopus in finibus Iouis. Si in finibus Iouis ho-
roscopus fuerit inuentus omnia uirtutis ac sapientie
ornamenta decernit. Et si Iupiter in ipsis finibus fuerit in-
uentus facit magnanimos sed ardore crudelitatis armatos
Si Saturnus in ipsis partibus fuerit inuentus et sit noctur-
na genitura. facit perfidos et qui numquam promissorum suorum
fidem compleant. fingentes sapientiam et ipsi se putantes esse sa-
pientes. humiles in uita et misero tristicie squalore depressos
Et si per diem in his finibus fuerit inuentus. hec omnia ex aliqua
parte mitigantur. Si Venus in his partibus fuerit inuenta fa-
ciet aptos ad omnia bonitatis officia sed in nuptiis eos numquam
prospere sequitur euentus. fuerunt benigni fructum omnium bo-
norum ex assidua felicitate capientes. Si Mercurius in his fini-
bus fuerit inuentus. facit moribus semper armatos et ab omni
malicia sepositos et qui omnia simpliciter intelligant et qui plu-
ribus uerbis deliberare uideantur. Si luna in his finibus
fuerit inuenta. omnia felicitatis ornamenta decernit et boni cor-
poris substantiam reddit et sanitatem exclusis ualitudinis ui-
tiis tribuit. Si sol in ipsis partibus fuerit inuentus hec eadem
que luna simili ratione decernit
Horoscopus in Marte. Si fuerit inuentus facit acuto
spiritu semper armatos. Si Saturnus in ipsis finibus fuerit
facit similiter acutos sed quorum ire perpetuis indignati-
onibus perseuerent. Si Iupiter in ipsis finibus fuerit. faci-
et similiter acutos sed qui omnibus omnia prestare desiderent
Si Mars in suis finibus fuerit in horoscopo inuentus et sit
diurna genitura facit ad omnia scelerum flagicia plaga cupidi-
tates furoris accedere. facit temerarios sed crebris infortuniorum
casibus implicatos et qui assidui tab laboris opere deterunt
Si uero fuerit in nocturna genitura. facit fortes. crudeles
irreligiosos. rapaces et qui res alienas uaria laceratione dis-
perdant. Si Sol in ipsis partibus fuerit inuentus facit cal-
lidos sed qui insidiis et appetantur pariter et opprimantur. Si ve-
nus in ipsis partibus fuerit inuenta adultererorum cupiditatem
semper indicat et facit hec eadem adulteria perpetrari et reddit
tales qui se ad omne genus excolant pulchritudinis ut dicantur esse

formosi et quibus fructus omnis ex uxorum affectibus conferatur
Si Mercurius in ipsis partibus fuerit inuentus faciet homi
cidas fortes et qui illicitos puerorum concubitus nefaria libi
dinum cupiditate desiderent. Sumptuosos profusos et apud
quos numquam inueniatur aliquod ueritatis indicium. ingeniosos
Lasciua semper cum ebrietate salutantes et qui sine consilio
aut disputatione sumptus suos erogare contendant. Si luna
in ipsis partibus fuerit inuenta faciet tales qui aduersarios
suos uaria ratione conspiciant et qui rursus ab ysdem aduer
sarys suis similibus rationibus conferantur. assiduis etiam operis
laboribus opprimuntur et quibus ex igni uel ex ferro acerbi do
lor uulneris inferatur. Et si diurna genitura sit et luna plena
luminibus fortem corporis substantiam reddit. Et si sit noctur
na genitura et luna sit minuta luminibus: faciet fortes et quorum
corpus idoneis sit uiribus roboratum et qui assiduis ac sempiter
nis profectionibus commotionibus transferantur Sed his semper
mors uiolenta decernitur

Horoscopus in finibus ueneris Si Horoscopus in fini
bus ueneris fuerit inuentus faciet musicos aut amatores
eorundem. bonos. benignos. beniuolos. mansuetos et qui omnibus
hominibus prodesse desiderant. Et si fuerit diurna genitura et ip
sa uenus fuerit inuenta. magnarum dignitatum decernit insignia. po
tentibus uiris aut imperatoribus amicitie merito coniungit. pros
pere etiam sobolis incrementa decernit. Si Saturnus in ipsis
finibus fuerit inuentus et sit diurna genitura osores etiam muli
erum faciet et qui coniugales execrentur affectus. Si uero fuerit
nocturna genitura. faciet impuros. impudicos. sordidos et misere
libidinis uicus implicatos et qui ad naturales coitus uenire non pos
sint sed qui contra naturam prepostere libidinis furore rapiantur
Varys consilys mutabilibusque semper errabunt et qui omnes bonos
acerbis semper odys execrentur. Si Iupiter in ipsis fuerit parti
bus inuentus: faciet teneros. libidinosos. luxuriosos sed ab omni
crudelitatis inuidia sepositos et qui ad omne officium miserationis
affectus. artificiosos. claros et qui in templis honoris consequantur
insignia. Si Mars in ipsis finibus fuerit inuentus et sit diurna
genitura: repentine turbationis decernit incomoda et uite compo
sitos ordines turbat et pro populari seditione semper insequitur
aut propter feminea uaria periculorum decernit incomoda. faciet sane
musicos organis dulcibus applicatos aut poeticis artibus deditos poeticis
aut certe sculptores uel ornatores efficiet aut mechanicos earum
artis subtile decernit incomoda faciet sane musicos ingenium. Si
uero fuerit nocturna genitura et mars in ipsis partibus fuerit inuentus dabit po

tentissime ac nobilissime mulieris nuptias ut p ipsam illi sig
nificādi diuitiarū affluentia conferatur. Sed is ex nimio te
lo sollicitudinis dolore cruciabitur. Si Sol in ipsis finibus
fuerit inuētus prospera actus assidua ratione decernit sed
ex nuptiis misere dabit dissensionis incōmoda. Lunā dabit
et potentibus viris amiciciarū merito coniungit ut potētissimo
rum uirorū prosperis cōmendationibus enitescat. Si Mer
curius in ipsis finibus fuerit inuentus faciet libidinosus et
bonitate morū semper ornatos. sapientes et qui omnibus
prodesse contendant. grammaticos. astrologos et quorū fabulē
gratia uenustatis ornētur. gratos. amabiles et totius doctrinē
splendoribus adornatos et qui multa ingenii sui potestate
progenerent oratores sed nobili affluentia sermonis ornatos
aut poetas diuini carminis splendore fulgentes quorū orationes
uel carmina posteritatis iudicio memorie pandentur. Si Lunā
in ipsis partibus fuerit inuenta faciet artificiosos et qui ad mundi
artificia semper affectent: facit sculptores sed quos operis sui
gratia cōmendet. Sed hec tum decernit si fuerit nocturna ge
nitura ex aquosis actibus vel ex negotiationibus vel ex pisca
tionibus dabit vite subsidia. sed facit ab omī societate officio se
paratos. reddit zelotipos sed bonitate mentis ornatos et quiom
ma moderatione compleant

Horoscopus in finibus Mercurii. Si horoscopus in
finibus Mercurii fuerit inuentus faciet litteratos et qui
creditos sibi actus fidelissimis officiis prosequūtur. doctos rec
to iudicio semper ornatos. Curatores uel principales ciuitatum
publicis rationibus prepositos. rationales et qui fiscales presta
tiones exigant. fideli semper officio. Si vero Mercurius in ipsis
partibus in quibus est horoscopus fuit inuētus. Astrologos ma
thematicos. haruspices. facit et qui futura omnia aliqua ratio
ne perdiscāt sed ad omnā officia virtutis ornatos et quibus ho
nor ab hominibus ex ista notitia conferatur. Si Saturnus in
ipsis finibus fuerit inuentus. faciet infelices. amaros. tacitos
et qui verborū ordinem cū quadā moderatione sermonis semp
suspendent et qui secreta fideli taciturnitate contineant. tarde
in omnibus proficientes. laborātes fortiter et qui populo malā
famam semper insinuent erunt n lune nati et quos quorum
malicia ad omnē venenī virus accedat. iras suas perpetuis indig
nationibus perseuerātes quam diu fuerint aut casu aut suo me
rito uindicanti vigilātes sufficientes moderatione necessarii et qui
omniā que futura sint ominare consueuerūt ut illis et status
future et presentia per somnia manifestis reuelationibus intimentur

sed qui consilijs suis ad omnē impetū temeritatis accedant
Si Jupiter in ipsis partibus fuerit inuētus. faciet iurisperitos
meditos ut res potentiū hominū sua intercessione dependāt
Erunt sane popularibus noti sed circa adulteria semper appli
cati ut et desiderent adulteria semper et compleant Per noctē
vero natos actores faciet. alios tabelliones sed gloriosos et bo
no testimōnio semper ornatos utiles. usque ad ultimū vite diem
huius testimonij gratia perseuerat. Si vō Mars in ipsis ꝑ
tibus fuerit inuentus et sit diurna genitura. faciet malos ma
liciosos. malignos et qui assiduis contentionibus certent: crude
les temerarios et qui nullis humanitatis rationibus mitigētur.
clamosos impudentes insano furore prepositeros et qui omnia uicio
satietatis respuant. leues et qui ab omnibus facillimis ꝑsuasio
nibus transferantur. circūscriptores carnifices qui omē facinꝰ
nephario mentis ardore concipiant. Si vero fuerit nocturna genī
tura hec omnia aliqua ex parte mitescunt. Si vero Sol in ip
sis partibus fuerit inuentus. faciet claros nobiles et qui popula
ri noticia semper ornētur et quorū nobilitas per totius ciuitatis
spacia discurrat et quos intercessionibus suis defensione populus
cognoscat Erunt sane multorū actuū officia tractantes Et si
cum sole in finibus mercurij in horosc. sicut diximꝰ ipē mercuriꝰ
fuerit inuētus Erunt tales qui omnia recti consilij ratione ꝑficī
ant et qui incorrupte sapientie gratia omnibus preferātur Si
Venus in ipsis partibus fuerit inuēta: hec facit que mercurius
in ꝑtibus veneris facere monstrauimꝰ. faciet magnos. felices. gra
tos et qui omnia facile consequātur et qui multitudini omnia q̄
uolunt populari ratione persuadeant: letos. doctos. mundos. ama
tores musice. poetas sed quorū carmina splendore nobilitatis ornētꝰ
et quibus ex alienis casibus felicitatis substātia conferatꝰ. Si vō
Luna in finibus Mercurij in horosc. fuerit inuēta et sit diurna ge
nitura. faciet artifices sed qui omnibus artificibus preferātur Si
vō nocturna genitura fuerit omniū artiū decernit officia et qui ex
excitationibus omnibus delectētꝰ. ingeniosos et qui negocia peregri
narū merciū tractēt scientes omnia et qui huc et illuc varijs ra
tionibus transferātur et qui omēs dolores cū quadam dissimlatiōe
contendant Quia horoscopi decreta partiliter diximus
Nunc explicemus quid stelle signis singulis constitute in quolibet
loco ꝑtiliter indicabo ne cū libros nostros malignus lector acceperit
aliquid nos dicat tibi inuidie stridoribus denegasse
Saturnus in ariete. Si in cuiuscumque genitura Sa
turnus in ariete fuerit inuentus. In prima etate faciet malis
et infelicibus actibus implicari et in omnibus semp īpediet sed

et cum primū circuī sui cursus saturnus impleuerit · det primos
xxx annos. paternā et maternā substātiā minuit et quicquid
ex his facultatibus acceperit aut minuet semper aut perdet et
assiduis amissionibus et dāpnis crebrequentibus fatigabit · Sed
posteaq̄ priori substātie abstulerit facultatē · processu temporis
aliam illis patrimonij substantiā conferri faciet · Erunt sane
languidi et periculosi in ebdomaticis vel ī eneaticis āpnis
incurrētes periculorū grauia discrimina et opprimētur ab his piculis
si nullo beniuole stelle · ipō tempore fuerint presidio liberati
et si ipē fuerit dominus geniture . In prima etate cum uxore dis
cordabit . dissentiet iurgijs : virginales sane nuptias vitabunt
unde · N · uxorem cito ab eo aut repentina morte aut dissidio
d. sepet · Dabit uxorem Saturnus sic positus aut viduā aut ab
alio stupratā aut que ab alio marito susceperit filios et que ma
cula turpitudinis alicuius infamet · Sed tunc decernit uxorem
cum partodicus saturnus . idest · temporalis aut luna eius de q̄
drato viderit : aut seipsum de leone uel sagittario trigonica radia
tione respexerit · Sic · N · saturnus constitutus quandoq; fuerit
sortitus uxorem ei erit morigera et usq; ad ultimū vite spatium
integro cū eo pseuerauerit affectu · Sed et filios tūc consequitur
quotiensc̄umq; eadem qua diximus Saturnus ratione fuerit in
uentus et tunc prospere suscipiet sobolem · Si in ariete Satur
no constituto Jupiter lunam aliqua radiatione respexerit · Quod
si non fuerit aut ceptam sobolem perdet aut certe nunq̄ ei decer
nitur soboles · Quod si ad arietem Saturnus fuerit reuersus ex
alio loco graue periculorum decernit exitū et fratres acerbis
inimiciciarū odijs exasperet

Saturnus in Tauro · Si i Tauro Saturnus fuerit inuē
tus · Hi qui sic habuerint ad omēs actus proprijs viribus
crescūt · Sed quicquid in prima etate acceperit minuēt et p
semetipsos magne sibi querūt substātie facultatē · Sed in pma
iuuentute varijs inequabilitatibus deprimuntur et alijs subia
cebunt et viris potentioribus necessitatis causa blandientur
Habebunt in prima etate difficilia tempora et ipsis temporib9
grauibus langoribus fatigantur et necessariorū penuria vite
patientur angustias · In prima etiam etate ex feruētiū vulne
rum exulcerationibus laborabūt et vicijs quibusdam sed mīmi
mis obligātur et magnis egritudinibus oppressi et ab his
incomodorū discriminibus liberati longe vite spacia consequūt
· Paterna eorū substātia omīs dissipabitur et nihil neq; ex pater
na uel materna substātie reliquias proprijs laborib9 recipiunt
semper · Sed sic positus Saturnus matrē facit ex amissione patri

mony paupertatis angustijs deprimi et facit ad angustias media
tatis accedere nisi stella veneris est testimoniū. Saturnus bonis
radiationibus comodans materna infelicitatis incomoda subleua
vit. Nec hoc solum veneris testimoniū sufficit si in genitura
etiam luna venerem prospera radiatione respexerit. Sane
ipsi proprijs viribus et suo merito maxima felicitatis insignia
consequuntur. Sed tamdiu infelicitatis onere deprimunt quamdiu primū
cursus sui circulum saturnus impleuerit. Pericula autē illis aut
ex causis aut ex egritudinibus aut ex peregrinationibus in
ferentur. Habebunt autē graue periculum aut viiii anno aut xiiii
anno aut xxv aut xxxii anis. Sed periculorū tempore si be
niuolarū stellarum fuerint presidio subleuati instantis exitij
crimen euadunt et accipiunt spaciū usque ad xliii uel usque ad Liii
annos. Et ipsis temporibus insidijs et dāpnis et in causis. Sed si
tempora tunc beniuole stelle habuerint periculorū tempore ab
istis omnibus periculis liberantur. Sed ante xxxii numquam eos
Saturnus ducere patietur uxores nec virgines illis uxores
dabuntur. Que si date fuerint suscipient ab his filios perditos
et alienos amoribus suis peregrinas vero aut ab alijs stupra
tas uxores feliciter sortientur. Sed tunc uxores dabuntur
cum post xxx annos Saturnus intrat in cancro aut virgine
fuerit aut in capricorno constitutus.

Saturnus in Geminis si fuerit inuentus. Prima etatē
periculis et egritudinibus quatietur et facit ab omnibus discri
minibus difficile liberari. Illa erunt periculosiora discrimina que
ebdomaticis et enneaticis annis fuerint irrogata. Habebit
vite periculosa tempora in cuiuscumque genitura Saturnus sic fuerit
inuentus usque ad xxxiii annos. Caueat autē ab egritudinibus
in annis presertim cum in huius signi quadratis lateribus satur
nus fuerit. Habebit etiam turbationes simultates et in magnis
laboribus sepe versabitur. Nihil etiam magnū nec de paterna
nec de materna substantia consequetur. Sed tam diu laboris et in
felicitatis oneribus deprimetur quamdiu saturnus cancrū libram
et arietem et eorū quadrata transiuerit. Tum vero in omnibus
proficiet cum Saturnus primam stationem in leone vel in capri
corno soluerit. Faciet etiā vicia Saturnus in geminis constitutus
et in causis certaminū decernit maximos aduersarios. Facit
etiam et citas et frequētes iacturas patrimonij et frequenter
in vita varia conflictatione iactetur: et cū ad extrema venerit
vite discrimina: postea cū in magnis negotijs facit potestates
alicuius iussione constitutus: et cū claris et potentibus viris
honoris causa versabitur. Erit sane in omnibus actibus clarus et nobilis

et assidue peregrinabitur et ad regiones varias transferetur. Sed
huic uxor virgo non dabitur. Et si testimonium Iovis virginem
forte dederit uxorem aut repudio ab ea aut mortis discrimine
dividitur. Erit sine sine filiis aut unum filium suscipiet. Sed cum
Saturnus ad signum Scorpionis accesserit: tunc et felix et glo-
riosus et pecuniosus erit sed et tunc viduam sortietur uxorem
cum qua sine aliquo dissensionis iurgio usque ad diem ultimum
perseverabit. Multe etiam res ei credentur et multos rogabit et
multas cum viris potentioribus habebit simultates et ex ipsis simul
tatibus periclitabitur nisi Iovis stella bene tunc in genitura currens
periculorum istorum discrimina mitigaret. Erunt enim qui sic habuerint
Saturnum magnis ac potentibus viris contrarii. Inferiorum sibi presidia
semper applicantes et frequenter erunt in libera custodia constitu
ti. Nutrient capillos propter amicitie alicuius incomodum vel propter
infortunium mortis aut dampni alicuius miseri tormenta. Sed cum variis
periculorum discriminibus quassati fuerint tunc prospere felicitatis
sublevantur augmento et et laudem et patrimonia consequantur et ut
hereditas ei repentina proveniat. Tunc enim divitias et maximorum
fundamentorum dominia consequentur.

Saturnus in cancro si fuerit inventus In seditionibus in
causis in multis contrariationibus implicabuntur et quicquid a
patre vel a matre fuerint consecuti: misera laceratione semper amit
tunt. Sed suis viribus et sua virtute maximam substantiam con
sequentur. Et talis eorum erit vita ut et querant semper et per
dant. Sed pericula ex turbatione aliqua aut ex egritudinibus habebit.
Sed in ebdomaticis et enneaticis annis quamdiu xxiii etatis anni
transierint. Usque ad hanc enim etatem maximis periculis fatigabuntur.
Et si periculorum tempore benivole stelle habuerint temporum domina
tum vel lunam prospera radiatione respexerit vel si benivola stel
la fuerit genture domina et bene sit collocata vehementium periculorum
discrimina mitigatur. Et si tempore periculorum sicut diximus a be
nivolis stellis genitura sit adiuta: erunt amissiones parentum aut
fratrum aut ex causarum conflictatibus aut ex dampnis. Sed ipse ex
omnibus periculis liberabitur. Sed cum in domibus suis Saturnus fuerit
tunc dampna: tunc tempestates: tunc pericula: tunc egritudines: tunc
causas assidua radiatione decernit. Sed in diametris domorum suarum
si fuerit inventus hec eadem simili ratione decernit. In geminis vero
cum fuerit exagitabit eos et repentinis sollicitudinibus et periculis
implicabit: tunc enim et infortunia indicat et tam diu malorum istorum
continuatione quassabit quamdiu cancri transierit signum. Cum enim
in tropica cancri venerit partem Saturnus tunc iacturam patrimonii
faciet et in tantis angustiis constituet ut eos humanitas aliena os

sistentet: tunc turbe: tunc seditiones: tunc erunt varia vite di
scrimina. Sed cum tropicas partes cancri Saturnus transierit p
cedentia mala leniter sopiuntur ut et a sollicitudinibus et a periculis
his separentur sed et numquam prima perseveraverit uxor nec aliquando eos
in primis contractibus prosper sequitur eventus. In prima vi
ta inferioribus mulieribus aut degeneribus quolibet genere copu
lantur. Sed has easdem postea constanti iudicio mentis excludunt.
Si in hoc signo Saturnus positus aut secundum habuerit lu
nam aut eam forti radiatione resperexit filios denegabit et erunt
aliqua coloris feditate deformes nigri fellis abundantia colorati
et a nigro felle assidue contrahentes incomoda despereibuntur sane
in egritudinibus et post egritudines difficile convalescunt. Erunt
animo simplices. humani. misericordes. alienas angustias suble
vantes suscipientes aliena patrimonia ab his habentes vite subsidia
Erunt etiam alienorum filiorum patres. habebunt absconsa vitia et
tali erunt prediti dignitate ut et fratrum suorum domini esse videantur.
Erunt sane locupletes ac pecuniosi multis ac potentibus viris noti
tardi in omnibus actibus et qui nolint cito publicis occupationibus
applicari ab omni servitio separati et honestis ac divitiis ac splendo
ribus adornati vitam suam prosperis semper rationibus negant.
Saturnus in Leone. Quicumque in genitura Saturnum
in Leone habuerint assidua pulsabuntur invidia. In primis e
tatis annis vires habebunt interdum claris et religiosis artibus
destinati et ex ipsis actibus maxima consequentur insignia et maxi
me felicitatis ornamenta percipiunt. Interdum ex his actibus separati erunt
cum etiam ab omni administratione vacui sed a parentibus aut
nihil accipiunt aut si quid acceperint perdunt. Sed in prima etate
et in iuventute erunt languidi periculosi et multis occupationibus
implicati. Corporis etiam quedam tormenta patientur et extremo
rum corporum fatigabuntur doloribus. habebunt autem latentia vitia
aut latentes dolores. Virgines vero uxores ducere numquam poterunt
quas violenter si consecuti fuerint ab isdem quovis genere separantur.
uxores scetur prodent que aliquando susceperint filios. Et quan
diu primum cursus sui circulum Saturnus impleverit neque nuptias ne
que patrimonium neque gloriam consequentur. Nam quicquid ante hoc
tempus consecuti fuerint amittunt. Et in hoc signo Saturnus positus
duarum nuptias decernit uxorum. Nam et ultra hunc numerum quasdam
que aliqua consuetudinis ratione cognoverit aut proiciunt semper aut
efferunt. Sed habebunt dolores ex casibus filiorum et nisi luna aut
cum ipso fuerit aut ad ipsum feratur filios difficile consequentur. Sed et
quotiens Saturnus tropica signa fuerit ingressus: tunc decernit inco
moda. Sed et in piscibus et in geminis cum circuitiens venerit hec ea

dem decernit que in tropicis. In ceteris vero signis maximis
utilitatibus proderit tunc enī in cetera etiā decernit glorie in
signa. Sane in negotiis et actibus et in omnī vita assidua ra
tione mutat͛ navigabūt fluvios grandes et maria et per
deserta loca iter facient et quicquid parentes nūq͛ ausi sꝰ
facere ipsi facillimis rationibus complent. Habebunt etiam
plurimos fratres aut ex alio patre aut ex alia matre sed erunt
ab omni affinitate meliores potentissime dignitatis gratia sub
levati erunt sane cordatissimi. peregrinorum inimici: iracundi
boni. benivoli. docti et qui incorrupta fide de omnibus contra
etibus servient. boni consilii. integri et incorrupti animi. inimi
corū amici et qui omnīa validissimis viribus contineant. Habe
bunt sane in quadam parte corporis cicatricem et sustinebūt assi
due iacturas dignitatū ut frequēter et ex alto dignitatis gra
du aliquo humilitatis deiectione labūtur fuerīt fuīt ingressus
in que .N. diximus pericula decerne͛. Habebunt sane substā
tiam ex aliena sibi largitione collatam sed tantā ut aliorum
possint angustias sublevare. Erunt liberorū defensores. Labo
rantibus hominibus semper patrocinia comodātes. Sed cū hec
omnīa fuerint assecuti longevi morientur et anima eorū ad ce
lum diis applicata transibit. Saturnus .N. in leone positus
animas eorum qui sic se habuerint in terra in numeris an
gustiis liberatas ad celū et ad originis sue primordia revocat
Saturnus in Virgine. Quicumq; in genitura Satur
nū in virgine habuerit In prima etate egritudinis et vite
patientur incomoda. Sed tunc malis fortioribus implicat͛ cū ad
capricornū vel ad taurū Saturnus transitū fecerit vel cū dupli
cia signa fuerit ingressus. In his .N. signis. turbationes dāna
sollicitudines dolores et periculorū repentina decernit extra
Per cetera vero signa pergens. bonos actus. bonas occupatiōes
et bone felicitatis decernit ornatū ut ex his actibus et patri
monii augmentū et gloriam consequātur aut certe de incomo
ditatibus et laboribus et periculis requiē consequat͛. letū et
gloriosum habebitur id tempus. Sed si in genitura Saturnus
in virgine vel ad virginis venerit signū nullam his poterit
decernere felicitatem. Sane plus habebūt ex suis viribus
q̄ ex parentū facultatibus et erunt nunc humiles nūc suble
vati. De locis et de negotiis assiduis rationibus transferētur
et quicquid primū ab eis quesitū fuerit miseris ac profusis
lacerationibus dissipatur et cum omnis substātie facultas dis
sipata fuīt rursus aliam facultatis substātiā consequūt͛ sed et ipā
pari rursus ratione dilapidant nec aliqū q̄situ͞ poterūt possidere

patrimonium Erunt sane circa mulieres in prima etate semper
instabiles Sed et mulieres illis in prima etate erunt legibus
sortiti uxores neque consentient cum ipsis neque per ipsas utilita
tis aliqua comoda consequentur. Sed nec uirgines sortientur uxo
res sed aut ab alijs stupratas ducunt aut que iam susceperint
filios Et si virgines aliquo casu uxores sortiti fuerint velociter
ab eorum consortio separantur Sed nec unius femine habebunt noticiam
miscentur sane ignobilibus et abiectis et assiduo diligentur semper
affectu Erunt sane cordati doctrina ac doctrina pleni · multis oc
cupationibus dediti et multa appetentes et ex his quecumque allec
ti erunt patrimonij sui substantiam dissipabunt et pro alijs dampna as
sidua sustinebunt et in his ipsis erunt captiosa falsitate fallentes
Erunt etiam parati ac proiecti ad pericula In publicis constituti
locis erunt popularibus studijs implicati nationibus et omnibus in
timati .dolebunt ex infortunijs filiorum et dissipabunt patrimonium
cum in cardine geniture vel cum in necessarijs locis saturnus fuerit
inventus Quidam affines suos sortientur uxores · Habebunt vicia
et in necessarijs corporis locis dolores Et si ipse dominus tem
porum fuerit sibi ceterisque stellis diuident tempora Erunt in solitu
dinibus in iniurijs ex peregrinationibus sine causa peregrinatio
nis sustinent incomoda et in talibus erunt periculis ut ad multos
discrimen accedat Quidam uero ex altis locis aut ex precipicijs
habebunt pericula · aut ex bestijs aut ex quadrupede aut ex aqua
et sic ante oculos suos mortis videbunt pericula posita ut tunc se pu
tent iterum renatos Venient ad conspectum magnorum ac potentum
virorum et cum apud ipsos fuerint appetiti ab eorum invidia liberantur
et cum ab his omnibus fuerint periculis liberati felicitatis gaudijs
sublevantur Erunt sane contentiosi et qui numquam possunt pudoris
buerint homines erunt acuti sensus ingeniosi sagaces
sed semp[er] in malum p[ro]ni et qui facundiam et industriam sua[m]
ad lites et iniuria[s] dissensiones atq[ue] discordias semp[er]
accomodent. Sed t[ame]n s[ecundu]m genituram t[er]ciu[m] Saturnus infert
tu[n]c damna et detrimenta tu[n]c calamitates et inopie
detriment[a] et hec p[ro]p[ri]e in ebdomatici[s] vel enneaticis
annis in quibus ad tanta aliquis veniet rer[um] inopiam
ut ab aliis rogare minima vite subsidia miserabiliter po-
In Cancro Mercurius si fuerit in ortu et stulare
Hominesque sub eu[m] habuerint homines erunt tristes so-
liciti anxii ac in multis quotidie cogitacionibus versa-
tes nasuti t[ame]n erunt astuti callidi cautelosi ac dolor[um]
et insidiar[um] pleni quibus falso alios impugnare ac supe-
rare conentur. Erunt q[uoque] malor[um] op[er]um ex quibus in magna
sepius calamitates ac detrimenta p[er]veniant. Sed t[ame]n s[ecundu]m geni-
turam t[er]cium Saturnus infert depositis malis moribus

dolosisque operibus in meliorem vitam convertet ac prosperis
aliquatenus per fortune decreto gaudebunt

In Leone Mercurius si fuerit impeditus et minus sic eum
habuerit Milites erunt rei que militari potissimum operam
dantes bella diligent et prelia in quibus maiorem valle-
bunt unde sibi decus et gloriam in maiora etiam utilita-
te consequentur Erunt quoque adeo victorie cupidi ut sepius pro
equitatem et iniuria illa tenent violenter de manibus hostium
accipere Sed cum secundum genitune figurarum statum tetigerit in no-
nullos decurrent dolores et labores unde maiora pa-
tiant vite incommoda et impedimenta et maiora si Mercurius
malivolorum fuerit radiis impeditus

In Virgine Mercurius si fuerit impeditus et minus sic
eum habuerit Fortes erunt industrii sagaces equo-
rum nutritores accipitrum falconum ceterarumque avi-
um que ad aucupia pertinent similiter et canum molossorum ve-
natorum et qui sunt ad venationes accommodati homines quoque
ac milites tenebunt omniaque munimenta que ad mili-
tiam pertinent ac plurimum equestri iaculatione delecta-
buntur Sed cum secundum genitune figurarum statum tetigerit tunc
in aliquas molestias animique perturbationes cadent
ex quibus sine detrimento vix se poterunt expedire

In Libra Mercurius si fuerit impeditus et minus sic
eum habuerit Boni erunt oratores supputatores
arismetrici geometre ac divine matheseos optimi
speculatores Erunt quoque illos qui se in libris ac
lectionibus versentur omnium quoque scientiarum reconditasque
investigent et hac de causa multis notis erunt et a multis
amati et venerati a quibus plurima recipient facul-
tatis augmenta et maiora si Mercurius sic constitutus
prospera et radiacione respexerit Sed cum secundum genitune
figurarum statum tetigerit in rebus quibusdam condicionis sibi
ipsi in aliquos incident labores

In Capricorno Mercurius si fuerit impeditus et minus
sic eum habuerit Homines erunt satis pulchri acce-
ptique sibi corpore bene apparere et qui ornatis vesti-
bus delectentur sibi moratis honesti et liberales Sed qui
proprie timeantur a multis et assiduis gaudeant acquisi-
tionibus et hoc proprie cum secundum genitune figurarum statum
attigerit tunc enim cum viris potentibus sociati aliqua bo-
norum ac facultatum emolumenta consequentur Sed cum
hoc tempore nonnullis laboribus et sollicitudinibus impediti
assidue fatigabuntur

In Sagittario Mercurius si fuerit in electione quicunque
sic eum habuerit mali homines erunt intelligatores
homines semper ad dissensiones et discordias parati et qui
armis armorumque cum instrumentis ut plurimum delectentur
nec leges nec iura servant sed in dolis eorumque ministris
semper infesti et hoc precipue cum per genituram tempore Sa-
turnus tenuerit similiter ♀ adversus eius vel contra fide depressus
fiat nam hoc tempore non adeo mali erunt licet sint mali et
ceteris associati unde peiores efficiuntur.
In Capricorno Mercurius si fuerit in electione quicunque sic
eum habuerit pauperes erunt debiles ignobiles omnibus
facultatibus denudati valitudinarii membris viciati
ac longis laboribus vite et impedimentis omnine fatigati
et maxime si Mercurius nulla benevola stella prospera
radiacione respexerit sed cum per genituram tempore Saturnus
tenuerit ♀ et ♃ aut ☉ prosperis radiis aliquis de tantis
calamitatibus aliquantulum sublevatus vix pauca queri-
tabit et exigua vite subsidia quibus ad mortem usque
miserabiliter vivat
In Aquario Mercurius si fuerit in electione quicunque
sic eum habuerit homines erunt astronomi augures
sortilegi magici supputatores sompniorum interpretes
et qui divino quodam furore perciti gentibus futura predicant
unde sibi et nomen aliquod in populo et multa sua vite
subsidia consequantur. Erunt etiam qui semper rerum occul-
tarum thezaurorum metallorum ac ceterorum absconditorum
investigationi laborent. Sed cum secundum genituram tempore Sa-
turnus tenuerit hos rebus maioribus occupati in aliqua vi-
te impedimenta decerneret
In Piscibus Mercurius si fuerit in electione quicunque
sic eum habuerit homines erunt pulchri acuti in-
telligentes legum iudiciorumque equissimi cultores
venusti aspectu corpore membrisque bene compositi ornati
tis vestimentis plurimum gaudentes facundi dissertique in
multis studiis eruditi. Carique de causa ab omnibus ho-
norati a quibus multa conquirant subsidia facul-
tatum et maxime si ♀ sic positum prospera et radi-
acione respexerit. Sed cum secundum genituram tempore Sa-
turnus tenuerit tunc aliquibus perturbationibus occupati in
incommoda venient vite impedimenta. Nonum
Lune decreta per singula zodiaci signa Capitulum
Luna in Ariete si fuerit in electione quicunque

sic eam habuerit Reges erunt aut principes di-
uites opulentique magne fame, summeque potentie for-
mosi venusti membrorumque ac toto corpore completi, fortes
audaces et ab omnibus formidati. Eruntque tales qui suo
ingenio multa conquirant honorum insignia et ex humili
etiam loco ad altum ascendant, condiciones conditum et hec pre-
cipue tunc per orbem suum saturnus compleverit, nam circa hec
tempus in multis adversitatibus et laboribus constituti in ma-
xima devenient impedimenta
In Thauro Luna si fuerit iuncta Mercurioque sic
eam habuerit Nobiles simul ac principes erunt
amplique nominis multeque fame, venusti aspectus moribusque
compositorum et qui negotia sua modesto semper consilio
ad finem usque perducant, tranquilli quieti, alacres bo-
ne complexionis et qui a populo maiore diligantur. Et pre-
cipue si ☽ sic posita est aut quod prosperam radiationem re-
ceperit, sed tunc secundum geniture thema saturnus transie-
rit in conventionis maiore seu hebdomaticis annis
aliquibus adversitatibus implicati maiora incurret vite impedimenta
In Geminis Luna si fuerit iuncta Mercurioque meta
sic eam habuerit Pauperes erunt miseri et infeli-
ces, fedi aspectu corpore viciati, resque suas atque ne-
gotia sine ullo consilio ac moderatione tractantes, un-
de sibi et decernis pariat et multa sepenumero de-
meta facultatem. Erunt hii quoque viles abiecti rusticorum
morum fedi sordidique vestitu, angusti vite et in omnibus
penitus despecti sed boni tamen sensus acuti ingenii et
ad omnia si voluerint acta satis industres et hec pri-
cipue tunc secundum geniture thema saturnus compleverit, nam
circa hoc tempore melioribus negotiis occupati satis
iucundiorem vitam aget
In Cancro Luna si fuerit iuncta Mercurioque
sic eam habuerit Reges erunt et principes ma-
gni alti quoque nominis bone fame, elati gradus et ample
dignitatis, potentes divites locupletes, et quibus multi
libenter obediant. Erunt hii quoque pulcri aspectus venuste
faciei procerique corporis et amabilis ac in quadam
benivolentia metuendi, sed tunc per suam geniture thema
saturnus transierit irascibiles aliquantulum efficientur et asperi
duri et severi et qui sepenumero in alios sevient non
nulla incurrat vite impedimenta, sed tempore illo exacto
iterum pii et iusti effecti maiora consequentur honorum insignia

In Leone Luna si fuerit inventa. Quicumque sic eam habuerit, Reges erunt seu ac purpureo pulchro honorum stemmate decorati, divites, opulenti et locupletes. Sed interdum quodam superbie spiritu elati, quo fiet ut multa in subditos sevitia et crudelitate utantur. Unde populorum in se animos intolerabili quadam seditione concitant, ut ea de causa illos despiciant, cuiusque nolint imperio obedire. Quare advertendum, cum primi geniture trigonum Saturnus transierit, ad meliorem vite institutionem convertentur, et populorum ad se animos alliciant. Sed tandem ad priores artes redeuntes miseram ac despectam vitam agent.

In Virgine Luna si fuerit inventa, quicumque sic eam habuerit, homines erunt tristes, soliciti, animi multarum cogitationum varijs quam distinctio querentes quo pacto sibi possit vite alimenta comparare. Erunt tamen boni intellectus, acuti ingenij et multarum artium exercitatione compositi. Sed ob malam fortunam suam nescio semper lucrationum defensores, atque cantibus et fabulationibus inventis defiguntur, ut inde victum sibi queritare possit. Sed cum secundum geniture trigonum Saturnus transierit, fueritque Mercurius et Luna benivolarum stellarum radiatione muniti, meliorum fatorum decreto vitam suam instaurabunt.

In Libra Luna si fuerit inventa, quicumque sic eam habuerit, nobiles erunt et urbium primates, divites, locupletes ac potentes. Sed quia relictis omnibus negotijs sunt inertes et otiosi, ad animi tamen relaxationem convertantur ludis, ioculatoribus, cantibus, choreis ac huiuscemodi voluptatibus semper indulgent, mulieribus impudicis et meretricibus utantur, eaque de causa et honoris et fame ac etiam facultatum suarum dispendia patiantur. Sed cum primum geniture trigonum Saturnus transierit, multis adversitatibus occupati in magnos labores, angustias et solitudines deveniant, ita ut priorem vite institutionem etiam coacti relinquere compellantur.

In Scorpione Luna si fuerit inventa, quicumque sic eam habuerit, homines erunt mali, asperi, crudeles, et qui multis anxietatibus, doloribus et angustijs fatigentur, ignorantes, rerum humanarum expertes, crasso ingenio, et qui propter ignorantiam suam in multos sepius deducantur errores, unde sibi et suis magna quoque detrimenta preparant. Sed cum primum geniture trigonum Saturnus transierit, aliquantulum sublevati et rerum experientia docti miseram invenient vite subsidia. Funemeatis et hebdomaticis annis talia parient.

calamitatis incommoda ut mortem sepius in adversitatibus
constituti afflicto corde desideret
In Sagittario Luna si fuerit inventa. Quicunque sub
eam habuerit Reges erunt ac principes seu ci-
vitatum senatores, divites, potentes, locupletes, boni
sensus, optimique consilii, atque iudicii, legum et iusticie ama-
tores, sed lucra cupientes, inertes, pigri, ociosi et qui
de rebus aut ipsis suis nullam penitus curam habeant
Erunt hii quoque nullius cogitacionis sine districcione et in suis
propriis negociis, unde in maxima quoque vite impedi-
menta deveniant. Quod si primum geniture eorum Saturnus
conspexerit, tunc dampna multa tunc detrimenta tunc adversi-
tates et penam rerum suarum cogitacionum pariet tunc de-
nique in summas quasdam calamitates incurret.
In Capricorno Luna si fuerit inventa. Quicunque sub
eam habuerit Nobiles erunt divites et potentes
alti nominis magnique existimacionis et fame, formosi ve-
nusti decori ac omnibus membris et toto corpore delectabiles
quadam proporcione composita ornatis vestibus delicatoque appara-
tu gaudent eaque de causa a multis diliguntur a plerisque
eciam venerantur et proprie si sic posita prospera
radiacione respexerit. Hoc autem eo potissimum tempore deve-
niet quo primum geniture eorum Saturnus conspexerit. Verum an-
te tempus aliquibus laboribus ac perturbacionibus impediti in
maximas incidet angustias a quibus tamen deinde libera-
In Aquario Luna si fuerit inventa ………… buntur
Quicunque sub eam habuerit Hores erunt vagi
profugi extorres et qui fugitivos ut plurimum sequantur
nunquam quiescentes sed in continuo semper motu constituti. Erunt
hii quoque aucupiis et venacionibus dediti ex quibus tamen nulla aut
tamen modica utilitate percipiant eaque proprie res acce-
ptabunt ex quibus nullum penitus emolumentum consequi pos-
sint in hebdomaticis eo ut climactericis annis maiora
etiam vite impedimenta pariet. Sed cum secundum geniture
eorum Saturnus conspexerit tunc ex mulieribus sive uxorum
causa aliqua poterunt vite commoda recipere atque
in aliquo loco quiescere
In Piscibus si fuerit inventa. Quicunque sub eam
habuerit Humiles erunt et abiecti pauperes de-
specti vestibus et pannis obsiti ac pedibus servi-
les, ociosi, inertes, nullarum cogitacionum, venatores
tamen aucupes et lusores, et qui huiusmodi sunt semper

voluptatibus implicati. Sed hec erit precipue tunc scilicet in genitura cum horoscopum Saturnus tenuerit. nam cum hec tempora meliori fortasse decreto gaudebunt. Hec sunt Mavorti decreta in singulis stellarum in quibuscumque signis decreta que si in morem comparata sano mentis iudicio examinaveris indubitabiliter naturam humanorum fatorum poteris explicare. Iam sciatur quid singule stelle in suis et alienis finibus decernant dicendum est.

Planetarum decreta in aliorum finibus et primo Saturni. Cap[itulum].

Saturnus si in domo vel decano suo fuerit in medio celi et fuerit natiuitas diurna horoscopo. faciet nobilium semper virorum ac regum et purpura amicitia sequentes tunc eiusque assidua comercia ac consuetudines cum suis consensimus. Quod si sic constitutus in horoscopo fuerit in medio eiusque locus locus fortune patri sit societate coniunctus maiestatem decernit sibi facultatem. Si vero nocturna fuerit genitura laborum egritudinem que multitudine prebet. **Saturnus si in domo** vel decano Iovis fuerit in medio et sit diurna genitura statum felicem sibi copia honorum que multitudine decernit. Tunc et proprie filios amittunt. uxores diligunt nobilium que virorum societates archanaque consilia inuenit vnde sibi honorabile nomen famamque conquirunt. Si vero nocturna fuerit genitura discordes tunc nobilibus viris que priuatibus inimicias contentiones que decernit. luctuosa que pro in-
Saturnus si in domo vel decano **Martis** certum in medio celi fuerit in medio tam in diurna quam in nocturna genitura homines facit asperos. crudeles. seueros. et qui nulla unquam pietatis seu misericordie inclinatione moueantur. graues que iracundos et nihil tam in factis suis quam alienis sapientis cogitates. difficiles quidem intrabiles superbos et insolentes sed qui semper sibi principum et militum precipue societas amicas multitudines comparant.
Saturnus si in domo vel decano **Solis** fuerit in medio celi et sit diurna genitura patri completos honores diuicias que decernit. tum memorabile nomen optima que fama que etiam patri earum in posteros extendatur. egritudinibus tamen languidis laborabunt. et biothanati fortasse morientur. et maiorem si in eodem loco **Mars** fuerit societate coniunctus. Si vero nocturna fuerit genitura maximum quidem utriusque detrimentum et damnum decernit quoque infamiam que decernit
Saturnus si in domo vel decano **Veneris** fuerit in medio in utraque genitura. homines efficiet quorum

fides erit exigua nullus amor coniugii nec proprie
uxoris benevolentia sed aut servam aut meretricem
vel pauperem et obscuro loco natam ducet uxorem, nullaque
ex illis feminarum gratia impedimenta contiget multisque co-
gitacionibus ac solicitudinibus uretur et filii forte [illegible] mor-
bo gravabuntur quo per omnem vitam gravati misera-
tandem morte peribunt. Saturnus si in domo vel decano
Mercurii fuerit inventus in utraque etiam genitura homines
faciet occultarum scientiarum investigatores solicitos sapi-
entes cantores facundos eloquentes sed graviter loque-
les et forte impedite lingue et qui sepenumero ex studi-
orum suorum multiplici gravitate impediantur in multasque
nonnunquam consuetudines incidant et difficiles et periculo-
sas. Erunt hii quoque animo malo et stomachoso vani me-
daces et qui multa invidia fatigentur.

Saturnus si in domo vel decano Lune fuerit inventus
tam in diurna quam in nocturna genitura mediis substantiam
perdet eiusque honore famam que demonstrabit homines
que faciet melancolicos aut frigidis consuetudinibus
laborantes, varios que in membrorum dolores sepissime
pacientes et qui ad tantam quoque deveniant paupertatem
ut cibis vite subsidiis destituti publice etiam rogent
hospitum mendicare ac consuetudinum suarum miserabilia
querentes alimenta

Jovis decreta in aliorum planetarum finibus Capitulum undecimum

Jupiter si in domo vel decano suo fuerit inventus
et sit diurna genitura homines facit fortunatos di-
vites honoratos et quibus maxima conferantur hono-
ris insignia et hoc si nulla eum malivola stella
minaci radiatione respexerit, faciet quoque purpuribus
ornatos et doctos, et qui apud eos aliquo magi-
stratus honore proferantur. Si vero fuerit nocturna geni-
tura aliquid ex hoc felici decreto diminuit, facit
quoque eos ex causa nonnullis laboribus fatigari.

Jupiter si in domo vel decano Saturni fuerit in-
ventus tam in diurna quam nocturna genitura
homines divites facit et locupletes sed que nulla
penitus honoris aut novi alicuius insignia [illegible]
suo etiam illos efficiet qui cum multam substantiam possideant
pauperes tamen se esse dissimulent nullam famam intendent
nec laudem, sed tamen [illegible] pre conditionem. Erunt autem
angusto corde et ad lucrum avido cum gratia nec labores

nec turpia etiam facinora reputet unde sepius mala consequantur
Jupiter si in domo vel decano Martis fuerit inventus in
utraque genitura ductores faciet exercituum magnosque
milites, precipue si in cardinibus vel eorum anaphoris
fuerit constitutus et in signis masculinis arietque astrono-
mos et qui stellarum cursus explorent cum regum
ad aliqua nominum dignitatum insignia conferant.
Et maxime si fuerit constitutum Sol aut Luna in geni-
ture cardinibus collocatis eos benevola radiacione re-
spexerit suoque decore firmaverit
Jupiter si in domo vel decano Solis fuerit inventus
et sit diurna genitura homines faciet sapientes
boni ingenii, principibus et populo gratos et qui sapientia
et probitate sua multa rei publice conferant emolumenta
Quod si Jovi societate coniunctus in geniture cardinibus
vel eorum anaphoris fuerit collocatus reges fortas-
se reddet qui regia potestate decoratus vel ipsi reges
sint vel regum vel principum consiliarii. Si vero nocturna fuerit
genitura aliquid ex hac felicitate minuit.
Jupiter si in domo vel decano Veneris fuerit inve-
ntus et sit diurna genitura homines faciet in principum
domibus honoratos, et qui aut eorum consilia protra-
ctet aut census exigat ex quibus maxima sibi com-
parent emolumenta. Hii quoque nobilium feminarum con-
suetudine utentur et forte furtiva venerem cum
eis agitabunt unde sibi gloriam et honoris insi-
gnia nectunt et largissima facultatum subsidia conferantur.
Si vero nocturna fuerit genitura fidei religionis gratia
non mediocrem dabunt utilitatem
Jupiter si in domo vel decano Mercurii fuerit in-
ventus in utraque genitura homines facit boni sensus
et intellectus, negociatores fideles et cautos et
qui apud omnes bona existimatione ac benivolentia con-
sequantur, divites quoque ac locupletes supputatores
arismethicos et qui in communem utilitatem non sine
magno honore suo ac emolumento ingenii vires
exerceat et forte propter hoc civitatum moderaciones
aliqua sortientur quibus mira equalitate dispensent
Jupiter si in domo vel decano Lune fuerit inventus et sit
diurna genitura homines faciet fortunatos atque fe-
lices et qui semper regum ac principum consortio invigi-
lent. Et precipue si ambo hii radiacione coniuncti in genitura

tardibus vel eorum anaphoricis fuerit collocatus, eos enim
tales efficiet qui magnis semper honorum cumulis ex-
tollat. Si vero nocturna fuerit genitura, pro principum aut
regum consuetudines, sed felice propter plorum annua decernit.

Martis decreta in aliorum planetarum finibus.

Mars in domo vel decano suo si **Cap. duodecimum**
fuerit inventus tam in diurna quam in nocturna genitura
homines faciet superbos, audaces, feros, iracundos et qui
omnibus que sui conceptus studeat ad finem usque dedu-
cere. Hi tamen paterni substantiam dissipabunt, hac que de
causa maiores fortasse filios amittet. Erunt que se-
veres temerarii impetuosi, et nullo penitus pietatis aut re-
ligionis munere decorati sed propria quadam temeritatis pre li-
Mars si in domo vel decano **Saturni** fuerit , tenia furiosi
inventus tam in diurna quam nocturna genitura homines
faciet pulcros, celeres cursuque agiles, et ad omnia opera
sua tam faciles quam industrios, melancolicos, et
rerum occultarum inquisitores, ut thesaurorum, sepulcrorum,
aurique et argenti absconditi que metallis et denique rerum
que a communi hominum consuetudine sunt aliene. Eorum
in mores filios fatali siderum decreto substantiam suam destruet
Mars si in domo vel decano **Iovis** fuerit inventus in utraque
sorte genitura homines faciet nobiles, magnos, elatos,
intimaque regum ac principum societate benivolentiaque
coniunctos maximaque ab eis non solum honorum insignia sed
vite etiam subsidia consequentes. Quod si **Iupiter** in **Martis**
domo fuerit inventus constitutus aut eum beniuola radiatione
respexerit nobiles faciet exercitum militesque militie
ductores, unde sibi maximum nomen et gloriam consequatur
Mars si in domo vel decano **Solis** fuerit inventus tam
in diurna quam in nocturna genitura homines faciet superbos
destruentes parentes que substantiam perdentes, honoraque ac famam sua
penitus dissipantes, quicunque ut vitam ducant servilem
quampiam artem exercebunt habebunt hi in oculis et sto-
macho egritudinem continuam qua forte vel subita vel biotha-
nata morte moriuntur. Quod si **Saturnus** quoque in eodem
loco fuerit inventus hec omnia stabiliori decreto firmabit
Mars si in domo vel decano **Veneris** fuerit inventus
in utraque sorte genitura homines faciet libidinosos
incestos, stupratores, adulteros et qui vel cogna-
tas violent feminas vel eius nutricem insequentes
alienas sequantur uxores sed tales tamen propter mulierum

suarum crudelem interitum viderint aut meretrices inguales
sibi connubio copulabunt aut ferro vel igni caden(t)
seu aliqua percussione mortis per diversos sublati biothana-
Mars si in domo vel decano Mer- ... sic moverent-
curii fuerit inventus in utraque etiam genitura homines
faciet sensatos, callidos, astutos, et qui sua callidi-
tate socios surripientes dolis et insidiis multa lucren-
tur. Erunt tamen bone cogitacionis et industrius diuque labo-
rabunt et arte et ingenio ut quocumque modo possint ali-
quid sibi honoris et facultatis acquirant quod et licet
dolose ut plurimum ac furtive, secundum tamen vota sua consequen-
tur. Eruntque in omnibus operibus suis et negociis completi
Mars si in domo vel decano Lune fuerit inventus
tam in diurna quam in nocturna genitura homines
faciet leves, temerarios, in malis et omnibus au-
daces sed intelligentes, sensatos, et rerum profundarum et
absconditarum inquisitores ex quibus sibi facultates
acquirant. Erunt tamen in operibus et victu suo debiles
ideo quod substantiam dissipabunt, multa incomoda morbos-
que patientur, non multum divites erunt, sed aliquotiens
biothanata morte desinent, ac subita nece peribunt
Solis decreta in aliorum planetarum signis. Capitulum tredecimum
Sol si in domo vel decano suo fuerit
inventus et sit diurna genitura, reges faciet divites
magnos et fortes, et qui ab alienis magnas opes
gloriamque conquirant, et maiore si sit constitutus in ge-
niture cardinibus vel eorum anaphoris fuerit collo-
catus. Si vero nocturna fuerit genitura prius terrestria
subita que decurrunt iterum, homines tamen facit sepius peregri-
nantes, qui tamen in suis peregrinationibus commoda et utili-
Sol si in domo vel decano Saturni tate consequantur
fuerit inventus et sit diurna genitura, homines faciet
alti cordis, profunde cogitacionis et qui res magnas et
occultas sagaci semper inquisicione perquirant, Eruntque in omnibus
operibus suis stabiles erunt alti consilii nec umquam
ab inceptis desistet quo ad optatum finem consequatur
Si vero nocturna fuerit genitura, hec omnia laboriosa facto
decurrunt, homines que in operibus suis reddunt instabiles
Sol si in domo vel decano Iovis fuerit inventus in utraque
genitura, homines faciet mansuetos, fideles et in genere
suo maiores et digniores, sed qui non multum operibus
ac lucris invigilet, et maiore si in eodem loco Lune quoque fuerit
pari societate coniuncta. Erunt etiam homines magis libidino-
si et qui coniugatorum suorum uxores affectet, nec etiam

turpe exprimet cum ipsa muliere seu non extra coitum in
mulierem quia genitura eadem libido determinatur
Sol si in domo vel decano Martis fuerit inventus et sit
diurna genitura epatis dolorem et plagas decernit egritu-
dines ex quibus modo ipsa timeatur prout quia facit
bigthamathie interire et maxime si in Scorpione illo
fuerit radiorum societas. homines tamen facit satis divites et
opulentos operosos quia et in negotiis suis completos
Si vero nocturna fuerit genitura omnia predicta mala mi-
nuentur. nec tam crudo decreto seuibunt
Sol si in domo vel decano Veneris fuerit inventus tam
in diurna quam nocturna genitura homines faciet divinos
sortilegos astronomos sompniorum expositores et qui
celesti quodam misterio futura premittet rerum occultarum
inquisitores. verecundos bonos fideles et qui variis
itineribus ac peregrinationibus delectentur. Erunt tamen aliqui
tamen irascibiles ac colerici et humidis adeo qualitatibus
laborans ut inde sepius mala patietur
Sol si in domo vel decano Mercurii fuerit inventus
in diurna genitura homines faciet multe scientie ac bonorum
operum callidos secretos fideles et a nobilibus maxime
dilectos. sed ut plurimum valitudinarios et humidis
egritudinibus laborantes Si vero nocturna fuerit genitura
in prima etate pauperes reddit et malos mala que
facinora operantes sed postea divites facit et ma-
gnis periculis implicatos sed qui plerumque oculorum et
flegmaticis egritudinibus fatigentur
Sol si in domo vel decano Lune fuerit inventus et sit
diurna genitura homines faciet dignos honoratos
amabiles multa que magistratum et honorum insignia
consequentur. et qui regibus et principibus intima fuerint mente
fitudinis familiaritate coniuncti. Cum tamen humidis sepius
qualitatibus depressi in varias et molestas egritudines
decidunt. Si vero nocturna fuerit genitura hec nichilominus
omnia sed restricto quodam influxu determinantur. Quatuor-
Veneris decreta in aliorum planetarum sedibus Cap[itulum]
Venus si in domo vel decano suo fuerit in decim
perta tam in diurna quam in nocturna genitura gra-
dum multitudinem felicitatis augmentum et bone fortune
primam decernit. homines tamen faciet quamvis stultas mulieres
vel temerarios summo dilectos prosequatur affectu. unde
sibi apud populum dedecus et infamiam acquirat. Erunt
in reliquis operibus suis fortunati et ab omnibus semper
dilecti

Venus si in domo vel decano Saturni fuit inventa in
utraque genitura, homines faciet steriles et nullos pa-
tris liberos consequentes, malos tamen, adulteros, stupra-
tores et qui alienas et cognatorum suorum precipue sequa-
tur uxores, quinque etiam sponsam inhonesta libidinis
contagione corrumpere intantur. Erunt hi quoque male cogitationis
et mali quorum uxores continua sepius morte tollantur.
Venus si in domo vel decano Jovis fuit inventa
in utraque scilicet genitura, honores, divitias, ingen-
tes utilitates reddit et ex mulierum causa decernit. Erunt
hi sane mulierum nobilium consiliarii aut dispensatores
unde sibi famam et honorem inter ceteros opes quoque plurimas
consequantur. Erunt tamen hi hac partibus odiosi, sed uxo-
res suas magno prosequentur amoris affectu ideoque leti-
tiam et gaudium parabunt
Venus si in domo vel decano Martis fuit inventa
tam in diurna quam nocturna genitura homines faciet
cum mulieribus gloriosos quidem et malarum precipue omnium fedis-
simo libidinum genere continua consuetudine utentes unde sibi da-
mna plurima ac detrimenta proveniet. Erunt hi quoque uxorum alie-
narum sectatores vel publicarum meretricum aut servarum quam
eo ita ut proprias abdicabunt uxores vel vendentes relinquant
Venus si in domo vel decano Solis fuit inventa in
utraque scilicet genitura, homines faciet puerilium feminarum
sectatores quibus nephario quodam libidinis genere abutantur.
Erunt hi nobilium precipue puellarum amatores ex quarum
sepenumero causa in damna et detrimenta plurima ac crimina
in summa infamiam et forte in mortis pericula devenient
que possint summa difficultate vitari
Venus si in domo vel decano Mercurii fuit inven-
ta in utraque genitura homines faciet valde libidino-
sos et puerorum precipue aut parvarum puellarum sectatores
sed in religionis religiosos et mulierum maxime orna-
menta elaboratores rerum odoratarum mercatores auri-
fices vel sigillorum ac monilium opifices et qui omni ar-
te et ingenio mulieribus obsequi studeant unde multa
fortasse poterunt eis incommoda provenire
Venus si in domo vel in decano Lune fuit
inventa tam in diurna quam in nocturna genitura
homines faciet venereos preter modum intemperanter dissolutos
et qui impetuosa semper libidinis contagione stimulentur.
Erunt et tales qui nulla cognationis aut consanguinitatis

tione detenti ad quoscumque appetitus sui ducantur affectus
hii quoque multis rebus intenti numquam in unius propositi
stabili decreto persistent. Capitulum Quindecimum

Mercurii decreta in aliorum planetarum finibus

Mercurius si in domo vel decano suo fuerit inventus
tam in diurna quam nocturna genitura homines faciet
ingeniosos, cautos, astutos et in omni arte ac scientia
industrios, sed arismethicos precipue et bonos suppu-
tatores, medicos etiam philosophos, geometras et divine
matheseos speculatores doctores. Erunt hii sane tan-
ta ingenii facilitate valentes, ut quicquid vide-
rint manu sua audeat industria perficere.

Mercurius si in domo vel decano Saturni fuerit
inventus in utraque genitura homines faciet mutos aut
blesos ac lingwa impeditos, tardos, servatores simu-
latores, multe cogitacionis ac rerum humanarum abscondi-
tores, religiosos tamen et legum sacrarum secreta perquiren-
tes, augures quoque vel astronomos et qui sapientum ac religi-
osorum virorum consuetudine delectentur, melancolicos tamen
semper et taciturnos, sed qui profunda semper mentis agitacione.

Mercurius si in domo vel decano Iovis fuerit
fuerit inventus tam in diurna quam in nocturna genitura
homines faciet sensatos, sapientes ac prudentes et quorum
regum vel principum consilio adhibeantur. Erunt hii sane
populorum ac gentium iudices, qui largos intra se sua
sapientia ducant et quicumque principum suorum nomine urbes aliquas
regant aut civitates. Hii quoque sepius nobilium virorum ne-
gocia procurant, census computant, ac censuum supputa-
tiones efficiunt, sepius etiam legum ac decretorum insti-
tuciones publica ceteros lectione instituunt.

Mercurius si in domo vel Martis fuerit inventus tam decano
in diurna quam nocturna genitura homines faciet falsos,
mendaces, perfidos et qui fidem sibi etiam religiose
creditam semper fallere contendant, cum liberis si consortium
iungas, numquam illis fidei tue secreta committas, numquam
aliquid supplicii carceri commendes, abnegabunt enim et sponsi-
onem suam irreligiosa perversi defensione committent. Erunt
quoque ad omne perfidie facinus armati. Preterea si sit ☿ con-
stitutus, vero suo in ☿ finibus ♂ fuerit inventus vel si
in dextra genitura loco ☿ positum ♂ superiori aspectu
quadrata radiorum pulsaverit, iniquitatis plus habet
nimium facinora ac diutina carceris custodia

V 1


V 2


V 3 → k. 120


aut potentis dominatur exiliis, aut tenuium porcione pos-
sessi metuendi minentur sine severitate, desertis pa-
ternis laribus ad remota et longinqua loca fugitiuo
errore ducuntur. Quod si fuerit ☿ et ♂ constitutis Luna
plena luminibus per quadratum dyametrumve feratur
ad ♂ nec eam benevole stelle prospera radiatione
conveniant nec ♂ malicia aut ☿ ♃ aut ♀ testimonio
fuerit mitigata, propter hec facinora seua animaduer-
sione plectuntur


hic nihil desideratur
Mercurius in domo vel decano Solis
Mercurius in domo vel decano















































Y 3

Mercurius in domo uel in decano solis. Si Mercurius
in domo uel in decano solis fuit inuētus et fuerit di
urna genitura. faciet mediocres aīo pariter et mente
mediocri et audientes excogitātes. Sed et ipsos difficiles
ac malitiosos. litteras tractare perficiet ac laboriosarū lrāꝝ
officia cōmēdata ut publicus faciat officiis deputari. Cordi
tos etiā cum quadam curiositate perficiet. secretis et illicitis
actibus inefficacibus studiis implicitos. Si vero fuit noctur
na genitura aut mēte captos faciet aut aures linguā ue de
bilitat errores vite decernit aut vicia. aut tales quos sem
per male fame iudicia persequātur et quos nūq̄ recte iudiciū
boni sermonis insinuet. Mercurius in finibus vene
ris. Si Mercurius in finibus veneris uel in decano fu
erit inuētus. In diurna nocturnaq; genitura. oīa sibi ratioē
decernit tunc et sermones hominū grato faciet splendore ve
nustatis ornari et potentissimo potētibus ac regibus fido neces
situdinis amore coniungit et reddit tales qui omīa rectis sole
ant consiliorū rationibus inueīre et quorū omīs actus prospere
sequatur euētus. duplicibus lrīs imbuentur. computos omēs
consequētur et omēs sollertie disciplinas. aut athletis hominibus
potentis alicuius erunt honore ꝑpositi. aut musice modos dulci mo
dulatione componūt. aut sequūtur certe poetice disciplinā. aut erūt
infectores colorū. aut per ipsos aromatū odor suauitatis afferet
aut ꝓciosarū gēmas merces. aut peregrine negociationis officia
tractabūt. ut ob nefariā ex istis actibus et patrimoniū illis con
feratur et dignas. Erūt sane in venereo coitu libidinosi et qui
aliena patrimonia praua mētis cupiditate corrumpūt. Erūt vicio
si et qui de istis viciis crebra semper pulsentur infamia. Quid au
tem Mercurius in domo lūe decernat in primis libri partibus
dictū est. Luna in domo sua uel in decano suo. Si lūa
in domo sua uel in decano suo fuerit inuēta et sit nocturna
genitura magnā substātiam et magne glorie decernit insignia
et potentie cuiusdam assignat officiū presertim si in principalib9
geniture locis fuerit inuēta. faciet ꝑsemet ipsos idonea sibi q̄
rentes subsidia facultatū. efficaces populares artifices. Si vō
fuerit diurna genitura faciet laboriosos et quorū vita freque
ter periculorū cōtinuatione quassetur. aut valitudines et vicia
cum acerborū dolorū cruciatus emergit indicit. Sane ī noc
turna geītura si in domo sua uel in decano posita vim ab ho
roscopo tenuerit locū. felicitatem. diuitias. gloriā. principatū cū
maxima potestate decernit. Luna in finibus saturni. Si
Luna in finib9 saturni fuit inuēta aut in decano suo et

sit plena luminibus faciat languidos frigidos et animo pariter
et corpore · ut ab omni sint audacia separati habentes tamen in
genium temeritatis ardore et quorum sententias frigidi humoris
tormenta conficiant Si vero fuerit minuta luminibus faciat
tales quorum desideria et actus numquam prospere sequitur eventus et
qui amissa patrimonii facultate misero paupertatis onere depri
mantur · tardos omnibus actibus et languidos pariter animo et
corpore · alios tussitos alios splenetitos efficiet · aliorum renes
acerbo dolore distruncat · alios importuna sanguinis profusione
debilitat Luna in finibus iovis Si Luna in finibus
iovis vel in decano fuerit inventa et plena luminibus faciet
homines honestos efficaces et qui omnes actus prosperis semper
rationibus compleant · patrimonia propria sibi virtute quaerentes
alios mercandi gratia ad peregrina ducit loca . Si vero fuerit
minuta luminibus · ex morte parentum infortunia decernit et orbi
tates et patrimonium minuet · mediocrem vitam cum quadam humilitate
decernit · aut nervorum dolores efficiat si in malivolarum stellarum
signis fuerit inventa Luna in finibus martis Si luna
in finibus martis vel in decano suo per diem plena luminibus
fuerit inventa Expositos faciet aut ignobiles aut vitium valitudi
nemque decernit aut periculorum violentiis aut repentinis faciet ca
sibus implicari Si vero fuerit nocturna genitura aut parentes
vitio dissensionis separabit · aut matrem ostendit ignobilem quos
dam vero peregrinitatis alios egritudinum quassat incommodis Si
vero per diem fuerit minuta luminibus in his in quibus diximus
partibus vel decanis patrimonium dissipat et periculorum solum nego
tiorum decernit officia et ex negotiis ipsis caduca discrimina aut mi
seras valitudines vitiaque decernit . Si vero fuerit nocturna genitu
ra et sit minuta luminibus · faciet efficaces et officia multa tractantes
· fortes · gloriosos et quibus publicorum negociorum officia creduntur
sed quorum peregrinis regionibus inmorentur et quos semper in
omnibus actibus prospere sequitur eventus Luna in domo vel
in decano solis Si Luna in domo vel in decano solis fuerit
inventa plena luminibus et sit diurna genitura faciet po
pulares sed quibus publica committantur officia · faciet efficaces
sed ut omnia negociorum genera prospero compleant semper effec
tu Si vero in oportunis geniture locis fuerit inventa idest in MC
horam luminibus iovis fuerat radiatione adornata faciet potentes
imperatores · reges vel tales administratores quorum potestate orbis
terrarum iudicia credantur . Si vero fuerit minuta luminibus faciet
ad nullos actus necessarios humiles et animo pariter et vita qui
numquam in aliquo negotio proficeret . quorundam matres debilitatas et

longa egritudinis continuatione quassatas male mortis fa
ciet subire discrimina. Luna in finibus veneris vel in de
cano fuerit inventa et sit plena luminibus: faciet infirmi
bus semper amoribus implicatos et ingentibus libidinum cupi
ditatibus deditos. impuros. libidinosos et qui erratis semper
amoribus inherescant. Si vero fuerit minuta luminibus. bonos
actus cum maxime felicitatis decernit augmento: et ex numero
affinium matrimonium prosperis decernit auspiciis. Luna in
finibus Mercurii. Si Luna in finibus mercurii vel in deca
no fuerit inventa et sit plena luminibus. faciet perfidos et qui
res commendatos obstinato mentis furore et avaris cupiditatibus
abnegent. Faciet etiam effractores. fures. maliciosos et qui men
dacia sua umbra quadam soleant veritatis adornare. aut prodi
tores suorum facit aut qui deos obstinati sacrilego furore contemnant.
Erunt sane laboriosi operarii sed qui numquam fructus ex laboribus con
sequantur et quos perpetua perpetui operis laboriosa sollicitudo
distringat. Si vero fuerit minuta luminibus aut ptysicos aut in
sanos. aut mente captos. malos. maliciosos et qui ad omne mali
cie virus libenter attendant. et qui aut malos homines aut mala
negotia: obstinata animositate defensant. et quorum per dies
singulos ad omne facinus crescat improbitas. Sed et ipsi similes
sibi homines nocere consueverunt. Et si mars in hisdem partibus cum
luna fuerit inventus. hos eosdem male conscientie consortio laboribus
aut variis facit accusationibus implicari et carceri tradit aut
publicis ligat vinculis cathenarum. Si vero nihil horum fuerit
miseros misera morte prosternit patrimonium ac vitam pariter huiliat
vicia valitudines et acerba mortis discrimina cum misera calamita
te decernit. Hec tibi sunt omnia Mavorti Decius nostri
specialiter intimata nec a nobis aliquid deinde est pretermissum
quod non divini generis et istius interpretes discipline prudentis
sollertie et docti sermonis studio protulerunt. Sed hoc quod fre
quenter diximus hisdem prudentie tue commotionibus intimamus
ut omnem vim stellarum: mixturas omnium signorum partium etiam
efficacias pro locorum potestatibus compares. nec ex unius stelle cur
su totam geniture velis explicare substantiam. Sed horoscopi
cum XII locorum potestatibus iungas. stellas etiam cum stellis sin
gulis compares. et queras que stella cum horoscopo qua radiatione
iungantur et quatenus vires suas stella et ipse aut impugnent
aut erigantur: quas etiam formas singulis stellis signorum aut partium
naturalis species attribuat. quid singulorum etiam locorum ac cardinum
decernit auctoritas. Cum hec omnia sagaci fuerint inquisitione
collata tunc inspecta geniture substantia de singulis rebus prome

sententias Sed has easdem moderata prius compatione forma
tas sortes etiã et anaforas signorũ diliget' inspice Nec .n. semper
ingressus ven. locorũ .sup. decernit uxores Nec ingressus filiorũ
illorũ filios tribuet. Sed illis hec reddit quibus uxores ul' filios pot'
substãtie genitura decreuerit, Nec semper Mars circuiens ex occasu ho
roscopũ minatibus radiationib' respiciat. Nec semper Saturnus ab
horoscopi parte ueniens grauia piculorũ discrimiã generali malicie
atrocitate decernit Sed quibuscũq ex totius geniture substãtia picl'a
decreta sunt tũc ex signorũ anaforis prouecti et effecti temporũ domi
omnium periculorũ ordines exequãt'. Unde sepissime cõmotione cõ
mixtos per singularũ partiũ potestates animũ tuũ diuina institutiõe
formatũ sollerti coniectura debes instruere, Frequenter Jouis bonitas te
mali signi mutat hospiciũ: et maliciã saturni, bone partis hospitiũ
salutare, debilitat, nec debes ex malo loco pare discrimen, cũ hunc
eũdem locũ salutare sidus acceperit et maliuolarũ stellarũ minaces
radij ex loci oportũitate franguntur. Sic omiã in genituris hominũ
locorũ. partiũ. signorũ stellarũq mixtura cõponit Que si oiã equa
ta moderatione collegeris: omẽ fatum homĩs clarissimis uerissimis
poteris explicare sententijs Sed hoc explicato libro Sermo nos
ter ad Sexti libri principia transferatur Jllic .N. omẽs tibi stella
rum mixturas uerissimis interpretationibus explicabo. ut expli
cato libro intentio nostra ad specialem interpretationem apoteles
matum transferatur.

Iulij firmici Materni Iunioris V. C. Matheseorũ Liber V^to^
explicit Incipit Liber VI^tus^ feliciter Lege Liber
V habet uersus .N. quinq milia



Requenter Mauorti decus
nostrum de Mixturis stella
rum Sermo noster admo
nuit: nihil tibi aliud in
omĩbus sententijs nihil ĩ
decretorum substantia Si
efficaciam mixte temperati
onis insinuans presertim cũ
in genituris hominũ aliud
primi aliud secundi cardines
faciant Primi .N. cardines
horoscopum mediũ q celĩ
possident Secundi cardines
IMC occasũmq suscipiunt et ex quatuor istorũ cardinũ varia
semper et contraria potestate substãtia et omẽs stelle pro natu
re sue potestatibus Aliud in primis constitute decernũt cardinibus

aliud in secundis. Sed et V et XI ab horoscopo locus
id est bone fortune signa pigrorum locorum inertia humilitate dis
sentientes nec cum pigris ac deiectis locis aliqua rationis so
cietate associatur. In uno decernendi efficaciam VIIII ac III locus
ab horoscopo sortiuntur quia et hec loca horoscopo maximum con
sortium societatis adiungit. II et VIII ab horoscopo locus
ab omni horoscopi vinculo dissoluto societatis consortio separan
tur. Aoh VIII) B C O3 lu) r 1O3C V) Δ III XI) II VIII)
XII) VI et XII ab horoscopo locus omnis ratio societatis exclu
dit: et caduca humilitate deiectionis impugnat. Ex ista locorum
varietate aut erigitur stellarum potestas aut decidit sicuti prece
denti explicatione monstravimus. In tertio enim libro specialiter com
prehendimus quid in quo loco singule stelle constitute decernant.
Sed tu quibuscumque precibus implora ne quando VI aut XII ab
horoscopo locum IIII etiam et VIII in decretis hominum aut benivo
larum aut malivolarum stellarum cursus obtineat. Hec enim loca ab
omnibus stellis inimicis semper radiationibus occupantur. Nam hec
loca quodcumque stellarum sidus insederit aut bonitatis sue perdit
salutare presidium aut si malignum fuerit fortius ad nocendum ex
asperat malitie potestatum firmatur. In his locis malivole stelle
cum luna posite omnia generaliter sine aliquo remedio infortu
niorum extitia decernunt. Benivole vero in absconsis locorum
quodammodo humilitatibus causa potestatis sue perdunt salutare
presidium. Sed et aliud in diurnis aliud in nocturnis operatur di
versa stellarum mutabilisque conditio et varias habent decerne
di potestates cum fuerint trigonica vel quadrata vel diametra
sibi singule stelle radiatione coniuncte. Hinc enim omnis mixtura
rum societas temperatur. hinc tota decretorum potestas inspiratur.
Invicem sibi enim stelle pro natura sua vel pro conditione semper
opposite fata hominum equabili varietatis moderatione compo
nunt. Hanc tibi nunc Mavorti decus nostrum mixturarum ex
plicabo substantiam: ut plenam tibi insinuem huius divine pruden
tie disciplinam. Sed antequam ad explicationem mixturarum ser
mo noster accedat, pauca tibi de splendidarum stellarum dicam regiis
potestatibus ut huius libri principia augustarum stellarum expli
cationibus adornetur. De claris signorum stellarum stellis

Claras stellas et augusta maiestatis radiatione fulgentes
in signis omnibus invenimus. Sed regales in quatuor. In Leo
ne scilicet in Scorpione in Aquario et in Tauro. Sed in quibus
partibus istarum augustum lumen invenias brevi oratione monstra
bo. V pars leonis habet stellam lucido splendore fulgentem. In hac stel
la si crescens luna fuerit inventa horoscopi aut omne pariliter

presidens cardinem regna et maxima potestatis decernit im
peria Sed et aquarij XX pars simili maiestatis splendore 1· Farnahaot
decoratur Nam et in hac stella idest in aquarij parte XX
si fuerit luna ortu plena luminibus possideatque primos geniture car
dines simili modo regalis potentie et imperatorie dignitatis de
cernit insignia Sed et XV tauri pars et XXVII et Aldebora
geminorum lumine pariter et maiestatis ornatur In XV namque Alhaiot
parte tauri luna si fuerit inventa potentissimarum et affluentis sub
stantie decernit augmenta · si primos geniture possederit cardines
In XX vero et VII parte tauri luna si fuerit inventa magne dig
nitatis decernit insignia et faciat tales homines qui maximorum
populorum vitam sua potestate sustentent : donantes populo quicquid
populari fuerit studio postulatum : magnifica et preclara templis
donaria consecrantes ut ex istis perpetuis glorie splendoribus hono
rentur XXX· etiam pars sicut diximus tauri divino maiestatis Bedelgense
micat lumine · et in hac namque parte si luna fuerit inventa magne
potestatis insignia licentiamque decernit . Si vero in ista parte con
stituta in primis cardinibus fuerit inventa · ducatus · imperia
regnumque decernit presertim si eam lumine crescenti prospera Iupiter
radiatione respexerit . tunc namque potestatis sue licentia sublevati
et maris et terre dominia possidentes et per mare et per terras ex
ercitum feliciter ducunt · Hec eadem etiam VII in Scorpione per
ficiet ipsam namque partem similis splendor maiestatis exornat Pes centauri
Sed in ista parte Luna in primis cardinibus constituta cum pre
cedentibus dignitatis insignibus dire crudelitatis et inmodici ter
roris decernit honorem . Qui sic namque habuerint lunam in maxima
potestatis licentia constituti contra omnes homines effrenata cu
piditate grassantur Hec tibi interim in libris myriogenesios
parva collegimus Sed hoc explicato opere etiam illa promissa
reddimus Nunc mixturas stellarum omnes sicut promisimus in
timamus ut omni mixturarum temperatione composita : totum
quicquid promisimus expliceremus De claris namque stellis omni
um signorum in postremo libro idest in VIII · et de decretis ea
rum omnia tibi specialiter dicam

Saturnus et Iupiter trigoni Omnes Stelle si
se trigonica radiatione respexerint Sive benivole sive ma
livole stelle prosperis mixturarum temperationibus comparantur
et malivolarum quidem ex ista radiatione mitigatur improbi
tas . benivolarum vero salutaria beneficia convalescunt Si
itaque Saturnus Iovi fuerit trigonica radiatione coniunctus
et pigra et deiecta loca vitaverit ista coniunctio : sint et ambo
in his in quibus gaudent signis vel unus eorum in domo sua consti

turius alium trigonica radiatione respiciat. Sint q3 horosco
pi partili radiatione sociati. infinitarū copias cū magna fe
licitate decernūt presertī si unus de duobus idest aut Sa
turnus aut Jupiter limen lune crescentis exceperit. Tunc
n. Saturnus infinitarū ac magnarū possessionū domina
largitur. tunc semente satio tūc pascua silvestres qui d'cunt
Sacrarū etiam quarundam edū publicos fabricatores efficiet et
ut ex ista fabricatione maximū meritū dignitatis accedat. Fiscaliū
etiam prestationū exactores aut sacre faciet prepositos annone et
in istis actibus maximam confert potentie dignitatē. Infinitum
etiā superiores paterna dignitate perficiet sed pro mensura substā
tia q3 genitūre. alys procurationū officia. alys ex maximis here
ditatibus comoda alys confert lucra ex alieno labore quesita. om
nes hos tamen aut potentes aut ^et^ maximos viros incorrupta fide
insinuatione cōmendat. Si vero Saturno ac ioui trigonica si
cut diximus radiatione coniunctis: equabili mercurius ex ista ra
diatione sociatur. Sacrarū et maiestatū religionū secreta cōmit
tit ita ut magnarū civitatū vel regum faciant officia tractare. et
tales viros efficit ut illis reges omīa actus sui officia cōmittant
frequenter etiam minus preclare legationis imponūt. Sed hi ni
mis infortunys et filiorū casibus fatigantur: et amittentes filios
aut alienam sobolem nutrire coguntur: aut certe filios suos si post
multum temporis spaciū recipiunt ab alys educatos. Sed hec tūc
efficiuntur si sine testimonio martis fuerit diurna genitura. Si n. aut
mars istam mixtionem minaci radiatione pulsaverit aut sit noc
turna genitura. hec que diximus minuuntur omīa. hoc amplius
et reprehensionem invidie et contrarietates et male insinuationis
latenti pulsat invidia ut totum quicquid boni decretū fuerit inimi
cum testimoniū martis impugnat

Saturnus et Mars trigoni. Si Saturnus Marti fuit
trigonica radiatione coniunctus et in oportunis genitūre locis
ista sociatio. Sint q3 ambo in his in quibus gaudent signis vel
in quibus gaudent partibus vel in quibus exaltantur: nec illis io
uis aut mercury testimonium desit. faciunt lucra maxīa et quoti
diani questus incremēta decernūt. faciunt etiā tales homīes quos
ī omnibus actibus prospere persequatur eventus et qui omni actu eri
guntur licētia potestatis: propriys laboribus maxima sibi comparātes
dignitatis insignia notos nobiles imperiosos et maximarū civitatū
officia gubernātes. Sed isti ^maiorū^ malorū fratrū mortes assidua radiatōe
consequantur conspirant Saturnus et venus trigoni
Si Saturnus fuerit veneri trigonica radiatione coniunctus
et sint ambo ī oportunis locis genitūre positi et ab omnibus directionū

humilitatibus separati facient vitam hominum mansuetam mo
deratione perspicuam et mores eorum ornamento pudice conver
sationis exornat et faciunt eos ab omni impudica impuritate per
spicuos ut ex ista perspicuitate invidia illisa satis ab inferioribus
conteratur. Sed hos eosdem tarde faciunt nuptialibus copulari
Saturnus et Sol trigoni. Si Saturnus Soli fuerit trigo
nica radiatione coniunctus. et sint ambo in oportunis genture lo
cis positi et sint ab omnibus humilitatibus separati Sit etiam diur
na genitura. Vite insignia assiduis promotionibus dignitatis cu
mulant et maxime decernunt glorie potestatem et notitiam nobilita
tisque conferunt parentes etiam ipsorum simili faciunt etiam incremen
to dignitatis exornare: presertim si in masculinis signis constituti
ista fuerint radiatione sociati. Si vero fuerit nocturna genitura pa
ternis facultatibus dissipatis: patrimonium illis propria faciet virtu
te conferri. Saturnus et Mercurius trigoni
Si Saturnus cum Mercurio fuerit trigonica coniunctus et sint
ambo in oportunis genture locis positi et ab omnibus deiectionum
humilitatibus separati. faciunt cordatos. ingeniosos et ad omnia dis
ciplinarum officia applicatos. Sed mores eorum mature faciunt pon
dere gravitatis ornari et tales reddunt quorum consilia virtutibus
semper rationibus convalescant. Sed actis aut ex rationibus de
bunt. aut certe publicis computationibus fiscalibusque preponunt
aut regios scribas efficiet ut ex istis actibus magna illis conferat
subsidia facultatis. Sed illud meminisse nos convenit quod sola mer
curii stella in xii ab horoscopi loco constituta gaudet
Saturnus et luna trigoni. Si Saturnus Lune fuerit tri
gonica radiatione coniunctus et sint ambo in oportunis ge
niture locis positi et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati
et luna plena luminibus. Eos qui sic habuerint Regibus aut im
peratoribus. aut potentibus viris prospera aut felici commendatione
insinuant et maxima ex ista coniunctione glorie decernuntur insignia
Si vero fuerit luna minuta luminibus predicte felicitatis incremen
ta minuuntur. Sed et in Luna hoc meminisse debemus quod sola
in viii ab horoscopo loco in nocturna genitura feliciter invenitur
presertim si in hoc loco in quibus gaudet signis vel finibus fuit
plena luminibus. tunc .N. felicitatis tunc dignitatis insignia tunc max
ima subsidia facultatum. tunc dignitates. tunc principatum ex isto lo
ci potestate decernit. Si Jupiter in xi ab horoscopo loco fuit inventus
Jupiter et Mars trigoni. Si Jupiter cum Marte fuerit trigo
nica radiatione coniunctus et sint ambo in oportunis genitu
re locis positi et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati maxi
ma dignitatis imperia et magnam decernit licentie potestatem et red

dunt tales qui omēs actus felicissimis ratiombus comple
ant et maxime etiā admistrationis officia decernūt et ta
les eos efficiūt ut illis crebri honores regis iudicio cōferūt

Iupiter et Sol trigoni [illegible] Si Iupiter cum Sole fuerit trigonica radiatione coniunctus et sint ambo in oportunis
genture locis positi et ab omnibus deiectionum humilitatib⁹
sepati maxima decernūt nobilitatis augmēta et fluentiū
diuitiarū copiosa presidia magne etiam glorie larguūt^{ur} in
signia et faciunt maxima ex filiorū felicitate gaudia et
vitam clara semper dignitate exornat

Iupiter et Venus trigoni Si Iupiter et Venus trigonica
radiatione coniuncti fuerint et sint ambo in oportunis ge
niture locis positi et ab omnibus deiectionū humilitatibus
separati maximā decernūt gratiam veritatis et omnibus bo
nis amabili illis conuersatione semper associāt et fidū amo
rem circa illos uxorum semper indicāt sed augmēta patri
monij et dignitatis insignia aut amicorū illis aut uxorum
presidio conferuntur

Iupiter et Mercurius trigoni Si Iupiter et Mercurius fuerint trigonica radiatione coniuncti et sint ambo in opor
tunis genture locis positi et ab omnibus deiectionū humilitatib⁹
sepati faciet ingeniosos cordatos acerrima ingenij potestate
firmatos et qui omnia negotia prosperis semper actibus ex
equantur faciet etiam omnibus hominibus preponi magnifice
ac potentissime merito dignitatis et tales eos perficiūt ut i
omnibus actibus et laudentur semper et placeant faciunt et
scribas publicas rationibus fiscalibus q; prepositos et publica
officia sine aliqua reprehensione tractātes necessitates regias
suis dispositionibus ordinātes Alios faciūt celestiū siderum
secreta cognoscere

Iupiter et luna trigoni Si Iupiter et luna trigonica fue
rint radiatione coniuncti et sint ambo in oportunis gē
ture locis et ab omnibus deiectionū humilitatib⁹ separati Sit
etiam luna plena luminibus faciunt homiēs claros notitia no
bilitatis ornatos et bone fame testimoniū perhibent Sed pro
cetera genture substātia alijs potentissimarū administrationum
licentiam tribuūt alios exercitui preponūt Alijs maximarū
prouinciarū iudicia cōmittunt Sed hos eosdem ex integra et i
corrupta iudicatione nobilitat ut fides eorū ornetur semper i
corrupta licentia potestatis

Mars et Sol trigoni Si Mars et Sol fuerint trigoni
ca radiatione coniuncti et sint ambo in oportunis gēiture locis

positi et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati maxime potestatis et maxima decernunt dignitatis insignia presertim si in nocturna genitura in dextro Martis Sol a latere fuerit constitutus tunc enim gloriose licentie potestatis tunc honorum decernuntur imperia. Si vero his sic constitutis et alio trigono latere hos eosdem Iupiter prospera radiatione respexerit in primis genture cardinibus constitutus et bono loco his omnibus Luna radiis attestetur tunc maximas administrationes exercitus que committunt et infinita dignitatis insignia cum maxime licentie potestate decernunt. Sed hec erunt fortiora si Mars et Sol et Iupiter in masculinis signis fuerint constituti.

Mars et Venus trigoni. Si Mars et Venus trigonica fuerint radiatione coniuncti et sint ambo in oportunis genture locis positi et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati quotidiana lucra ex assidua questus continuatione decernunt et prosperi matrimonii nuptias ex ista coniunctionis societate perficiunt et erunt tales qui se semper grata honestate componant superbo potentie spiritu subleuati et plurima matrimonia sectantes hec eadem facillimis rationibus consequantur.

Mars et Mercurius trigoni. Si Mars et Mercurius trigonica fuerint radiatione coniuncti et sint ambo in oportunis genture locis positi et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati faciunt sapientes et ab omnibus actibus prosperis consiliorum rationibus explicantes et quos in omni negotiorum conuersatione prospere semper persequatur euentus et qui omnium necessitatum angustias consiliorum suorum possint auctoritatibus mitigari acutos efficaces rationum computationumque aut litterarum officia tractantes.

Mars et Luna trigoni. Si Mars et Luna fuerint trigonica radiatione coniuncti et sint ambo in oportunis genture locis positi et ab omnibus defectionum humilitatibus separati et si Luna minuta luminibus etiam nocturna genitura omnia felicitatis ornamenta decernunt decernunt et in omnibus actibus prosperos exitus assiduis felicitatibus largiuntur faciunt etiam ut omnia que desiderent facillimis rationibus consequantur. Et si hanc Martis Luneque mixturam testimonii sui Iupiter radiatione respexerit maximos honores et maxime decernunt dignitatis imperia gloriam quoque magne largiuntur licentiam potestatis. Si vero fuerit Luna plena luminibus corpus assidua egritudinum continuatione debilitant.

Sol et Luna trigoni. Si Sol et Luna trigonica fuerint radiatione coniuncti et sint ambo in oportunis genture locis positi et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati. ~~omnia pro signorum varietate decernunt aliis enim fau~~ ~~conuncta~~ similiter inter se prospera radiatione homines faciunt beniuola inter se [illegible] [illegible] esse faciunt eis quoque [illegible] honores [illegible] largiuntur nobiles faciunt insignes. Et quibusdam multa felicitatis insignia decernuntur. Et hec si aliquis opportuno fuerit societatis testio perornati ita ut non deficientis sed crescentis [illegible] lune [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Si vero fuerit Luna deficiens [illegible] omnia que decernunt felicitatis ornamenta minuuntur. At si in opportunis genture locis non fuerint collocati et si aliquis maliuole stelle fuerint minaci radiatione [illegible] omnis donorum suorum [illegible] [illegible] [illegible] ut amplius [illegible] fatalia felicitatis ornamenta [illegible]

ende rationis assignat Alijs ex ista preclara artiu decernuntur in
signia Alijs dulcem musice sonu tradunt Alios pictores efficiunt
sed tales quoru artes preclara nobilitas semper insinuet Alijs
decernut amoru potestates. alijs tradunt ac letitie disciplina
Alios dulci modulatione cantantes popularibus deputant volup
tatibus sed hos omes populoru iudicio fideli comendatione semp
insinuant. alios faciunt negotiationis officia tractates sed hec
omnia pro ceteraru stellaru testimonijs et pro locoru ac signoru expli
cant viribus Luna et Venus trigone

Si luna et venus trigonica fuerint radiatione coniuncte et sint ambe in oportunis geniture locis posite et ab omnibus de
iectionu humilitatibus separate et sit luna minuta luminibus sit et
nocturna genitura. altissime per ipas felicitatis decernuntur insig
nia. tunc actus. tunc gloria ex ista coniunctionis societate decernit
tunc circa filios maternus crescit affectus tunc matrimonia incorrupta
pudicitie fides servat. tunc filioru caritate amabili gratia semper
insinuant. tunc fratres diligunt fido affectu tunc grave venustatis
tunc letitie felicitatis. tunc gloriosa traditur potentie disciplina que
sint aute dextra trigona que quadrata in secundo libro manifeste
explicatum est Nunc tibi quadrate radiationis explicabo de
creta Que societas forti ac minaci semper radiatione componit
Ex ista enim coniunctione malivolaru stellaru virtus augetur et be
nivolaru presidia interdu victa minax radiatio que cu diametri
radiatione in malis perpetrande ac pati semp potestate grassat

Saturnus et Iupiter quadrati

Si Iupiter et Saturnus quadrata fuerint radiatione coniuncti et sit superior saturnus dextri quadrati et superiore pos
sidet partem Iupiter vero in sinistro quadrato factus videtur inferior
Et vite discrimina decernut et patrimonij substantiam minuunt
et omnia eoru consilia in pravum vertut. actus impediut et mentes
eorum varijs animi dissensionibus conturbat et pares vario ge
nere calamitatis impugnant. paterna etiam substantia varijs la
cerationibus dissipant Si vero Iupiter superior effectus et
dextru possidens latus Saturnu in sinistro quadrato positu respex
erit. precedentiu calamitatum infortunia mitigatur et parentes
aliquo glorie et laudis splendore nobilitant et pro mensura geni
ture quotidiana lucroru illis incomoda conferantur

Saturnus et Mars quadrati

Si Saturnus et Mars quadrata fuerint radiatione coniuncti et sit Saturnus su
perior effectus ac dextrum quadratum possidens locu in sinistro
quadrato martem positu minaci radiatione respexerit omnes
actus ex ista coniunctione inefficaci studio semper impediunt et fa

Mercurius cum Luna
si trigonica fuit radia
tione coniuncti et sit ambo
in oportunis geniture locis
positi et ab omnibus deiectio
num humilitatibus separati
omnia pro signis varie te
decernunt Alijs eius facundia
orationis assignat Alijs
ex ea preclara decernunt ar
tium insignia Alijs dulce
musice sonum tradunt Alios
pictores efficiunt sed tales
quorum artes preclara no
bilitas semper insinuet Alijs
amorum potestates decernunt Alijs
gaudijs tradunt ac letitie
disciplina Alios dulci
modulatione cantantes
popularibus voluptatibus
ascribunt sed hos omnes populorum
iudicio fideli commendatione
semper insinuant Alios faciunt
negotiationum officia tra
ctantes sed hec pro ceterarum
stellarum testimonijs et pro
locorum ac signorum viribus
explicant Que sit autem
et

riunt ab omī negociorum officio. Frigido corpore mentis alie
nos egritudines etiam diuerso genere semper indicaũt et
mixtum caloribus frigus corpus eorũ horrida continuatione cō
cutiat. Sed et paterne substantie facultates dilapidat ista cō
iunctione fratrũ mortes grauium infortuniorũ casus semper os
tendunt. Si uero Mars superior effectus et dextrũ possidens
latus: saturnũ ĩ inferiori loco constitutũ quadrata radiatione re
spexerit matri ex ista cōiunctione citum mortis pparatur exitiũ
exitũ. Sed istos ad omēs actus prospe conatus efficax studiũ
semper adducit omī labe prioris malicie sopita et nihilominꝰ
paterna substãtia etiã ex ista coniunctione dispergitur. Sed et ipsi
assidua dãnorũ continuatione quatiuntur et semper illis domes
ticorum rumores improbitas malignũ infamie uulnus infligit

Saturnus et Sol quadrati. Si saturnus et sol qua
drati fuerint radiatione coniuncti. Et saturnus dextri qua
drati superiorem possidens partem in sinistro quadrato solem
positum minaci radiatione respexerit precedentis generis in
signia debilitat ista coniunctio et uariarũ dignitatis cum acerbo
detrimēto honoris indicit et corpus eorũ assidua neruorũ contra
ctione deformat. Sed et parentes eorum hac eadem infortuno
rum labe constringit. Facit etiam hos eosdem patres ante peri
re q̃ matres. Sed et ipsos uario peccatorũ genere semper erra
re et noctiuagis conuersatione decernit extra et graues egritu
dines ex acerbo honorũ frigore semper indicit. patrimonium
etiam et omēs actus et excidit pariter et frangit. Si uero Sol
superior effectus et dextrum possidens latus saturnũ in inferiori
loco constitutũ quadrata radiatione respexerit paternam substantiã
dispergit ista coniunctio et graues domesticorum hominũ inimici
cias semper indicit et omnem impetũ mentis sed et omēs actus
uario indigens genere semper impugnat et omēs actus obstinata
cogitatione sempe impugnat. Sed et consilia nunq̃ prosperos hrē
patitur effectus et in prima etate acerba et crebra egritudinũ
indicit incomoda et corpus fatigatum multiplici egritudinum cō
tinuatione debilitat

Saturnus et Venus quadrati. Si saturnus et uenus
quadrati fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati
Saturnus superiorem possidens partem in sinistro quadrato ve
nerem positam minaci radiatione respexerit ista cōiunctione
dilapidato patrimonio graue onus mendicitatis indicit et a fe
minis acerbarum calamitatũ indicat semper extra nec aliquã
largitur gratiam uenustatis et nunq̃ cupiditates eorum prospe
ros habere patiuntur effectus. Si uero uenus supior effecta et

dextrum possidens latus Saturnū ī inferiori loco constitutum
quadrata radiatione respexerit Ista coniūctio honestis ac
pudicis moribus largitur uxores sed que ibi in domo omnē
dnandi uel dicent uendicent potestatem Marito fido et incor
rupto diligentes affectu ut inuicem sibi amborum gratia con
iugalis associet Sed qui amorem suū ambo cū quadam cōuer
tunt dissimulatione celare

Saturnus et Mercurius quadrati Si Saturnus et Mer
curius fuerint quadrata radiatione coniuncti et dextri q̄
drati Saturnus superiorem possidens partem in sinistro quadra
to mercuriū positum minaci radiatione respexerit a primo nata
lis die exitia decernit ista coniūctio et omēs animi cogitationes
omēs consiliorū ordines indicit pariter et impugnat et omēs ac
tus frigido corpore semper insequitur Facit etiam aliens sem
per potestatibus subiacere In actibus omī secūda negotiorū mi
nisteria tractantes Sed ipsis maxiās inuidie tempestates indi
cit Aliorum obligata ligūa balbum sonū uocis efficiet Alios
obtusis auribus facit surdos et perseuerant hec uita nisi pre
cedens malo testiōnio martis fuerit mitigata Si uero mercurius
superior effectus et dextrum possidens latus Saturnū ī inferiori
loco constitutum quadrata radiatione respexerit nihil quidem
boni ex ista coniūctionis societate decernitur Sed inquantum
tamen precedentium infortuniorum mitigatur improbitas

Saturnus et Luna quadrati Si Saturnus et luna qua
drata fuerint radiatione coniuncti et quadrati Saturnus su
periorem possidens partem in sinistro quadrato lunā positam
minaci radiatione respexerit maliciosis hūoribus fatigari cor
pus faciet et ista cōiūctio et omnibus actibus pigris minui
faciet corporibus separatos et tales reddit qui ad nullos actus
aliquando audere possint Sed et maternā substātiam ista con
iūctio miseris semper laceratiombus dissipat ut contra matres
filios facit parricidalia īmiciciarū suscipere certamina Si
uero luna superior effecta dextrum possidens latus Saturnū ī in
feriori loco constitutū quadrata radiatione respexerit Ista con
iunctio misera morte prosternit et ipsum acerba periculorum
continuatione circūuenit et malignis hūoribus grauis egritudi
ne indicit exitia et uariis errorum efficit et infortuniis fatiga
ri et matrimonii et honoris dāna et iacturam semper indicit Sed
et sicut aliarū stellarum presidio nupte decreta fuerint ista cōiūc
tio uxoris animū acerba odiorum dissensione exasperat Sed
et omī amicorū et filiorum etiam facit presidiis destitutos

Iupiter et Mars quadrati Si Iupiter et mars quadrata

fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati Iupiter superiorem possidens partem In sinistro quadrato martem constitutum minaci radiatione respexerit Ista coniunctio maxime glorie decernit insignia et hos eosdem bona comendatione semper insinuat et gloriosa honorum decernit insignia. Alios militaribus faciet officiis publicari Alios regalibus deputat domibus et nobiliorum ac publicorum actuum decernit officia. Faciet istis negotiorum officiis sublevari ut hec negotia cum maximo consequatur dignitatis augmento. Sed hi numquam poterunt bene servare paterne substantie facultatem. Sed ex filiorum casibus ista coniunctio assiduos dolores semper indicit aut certe filios tarde suscipi faciet. Si vero Mars superior effectus et dextrum possidens latus Iovem in inferiori loco positum quadrata radiatione respexerit Ista coniunctio incensum omnem impetum mentis excitat et faciet omni vita vario errore peccare et sine causa homines cogit magni laboris sustinere semper incomoda. Sed iste labor aut ex publicis aut ex regiis actibus comparatur et hoc amplius malarum insinuationum et acerbarum causationum pericula ex infesto inimico decernit ardore

Iupiter et Sol quadrati. Si Iupiter et Sol quadrata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati Iupiter superiorem possidens partem In sinistro quadrato Solem positum minaci radiatione respexerit et proprio et paterno merito ista coniunctio decernit dignitatis insignia. Sed et bonorum ac magnorum honorum incrementa promotionesque largitur et bono comendantium testimonio semper insinuat et multi alii dignitatis merito sublevabuntur. Si vero Sol superior effectus et dextrum possidens latus Iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit tamen faciet ista coniunctio claro nobilitatis splendore decoratum. Sed patrimonium patris misera facit publicatione constribi et fortium ac malorum inimicorum minaces concitat turbas

Iupiter et Venus quadrati

Si Iupiter et Venus quadrata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati Iupiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerem constitutam minaci radiatione respexerit multorum amicitiis coniunctio ista semper associat feminarum presidio et actus et lucra eadem faciet ratione conferri et omnem vite substantiam honesta dignitate semper exornat et hos eosdem deorum religione devota faciet veneratione servare. Si vero Venus superior effecta et dextrum possidens latus Iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione re

amicitiis

spexerit et ex ista coniunctione amorum decernit illecebris et circa cultum vestis corporis morari perficiet ut ista coniunctione libenter semper exornetur et luxuriosa voluptate desideria semper indicit sed quotienscumque prospera letitie gaudia fuerint consecuti totiens hec eadem in contrario vertunt fatorum mutata decreta

Jupiter et Mercurius quadrati

Si Jupiter et Mercurius quadrata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati Jupiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato mercurium positum minaci radiatione respexerit Ex ista coniunctione scripturarum vel litterarum actuum decernuntur officia et rationibus facit computationibusque prepositos et patrimonium illis quoque et actus ex publica quadam defensione conferetur. Si vero mercurius superior effectus et dextrum possidens latus iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit faciet ista coniunctio sufficientia subsidia facultatum Sed hi semet ipsos in omni actu semper impediunt omnia bona que si mala innoto mentis timore vitantes et exiunt ut quod quidem alii ut nimis consequi desiderent precibus id totum etiam si casu illis obvenerit obstinato mentis iudicio contemnat Sed nec beneficia sibi ab alijs conferri desiderant Sed nec ipsi bonum sibi aliquid comparare conantur

Jupiter et Luna Quadrati

Si Jupiter et luna quadrata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati Jupiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato lunam positam minaci radiatione respexerit et matri et ipsi infinitas divitias decernit ista coniunctio et maxima negotiorum decernit officia et omnibus affinibus preponit merito maxime dignitatis gradu positum populo eum notitia semper insinuat et erit egregio fame testimonio semper ornatus. Si vero luna superior effecta et dextrum possidens latus Jovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit multa felicitatis insignia largitur ista coniunctio Sed et commendationes decernit et glorias et potentibus et regibus prospera commendatione semper insinuat Sed non per omne hec eadem felicitas perseverat Nam quodam tempore et patrimonij damna et honoris detrimenta decernit et insignia minuit dignitatis et pigro mentis torpore oppressos precedentium negotiorum administrationibus alienos efficiet

Mars et Sol quadrati

Si Mars et Sol quadrata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati Mars superiorem possidens partem in sinistro solem positum minaci radiatione respexerit. Nullum infortuniorum casum pretermittit

ista coniunctio et omnes proficiendi occasiones promotionū
q̄ ordines maligna decreti compositione semper impug
nat Si vero Sol superior effectus et dextrum possidens
latus Martem ī inferiori loco constitutum quadrata radiatiōe
respexerit et patri et ipsi qui natus fuerit ex ipsa coniunctiōe
miserum preparatur exitū Infortuniorum cumulus ponitur et
varia calamitatū decernitur incomoda Sediciones concitat pug
nas inducit et popularis aīadversionis excitat metuenda dis
crimina Sed et integra mentis et consiliorum fundamēta
semper ex aliorum oculis miserum pondus ceccitatis inducit Sed
hec periculorum discrimina in diurna genitura fortius concitātur
presertim Si ista coniunctio cum horoscopo fuerit minaci radia
tione coniunctus vel si mars in occasu positus vel MC pos
sidens partem alio cardine constitutus lune lumen crescentis
exceperit. tunc publica aīadversione prostratos miseris lace
rationibus dissipant tunc populari aīadversione lacerratis ar
tubus honor denegatur debitus sepulture. ut aīadversionis
et post mortem perseverantem in discrimine maior calamitatis
exitus augeatur Sed in nocturna genitura ex ista cōiunctiōe
hec eadem simili rationis ordine perpetrantur

Mars et Venus quadrati

Si Mars et Venus qua
drata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati mars
superiorem partem possidens In sinistro quadrato venerem posi
tam minaci radiatione respexerit. omnia mala decernit ista cō
iunctio tunc rixas et accusationes inducit metuenda discrimina
tunc virū causa mulieris profecta dāna concitauit Et si in
tropicis signis fuerit ista coniunctio tūc virorū effemināto cor
pore omnis impudicitie impuritas convalescit tunc viri mu
liebrū libidinū patientur ardores. tunc cum pudoris excitatio
nis q̄ naufragio impudice impuritatis labiis polluūt Sed et
uxores suas ad adulteria venire compellent et alienis com
plexibus patientia consciti pudoris addicūt et malis auspi
ciis matrimonii copulatum alienis cogūt libidinibus cum
misera calamitatis necessitate servire aut lenonis aīo latens
uxoris adulterium libenter agnoscunt Si mulieri puerū ista pro
stituti corporis necessitatum cum acerbo animi dolore sustineant
Si vero Venus superior effecta et dextrum possidens la
teris martem in inferiori loco constitutum quadrata radiatiōe
respexerit hec eadem simili ratione decernit Sed facinus sūt
qui sic venerem habuerint latenter exercent ut prostituti pu
doris scelerata cōmercia absconsis libidinū impuritatibus pro
tegantur Et mala conscientia celet quicquid viciosis animi

cupiditatibus imperatum presertim si aliquem horū vel si
mul. positus iupiter vel trigonica radiatione respexerit

Mars et mercurius quadrati Si Mars et Mercurius
quadrata fuerit radiatione cōiuncti et dextri quadrati
mars superiorem possidens partem in sinistro quadrato mer
curiū constitutū minaci radiatione respexerit omniū malo
rum metuendos exitus decernit ista coniunctio nociua semp
hominem modo locū continuatione debilitat et omēs actus
varia contrarietate semper impugnat et malignis moribus
male semper hos eosdem insinuari perficiet et acerbarū accu
sationū concitat metuenda discrimina aut ex istorum pericula
rum calamitatibus aut custodys traduntur aut carceris. Sed hec
mala in diurna genitura fortius conualescunt. In nocturna vero
ex parte aliqua mitigantur. Si vero mercurius superior effectus
et dextrum possidens latus martem ī inferiori loco constitutum
quadrata radiatione respexerit coniunctio ista malos malignos
maliciososq̧ perficiet pessima ac pestifera semper cupiditate mē
tis armatos omnia circūscriptionū exercentes officia rapaces
et qui de rebus alienis varia mentis cupiditate pascātur et qui
ab alio aliū iurū transeant sollicita semper ac statione cōtrētes
ac pestiferi morsus vulnus infrigant : ut nephariis eorū
machinationibus destituti et callidis circūscriptionibus dstitu
ti ad eorū utilitatē quos nociua semper armat improbitas
omē patrimoniū suorum substantia nudat in malignis circū
scriptionibus transire patiantur

Mars et luna quadrati Si Mars et luna quadrata
fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati mars supio
rem possidens partem In sinistro quadrato lunā positam mina
ci radiatione respexerit. matri ista coniunctio acerbum pondꝰ
viduitatis indicit et hec eadem debilitatis viribus aut proflu
uio sanguinis aut misere mortis atrocitatibus perimi. Ipsos
vero qui nati fuerint acerbis demonū facilē mansionibus im
plicari ut anima maligni spiritus potestate possessa demoni ī
corpore dominādi tribuit potestatem presertim si mars in finibꝰ
saturni fuerit inuētus et luna aut in finibus mercury aut in fi
nibus martis frequenter ex beniuolarū stellarū finibus precedē
tis malicie mitigatur improbitas Sed cum tali fuerint infortu
niorū calamitate possessi vitantes hec mansionū discrimina ad nu
minis alicuius salutare confugiunt presidiū ut sic istius pericu
li discrimine liberētur Si vero luna superior effecta et dextrū
possidens latus martem ī inferiori loco constitutū quadrata radiati
one respexerit Ignobilis et deiecti generis matrem facit ista con

iunctio Sed et vite angustias ex misera necessitate semper induit
fatiu quoque vite substantiam misere humilitatis deiectione prosternit
et inter hec infortunia cum felicitatis augmento etiam malas decernit
uxores Sol et luna quadrati

Si Sol et luna quadrata fuerint radiatione coniuncti Si-
ue dextrum siue sinistrum latus cardinaliter possidentes in de- al' presidentes
cretis hominum efficaciam ex aliarum stellarum testimoniis sortiuntur Cum
N ad istam coniunctionem beniuolarum stellarum radius prospere
societatis accesserit actus maxima idonea vite substantia glorio-
se dignitatis insignia ex prosperis semper commendationibus con-
feruntur Si vero maliuole stelle sine presidio beniuolarum ista so-
lis et lune societas maligna radiatione conuenerint: maxima vi-
te discrimina et maxima infortuniorum decernuntur incomoda Sed
si sic maliuolarum stellarum radiis adiunctis luna plena luminibus
feratur ad iouem et Jupiter coniunctionem lune crescentis exceperit
nobilitatis insignia cum maxima decernit inuidia Et si precedenti
coniunctioni iouis fuerint presidia denegata fortiter maliuolarum
stellarum nociua crescit improbitas

Venus et mercurius quadrati Si venus et mercurius qua-
drata fuerint radiatione coniuncti Quicunque ipsorum dextrum
quadrati latus possederit · omnia equabili radiatione decernunt
Preclara N et amabilis cuiusdam artis officia decernit ista coniunctio
Aut magne cuiusdam doctrine ex ista coniunctione traditur disciplina
Vt ex hoc institutionis officio clare conuersationis noticiam consequ-
tur his mulierum amoribus malignus sermo spargit infamia

Venus et luna quadrate Si venus et luna quadrata
fuerint radiatione coniuncte Et dextri quadrati luna superiorem
possidens partem in sinistro quadrato venerem positam minaci ra-
diatione respexerit · maxima diuitiarum lucra decernit ista con-
iunctio sed viros feminarum causa variis semper afficit damnis
aut infamie deprimantur semper imponit · Si vero venus superior
effecta et dextrum possidens latus lunam in inferiori loco constitutam
quadrata radiatione respexerit maximam felicitatem prosperis
semper auget augmentis et precedentibus bonis meliora decernit
et actus et vitam ista coniunctione istam conuersationem condecorat
et incorruptum circa eos amorem seruat · Uxorem et puros
et bonos coniugum decernit affectus · plena etiam letitie co-
moda et preclare artis insignis et honeste conuersationis ordinem
et dulcis sermonis gratiam cum maxima felicitate decernit sed
nihilominus alienos connubitus impatienti cupiditate desiderant
matribus etiam eorum honestam largitur gloriam castitatis Sed
his ex alienis manumissionis morigeras sibi sortiuntur uxores

Luna et mercurius quadrati. Si Luna et mercurius quadrata fuerint radiatione coniuncti et dextri quadrati mercurius
superiorem possidens partem in sinistro quadrato lunā positā mi
naci radiatione respexerit ex ista coniunctione sapienter ornā
tos et docta orationis facundia honesto sermone decernitur
his ex populari seditione discrimen frequēter affertur Sed
sic mercuriū constitutū malivola stella superior effecta quadra
ta radiatione respexerit ut lunā quidem de diametro mercu
riū vero de quadrato respiciat metiendum falsi quid crimen
impingit et facit in isto facinore detectos aut in custodiam cō
stitui aut in carcerem trudi aut in vincula et exiliū publice sen
tentie animaduersione patientur Si vero luna superior effecta
et dextrum possidens latus mercuriū ī inferiori loco constitutū
quadrata radiatione respexerit. faciet ista coniūctio levitatem
mentis instabiles et consilia eorū hac atq; illac varia cogita
tione transiliertit nec animus eorū aliquādo unius consilii rati
one mutatur. hec in genituris hominū decernit quadrata ra
diatione. has ex quadratis lateribus sententias per dies sin
gulorū gulos fatorū promit auctoritas quas sententias ī oī
tractatu debes diligēter inspicere. presertim cū hec eadem
quadrata ī mutatio stellarum ordine etiā statutorū facient de
creta mutari Sed his explicatis diametrorū efficacias spec
aliter explicabo/ que autem sint dextra quadrata que sinistra
institutionis libro manifestissime diximus

Saturnus et iupiter diametri
Si diametra radiatione contraria se potestate semper
impugnat et inimico contra se genere societatis exurgit et ipā
itaq; sicut quadrata minax radiatio est Unde Saturnus et
iupiter Si diametra se radiatione respexerit et in contrariis
constituti locis longa se invicem viriū suarū potestate pulsaverit
In omnibus actibus ista coniūctio multa infortuniorū decernit ex
itia et ex casu filiorū acerba doloris tormēta semper indicat. Ex
si in parte horoscopi vel si in horoscopo Saturnus fuerit cardi
naliter constitutus et cū in occasu iovem pōitum diametra radi
atione respexerit post gravia infortuīa iuuētutis in ultiō se
nectutis tempore felicitatis tarda comoda conferētur

Saturnus et mars diametri. Si Saturnus et mars dia
metra se radiatione respexerint et in contrariis cōstituti locis
se invicem viriū suarū longa potestate pulsaverint gravium
sibi rerū discriminū et multarū sollicitudinū incomoda decernit
ista radiatio plurimis. N ac malis faciet contrarietatibus im
plicari Sed et acerba faciet miserie labe pulsari et miseras an

gustias necessitatis inducit ac corpus assiduis egritudinū et
assiduis laboribus faciet continuationibus fatigari · grauia et
vite discrimīā semper imponit et imaginem metuende mor
tis frequēter ostendit et domesticarū inimiciarū decernit in
cursus et terribiliū seditionū crebras tempestates exagitat
Sobolem quoq; denegat filiorū et patrem cita faciet morte pro
sterni et ex laboribus labores assidua continuatione perpetuat.
Si vero in aquosis signis constituti saturnus et mars diame
tra se sicut diximus radiatione respexerint tunc procellis graui
bus tempestatibusq; submersos naufragos seuiens vndarū fluc
tus exponit: aut fluuiorū torrentiū submersos vndis grauiori
bus faciet periculorū discriminibus implicari aut maligno hūo
re concreta pestis fortes ac perpetuas indicat egritudinū calamitates
Si vero vnus de duobus aut mars aut saturnus ī inferiori sig
no constitutus alium diametra radiatione respexerit · ex quadru
pede uel ex fere uel ex bestie ictu miserū periculi discrimen af
feratur · aliorum medullis incessum veneni virus acerbum mortis
exitū flebili calamitate decernit · Si vero in quadrupedibus sig
nis constituti vel vnus eorum in signo quadrupede inuentus aliū
diametra radiatione respexerit cum his malis que ex precedē
tibus diximus definitionibus perfici grauī ruinarū pondere
oppressi et dissipati corporis laceratione confecti aut moriūtur aut
vicina mortis coguntur subire discrimina: Sed hec omīā infortu
nia tunc forti calamitatis cumulo conualescunt · cum his positis
nullis iupiter radiationibus mitigarit · Nam si geniture cardines
possidentes luna in quocunq; cardine constituta hac eadem radi
atione respexerit uel quadrata · tunc grauiora pericula · tunc
fugitiuos errores tunc exilia · publicasq; decernit mortes ista
coniūctio tunc honore libertatis erepto iugum misere seruitutis
imponunt Si vero in V vel in X ab horoscopo loco constitu
ti uel in VIII et diametra se radiatione respexerint omnē
semper prosperam felicitatis extinguent et misere deiectionis exi
tum caduca humilitate decernunt Sed hec infortunia medio
vite tempore fortius conualescunt · Si vero in deiectis ac pigris
locis constituti diametra se radiatione respexerint minus quidē
nocebunt et dolores et misere egestatis incomoda ex ista radia
tione decernūt Sed hec omīā malorum metuenda discrimi
na veneris ac iouis oportunis radiationibus testimonijs mitigāt
et maliuolarū stellarum malicia prospero testimonio dei salutaris
habeatur et precedentiū discriminū minaces exitus resoluūtur
Saturnus et Sol diametri. Si Saturnus et Sol dia
metra se radiatione respexerint et in contrarijs constitutilo

cis longa se inuicem

cis longa se inuicem virium suarum potestate pulsauerint nec eos
ex aliqua parte Iouis salutare sidus aspiciat aut patrem faciet
laboriosis necessitatibus implicari: aut ipsis certe laboriose vite
pondus imponunt aut egestatis angustias cum quadam tenaci te
decernunt alijs acribe valitudinis discrimen infligunt Sed etsi
qua habuerint discrimina facultatum ab ipsis adhuc superstitio
nibus pereunt aut post mortem eorum miseris lacerationibus
dissipantur sed et male mortis exitum ex ista radiatione decerni
tur et per omnem vite substantiam varijs ac malis laborum con
tinuationibus quatiuntur Sed horum malorum fortius cres
cit improbitas si in femininis constituti signis ista radiatione
respexerint Saturnus et Venus diametri
Si Saturnus et Venus diametra se radiatione respex
erint in contrarijs constituti locis longa se inuicem virium
suarum potestate pulsauerint Facient homines lupanaribus dedi
tos promiscua libidinum scorta sectari Vt ex hoc cum magna no
ta graui pulsentur infamia. Faciunt etiam eos libidinis causa
nuptialibus vinculis separatos Sed et sicuti et cetera genture
substantia decreuit matrimonium fuerit aliquam cum pudoris sui
detrimento sortitus uxorem aut certe alijs uxor decernitur que pes
tiferum vicium misera contagione semper inmaculet aut erit
uxor seruilium sordium squalore polluta aut seruis se prostituti
pudoris voluptates semper associat Sed et ipsis denegatur
omnis veneree gratia venustatis
Saturnus et Mercurius diametri Si Saturnus et
Mercurius diametra se radiatione respexerint et in con
trarijs constituti locis longa se inuicem virium suarum potestate
pulsauerint. Linguam sic posita tardo sono vocis impediunt ut in
ipsis faucibus tardis conatibus impedita verba deficiant aut
verba lingue obligatione confundunt Sed hec fortius conua
lescunt Si in muto signo mercurium constitutum Saturnus diame
tra radiatione respexerit Vel si mercurius radijs absconsis dia
metra a Saturno fuerit radiatione pulsatus Sed et si lunam
cum mercurio eadem societate coniunctam diametra Saturnus radia
tione respexerit hec que diximus fortius conualescunt nisi tes
timonium martis quolibet genere comoda tunc precedentis
malitie soluat incomodum cum ceteris. M. que diximus sine
testimonio martis etiam exitiale laboris pondus inducitur Sed cum
his malis animi sapientie decernitur disciplina et perita studio
rum magisteria conferentur sed inefficacia artis sue studio semper
inuigilant et tumultum eorum tristicia celeritatis semper exas
perat et erecto superbie spiritu subleuantur Sed hi ipsi varia solli

citudinum per dies singulos audias generant et fratribus
suis etatis gradu preferent. Nam quicunque maiores fra
tres fuerint aut mortis exitu aut longis peregrinationibus
dividuntur. Sed et matres in prima perimit etate.
Saturnus et Luna diametri. Si Saturnus et luna
diametra se radiatione respexerint et in contrariis
constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pul
saverint primum quidem maternarum facultatum faciunt labefac
tari substantiam. Sed et ipsam matrem varia dolorum et
latentium egritudinum continuatione debilitant aut eam perver
sorum tristicia semper involvunt. Et si ab his benivolarum stel
larum recesserit radius et ab omni salutarium siderum fuerint
testimonio destituti, tunc matrem inhonesta corporis turpitudo
dedecorat et eam assiduis incursionibus dampna contriciunt.
Sed et ipsis varia periculorum discrimina semper insurgunt.
Sed hec Saturnus et luna pro signorum varietate decernunt.
Nam in quadrupedibus signis sic constitutus unus alium
diametra radiatione respexerit et talibus qualibus periculo
rum discrimen afferatur. Si vero in femininis signis con
stituti ista se radiatione respexerint ex feris vel bestiis vel
ex venenatis serpentium morsibus maximi periculi compa
tur exitum. Si vero in humanis signis hoc quod diximus
diametrum fuerit, ex hominum insidiis variarum calamitatis ex
urgit exitum. Si vero in aquosis signis constituti radios
suos diametra obstinatione pulsaverint ex aquarum undationi
bus aut ex malignis humoribus miserum pestilentie dis
crimen affertur. Et si nullum benivolarum stellarum presidium mi
naci radiatione fregerit potestate omnis corporis forma vi
tiose egritudinis calamitate mutatur aut clarum oculorum lumen
misere cecitatis tenebris obumbratur. Alios sic positi dese
rere patriam varia periculorum necessitate compellunt.
Iupiter et Mars diametri. Si Iupiter et Mars dia
metra se radiatione respexerint et in contrariis constituti
locis longa se invicem radiorum potestate pulsaverint omnem
vite inequalitatem et patrimonii laceratione assidua ratio
ne decernunt. Sed et omnium amicorum ex ista ratione et assi
duis offensis contra illos odium concitatur et maxima peri
culorum discrimina aut ex turbulentis conversationibus te
merariis actibus inferuntur.
Iupiter et Sol diametri. Si Iupiter et Sol diametra
se radiatione respexerint et in contrariis constituti locis
longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint paternas

facultates miseris faciunt lacerationibus dissipari Sed et omnē vitā et substantiam et precedentis dignitatis gradus miseris honorū deiectionibus minuuntur ut semper inferiores preferantur illis licentia potestatis Sed hec in diurna genitura minuunt in nocturna fortius convalescunt

Jupiter et Venus diametri

Si Jupiter et venus diametra se radiatione respexerint et in contrariis constituti locis longa se mutuem radiorum suorum potestate pulsaverit omnes proficiendi ordines et omne promotionis votū impugnat ista radiatio Sed nec aliquando fidos amicorū decernit affectus Sed eos amici subdolis et insidiis cogitationibus persequentur nec veris eos qui qm volunt appellare sermonibus sed conantur eos captiua semper dissimulatione decipere aliud maliciosa cogitatione tractantes et aliud ficta sermonis bonitate dicentes Sed et amici gravibus simultatū indignationibus incitati varios contra illos genere dissensionis insurgunt et cuicunque aliquā beneficiorū contulerint gratiam statim hii ipsi contra illos gravibus inimiciarū dissensionibus eriguntur et cuicunque aliquid propria liberalitate contulerint contrarie illis ab his semper gratie rependuntur habebunt tamen in quibusdam maxima felicitatis augmēta habebunt etiā sufficientes patrimonii facultates Et si in finibus veneris Jupiter fuerit inventus expeditatibus prosperos habebunt semper eventus Sed circa nuptias quidam nunquam firmis affectibus perseverant

Jupiter et Mercurius diametri

Si Jupiter et mercurius diametra se radiatione respexerint et in contrariis constituti locis longa se inuicem radiorū suorū potestate pulsaverint Illos impugnat ista radiatio quicunque docti sermonis disciplinā fuerint assecuti Sed et populi metuendas seditiones exagitat et popularis indignationis iurgiū frequenter indicat et potentioribus viris aut regibus invidentiū studio male insinuari semper efficiet Sed et fratrū acerbas mortes frequenter ostendit aut eos fraternis affectibus gravi simultate dissociat et tū illos una sanguinis necessitudo coniungat parricidali odiorum contra se simultate depugnant

Jupiter et luna diametri

Si Jupiter et luna diametra se radiatione respexerint et in contrariis constituti locis longa se inuicem radiorum suorū potestate pulsaverint et sit luna plena luminibus et partes Jovis lune partiū numerus antecedat principalia dignitatis insignia decernit ista ra

diatio. Vitam eorum clara potestate nobilitat sed et omīa
potentie ornamēta decernit et facit talem qui nūquam possit
alienis potestatibus subiacere et qui semper virtutis gra
tia et animi constātia alienis confidenter resistat potestatib(us)
Si vero fuerit luna minuta luībus nihil de precedētib(us) bo
nis sed maxima infortuniorū decernūtur exitia Sed tunc
mala fortius convalescūt si fuerit nocturna genitura

Mars et Sol diametri Si Mars et Sol diametra se
radiatione respexerint et in contrariis constituti locis lon
ga se inuicem suorum radiorū potestate pulsauerint et sit
diurna genitura. patrem ista radiatio misera mortis atrocitate
prosternit aut luīe graui oculorū valitudinis semper ex
citat. Ipsos vero ex altis deiectos locis misera laceratione pre
cipitat ex aut ex altis deiectos locis graue nescientibus peri
culum semper affertur et omēs actus grauibus facit contra
rietatibus impediri Si vero fuerit nocturna genitura. fractis
viribus substātiam omnem fatigari corporis imbecillitate de
bilitat et lacerato ac dissipato patrimonio egestatē mēdicitatis
imponit

Mars et Venus diametri [illegible]

Si Mars et Venus diametra se radiatione respexerīt
et in contrariis constituti locis longa se inuicem radiorum suorū
potestate pulsauerint. et sit diurna genitura Vagis semper fa
cient errorum viciis implicari. Sed et egritudinū incomoda
assidua radiatione decernūt Nuptias vero et filios Venus
et mars sic positi liuido stridore semper impugnāt Quod si ī tro
picis signis constituti diametra se radiatione respexerīt: decer
nūnt que eos quadratos decernere in superioribus partibus
diximus presertim si se de capricorno et de cancro ista radiatione
pulsauerint et si nullū illis iupiter testimonīu accomodauit

Mars et mercurius diametri Si Mars et mercurius dia
metra se radiatione respexerint et in contrariis constitu
ti locis longa se inuicem radiorū suorū potestate pulsauerint
Maxima infortuniorū et maxima calamitatis exitia decernit is
ta cōiunctio aut īmutata tabularū et scripturarū fide qui sic
martem et mercuriū habuerint: falsi crimen incurrūt aut
omnibus facinoribus male consientie societate iungūtur aut
cum maleficiis et venenariis criminose vite consortiū iungunt
aut debitorū graui facinore semper oppressi cū iactura pudo
ris ad publica iudicia pertrahūtur Vt prauo cupiditatis ardore
possessi et religiosa fidei cōmercia polluentes depositas vel
cōmendatas res abnegare conātur Vt ex ista perfidia vel ex
precedentibus criminibus publice contra illos sentētie discrimen

miiungat et iudicātiū subiecti potestatibus metuendo cau
sarum terrore quatiantur Aly precedētiū facinorū exagita
ti terroribus et male consciencie oneribus fatigati ins erro
ribus separantur. presertim si in finibus saturni uel ī domo
saturni vel in domo sua mercurius fuerit inuentus ī diurna
genitura nec iupiter aliquē ipsorū trigōica radiatōe respexeīt
Mars et luna diametri Si Mars et luna diame
tra se radiatōe respexerint et in contrarys constituti lo
cis longa se inuicem radiorū suorū potestate pulsauerint aut
oliochronios faciet aut grauibus periculorū continuatoib*
insequuntur aut nuptias non decernūt aut si aliarū stellarū
presidio decrete fuerint nuptie uxores date miseris mortiū
atrocitatibus peribūt Sed et ipos malo exitu mortis iteri
mūt aut publica aīaduersione prosternūt presertim si lūa
fuerit plena luminibus Sol et luna diametri
Si Sol et luna diametra se radiatione respexerint et in
contrarys constituti locis longa se inuicē radiorū suorū ptāte
pulsauerint Infelices nuptias ex ista radiatione decernunt
Vitā et statū homīs substātie q; ordinem et oīa dignitatis
insignia varia faciūt ratione mutari tūc enī collocatis diuitys
rursus onus paupertatis affertur. paūptatis incomoda aliarū
diuitiarū rursus solatys relaxātur faciūt etiam circa vultū
incetore valitudinis vitia sed et corpus misera cōtractiōe debi
litant Venus et luna diametri
Si Venus et luna diametra se radiatione respexerint
et in contrarys constituti locis longa se inuicem radiorum su
orum potestate pulsauerint Infelices nuptias ex ista radiatiōe
decernūt sed nec aliquo patiūtur sic positi felicitatis ordine
sublevari aut nūq̄ filios aut susceptam sobolem misera morte
prosternūt Sed hi ipsi crebra mala et multas uxorū patiūt*
iniurias Mercurius et luna diametri
Si Mercurius et Luna diametra se radiatione respexerīt
et in contrarys constituti locis longa se inuicem radiorū suo
rum potestate pulsauerint. effrenate multitudinis impetum
et populares seditiones suscitant. cruenta discrimina vt eos
semper in cetu publico vox maligna populi persequatur sed
et animo et verbis eorum deiectam trepidationem timoris
indicant De Exagonis
Cum Stelle exagonam radiationem respexerint hec
decernūt que ex trigonica diximus radiatione decernere
Sed decretorū ipsorū ex aliqua parte minuitur effectus et lang
uidis viribus destituta radiatio in genituris omnibus efficaciā sui mi

nori potestate componit Sed illud meminisse te conuenit quod ha
bent exagona viribus si tropicis uel duplicibus signis diuidantur
Inefficatia uero tunc sunt quotiens solidum interuenit signum

De his qui simul sunt

Ut omnifariam tibi Mauorti decus nostrum integras
mixturarum efficacias intimemus extricatis trigonis mixturis
pariter et paribus quadratis et omnium diametrorum radiatione spe
cialiter explicata Nunc iunctas stellarum societates manifesta
sermonis interpretatione signauimus Ut omni mixturarum tem
peratione monstrata ad specialia apotelesmatum decreta veniamus

♄ ♃ Saturnus et Iupiter simul Si Saturnus et Iupiter
unum hospitium partis acceperint et in uno loco pariter consti
tuti equabili societatis potestate iungantur Si in oportunis
genitture locis et in his in quibus gaudent signis uel partibus
ista fuerit radiatione societatis coniuncti felicitatis insignia pa
trimonii augmenta glorie comoda Uirtutis incorrupta presidia
felicem sobolem filiorum ex ista societate decernunt presertim si fu
erit diurna genitura tunc enim actus maximos tunc procurationis
officia tunc iniungunt aliene substantie potestatem Sed si eos sic
positos ex superiori loco martis minaci radiatione pulsauerit
totum hoc quod diximus inuida martis radiatione mutatur

♄ ♂ Saturnus et mars pariter Si Saturnus et mars
unum hospitium partis acceperit et in eodem loco pariter con
stituti equabili societatis potestate iungantur Si in oportunis ge
nitture locis fuerit ista coniunctio Mores hominum equabili gra
uitatis moderatione componit et omnes iam impetus mansuetis
temperationibus mitigat martis enim inconsulta temeritate audacis
improbitas et inflammati caloris ardor impatiens coniunctio sibi
saturni frigorum temperatur et mitigatis ignibus quos natura pro
prii caloris incenderat ad fingendos mores hominum grauitatem
ex adiunctis sibi frigoris societatibus mutuatur Ut martis calor
ad fingendos mores tardo saturni frigore semper hebetatur Cum
itaque saturni frigus tepefecerit calor martis et cum illius flammam
saturni ictum frigus extinxerit et temperationis moderatione
mores hominum perfecta grauitatis ornamenta perceperint Sed
nihilominus actus contrariis stellarum dissensionibus impediuntur
cum in negociis alter reuocat alter impellit Sed et nunquam quod
volunt hii qui sic martem et saturnum habuerint prospere con
sequuntur Sed semper cum tristitia animi inefficaci cupiditate solli
citi imperfecta desideriorum suorum deserunt vota Sed et uariis etiam
egritudinum discriminibus implicantur et corpus eorum assidui lango
ris continuationibus fatigat et ad nociua detrimenta corporis assidue

assidue contra illos nigri fellis concitatur exitū Sed et
cita mors opprimit patrē pariter et matrē. paterna etiam
substantia varijs lacerationibus dissipatur et fratribus per
ipsos malum semper preparatur exitiū Sed quicumq fuerint
primo suscepti aut misero mortis prosternūtur exitio aut omi
felicitatis destituti presidio fraterne glorie potestatē cū maxīa
humilitatis veneratione suscipiūt Sed ipsis difficultatibus maxi
mā et errorem grauiū sollicitudinū frequenter imponiūt Sed
hec omīa fortius conualescūt si aliquem geniture cardinem
eadem partis societate possederint Tunc .n. nūq animus
eorum mutabilibus rationū varietatis animi virtutibus sustinēt
nisi Jupiter in primis cardinibus constitutus et in his in quibus
exaltatur signis vel in domo sua vel in oportunis geniture locis
positus omnia malorum discrimina mitigantur

Saturnus et Sol pariter. Si Saturnus et Sol vniū
hospiciū partis acceperint et in eodem loco pariter cōstituti ☌ ♄ ☉
equabili potestatis societate iungantur. paternam omnem
substātiam dissipat ista coniūctio Sed et ipsi patri miserū
mortis decernit exitiū et hec mala in nocturnis genituris for
tius conualescūt. siue ī matutino siue ī vespertino ortu satur
nus fuerit inuentus. tūc patrē grauis infortuniorū cumulus
tunc. tūc misera periculorū discrimiā frequēter manent. tūc fra
tribus acerba malorū decernūtur exitia si in nocturna genitura
Saturnus et sol ista fuerint societate coniūcti Sed si ī eodē
signo constituti. istis fuerīt partiū diuersitatibus separati vt Sol
quidem paucas Saturnus vero plures hēat partes. tūc patri
cū misero calamitatis exitio male mortis discrimen indicit Sed
oīa que diximus forti malorū cōtinuatiōe proueniūt Sed et cum
his omibus malis lacerato patrimonio si nō proscripto et omi
fortune substantia dissipata extremū onus paupertatis īponit
Sed et languores ex viciosis humoribus inferūtur et vires oēs
imbecillitate fatigati corporis opprimūtur. aliorū oculos mi
serū exitiū cecitatis impugnat Sed hos ipsos idoneos agrico
las semper efficiet ista coniunctio vt illis post multū temporis
spatiū ex cultura agrorū idonea facultatū subsidia cōferat
Erunt sane ipsi hi tristicia semper obscuri Et si ī solis domo
vel ī Saturni domo Sol et Saturnus pariter fuerīt collocati glo
riosum quidem efficiunt patrem sed omni diuitiarū presidio
destitutū Ipsos vero contra patres Sol et Saturnus simul positi
parricidalibus inimiciciarum odijs exasperant Sed hos eos
dem earū infelicitatū quas diximus misera decreta semper
impugnat Saturnus et Venus pariter ☌ ♄ ♀

☌ ♄ ♀

*Si Saturnus et Venus unū hospitiū partis accepe*rint et in eodem pariter loco constituti equabili p̄tatis soci
etate iūgantur. Indignarū mulierū nuptias decernit isti
coniunctio et misera matrimoniorū infortunia semper exci
tat aut steriles aut debiles decernit uxores quarū insigne
vitiū omnē formā corporis dedecore aut gravi pulsat infami
a aut ex istis infortuniis etiā filiorū illis soboles denegatur
Sic habētes saturnū et venerem nūq̄ filios aut tarde susci
piūt Sed hi ipsi erūt frigidi semper ad venerem et ī manus
eorū animus instabili semper varietate dissentit. Hec etiā in
feminarū genituris Venus et saturnus simul positi equata ra
tionis societate decernūt Sed hec fortius convalescūt Si ī capri
corno uel in aquario saturnus et venus fuerint pariter iuncti
nam hec signa venerem semper male inficiūt presertim si satur
ni societas accesserit Tunc .n. malicia eius coniunctionis nec pre
sentia potest iovis nec testimonio mitigari

☌ ♄ ☿

Saturnus et Mercurius pariter *Si Saturnus et mercu
rius unū partis locum equata societate possederint* Vocis
sonū balba confusione ligue semper indicit aut tardo sermone fa
ciunt impedita verba proferre aut auditū gravi valitudine sem
per impugnat. et nūq̄ eorū p̄mittūt simul positi mercurius et
saturnus desideria compleri Erunt etiam in omnibus actibus fi
dei testimonio destituti Erūt etiā sic hūtes Mercuriū et saturnū
rigida mentis auctoritate durati et obstinati semper ac tristi dis
simulatione compositi Sed hi animi sui consilia alta malicie ta
citurnitate celabūt. Ingeniū vero eorū multis disciplinarū stu
diis imbuent *Saturnus et luna pariter*

☌ ♄ ☽

Si Saturnus et Luna unū hospitiū pariter acceperint et ī
eodem loco pariter cōstituti equabili societatis ratione iūgatur oēs
impetus et oēs aī cogitatiōes et oēs actus ī bella mortis trepi
datione semper impugnāt Sed et materna substātia ex ista so
cietate miseris lacerationibus dissipatur. matres etiā eorū sed
et ipōs gravi egritudinū cōtinuatione debilitant Si vero fuit
diurna genitura et sit plena luminibus et benivolarū stellarū ac
cesserit oportuā radiatio omniū prohibet improbitas Si vero
fuerit nocturna genitura et luna sit minuta seu plena. omnia
infelicitatis genera ista cōiunctio et omne malorū decernit exi
tium Sed et si testimonia veneris ac iovis pariter accesserīt
contempto salutari presidio calamitatis exitiū convalescit

de Ioue

♃ ☌ ♂

Iupiter et *Mars pariter* *Si Iupiter et mars ī unum
simul pariter fuerint collocati* In eodem signo p̄iter cōstituti
equabili societatis potestate iūgātur. maxiā decernūt insignia

dignitatum et maximã conferũt licentie potestatem faciunt
N homĩes magnarũ ciuitatũ aut magnarũ regionũ officia
gubernãtes et in maximis populis gloriose licentie potesta
tes Erũt etiã tales qui omĩa que desiderant prospere cõse
quantur cunctis. presertim si ĩ oportunis genture locis positi ul
in primis cardinibus vel ĩ X aut ĩ XI ab horoscopo loco ĩ
domo iouis aut in domo martis simul fuerint constituti. tunc
N fasces tũc N arma. tunc illis maximi cõmittũt exercitus
tunc in magnis honoribus constituti magnifice potestatis li
centiã sortiuntur

Iupiter et sol pariter Si Iupiter et sol in eodem signo ☌ ♃ ☉
pariter fuerĩt constituti et sit Iupiter radijs solis absconsus om
nem felicitatis ordinem varijs deiectionibus minuit. Si vero
Iupiter liberatus radijs solis ĩ matutino ortu constitutus eiusdẽ
signi cũ sole hospicio copuletur. faciunt substantiã vitã et ex
istis felicitatibus fructus cũ maxima etiã honoris potestate d
cernit et bono parente videbuntur esse progeniti ut ex die ortus
sui omĩa parentibus felicitatis insignia conferantur Sed et ipĩ
qui sic iouẽ et solem habuerint felices suscepta sobole gaudebũt

Iupiter et venus pariter Si Iupiter et venus ĩ eadẽ ☌ ♃ ♀
parte uel in eodẽ signo pariter fuerint constituti. honoris
insignia cũ maxima decernũt gratia venustatis. honorũ etiã
et magnorũ virorũ fidelibus amicicijs semper affectus et sic
etiã sicut diximus ante collocatus promissionũ capte persuasio
nibus virginitatem suam desiderio corruptoris addicũt Sed
ex occasione et crimina excitat et tumultus sediciose votis infer
tur et fiũt maiora periculorũ discrimina cũ mercurio mars si
erit iunctus Si ĩ saturni signo Iupiter et venus simul positi
easdem possederint partes et saturnus in vicino sit signo id est
ĩ secũdo fuerit inventus ut ipse primos cõiunctionũ muneris ue
mentis cupiat et mars lunã respiciens quamquam veneris ra
diatione iungatur saturnus etiã lũa pariter aspiciat et sol sit ĩ
MC. luna et horoscopus ĩ cancro constituti Si ĩcesto furoris
ardore et potestatis alicuius presidio subleuati matrũ suarum
cõnubia sortiũtur aut nouerca sua prospero mentis ardore cu
piditate possessi ad consortiũ thori genialis inuitant Si vero
mulieris fuerit ista genitura matrimonij gratia hec eadem mu
lier aut patri iungetur aut vitrico talem edipodem habuisse
genituram antique ferunt memorie lectionũ. fuit N horosc.
ĩ cancro Sol ĩ ariete Saturnus ĩ piscibus. Iupiter et venus ĩ aquario
Mars ĩ libra. Luna ĩ nebula cancri. mercurius cũ sole

Si in finibus mercurij luna fuerit iuncta et masculini

generis sidus acceperit presertim si in aquario fuerit inventa nec
venus ioui trigonica radiatione iungatur. Qui sic has stellas ha
buerint numquam filios sortiuntur. Si in equinoctialibus luna in
horoscopo fuerit inventa id est in ariete et libra. Jupiter vero et mars
partili societate coniuncti in MC. vel in occasu fuerint collocati venus
vero et saturnus in capricorno vel aquario constituti pariter et eun
dem partis numerum possidentes martem et iouem qualibet radia
tione respiciant. faciunt steriles effeminatos et abscisos gallos
religionum cerimoniis servientes. Si in domo veneris equata
partis societate coniuncti saturnus et mars pariter fuerint constituti
occasum vel IMC. possidentes et in diametro eorum venus in domo
martis posita saturnus et mars equata partis sit ratione con
traria. hec stellarum ordinatio eunuchi genituram nobis ostendit

♂ ☽ ☍ Si Mars et luna diametra sibi fuerint radiatione contrarii
et easdem ambo in diametro constituti partes accipiant. Venus
vero in dextro eorum quadrato fuerit constituta et venus de diame
tro saturnum respiciens per sinistrum quadratum lunam martemque
pulsaverit ut venus quidem de diametro lunam vero et martem
de quadrato respiciat et mercurius MC possederit post ex hac
stellarum mixtura aut steriles aut hermafroditi aut certe ge
♄ ♀ ☌ nerantur eunuchi

Si saturnus et venus in signo vel in finibus veneris pa
riter constituti MC possederint partes et mars ab his
alienus fuerit effectus aut pauperem ista coniunctio aut pro
vecte etatis decernit uxorem. Si vero sic saturnum et venerem
constitutos trigonica Jupiter radiatione respiciat vel si cuspis
fuerit inventus. ex isto iouis testimonio vidua quidem uxor decerni
tur sed divitiarum affluentia copiosa

♀ ☿ ☌ ♃ Si Venus in Mercurii parte cum Joue fuerit inventa so
ciatio ista adulterio cognitam decernit uxorem. Si vero his pa
riter constitutis mercurii stella ad hoc idem consortium partis ac
cesserit et hoc marito relicto quem adulterio fuerat interveniente
cum sortita ad alterius mariti rursus nuptias transit aut hoc
aut iuvenis amore capta perficiet aut pauperis cuiusdam secuta
contubitus aut ignobilis concubitus humiliat prona mentis cupi
ditate desiderans ut omissam pravi amoris illecebris inferioris
viri consortium sortiatur

☽ ☿ ☌ Si luna in mercurio partiliter fuerit inventa et Sol in horos
copo partaliter fuerit collocatus Jupiter vero in anafora horosco
pi constitutus lune trigonica radiatione iungatur. ex ista coniunc
tione clara nobilitatis decernitur insignia.

Si in MC venerem constitutam trigonica Jupiter radiatione

♃ ♀ △

respiciat vel si cum ea fuerit inventus et Venus ab omnibus malivolarū fuerit radiationibus separata. feminarū presidio ex ista coniunctione maxima felicitatis insignia conferunt. aut ex aliquo femineo opere initiū felicitatis accipiunt Sed hos eosdē facit musica carminū modos dulciter flectere aut citharā & lirā q̄ percutere aut certe molli corporis flexu cū grata venustate saltare Iupiter semper in MC partiliter constitutus misero libidinis studio ad sordidarū mulierū concubitus impellit Si vero cum eo mars fuerit inventus et ipē eandem possidens partē. uxorē eius alter violenter arripiet. Si vero his veneris accesserit stella illustribus viris de meritorio detracta mulier cōiugali gratia copulatur Si vero his omnibus Sol q̄dratus accesserit concubys patrū aut novercas suis nepharia cupiditate iungūtur et retractus patrū uxores matrimony societe cōiungunt Sed cū fuerint nuptie prava cupiditate complete pue mente mulieris fuga dissolvitur matrimoniū quod fuerat infaustis omnibus copulatum ♃ ī xe

Si Mars in MC cum Luna fuerit inventus et Iupiter in horoscopo fuerit partiliter collocatus In occasu vero Sol fuūt constitutus Iovem de diametro. martē vero et lunā quadrata radiatione respiciens. Nuptias ista coniūctio cum exitiabili certaminis conflictatione decernit. tunc gravia vulnera. minax contendentiū gladius infligit. tunc gravius pugne fatui ardoris certaminibus concitatur. tunc famosa preliorū certamina servi ardoris cupiditatibus excitātur Tunc cadentiū gemitu strepitu q̄ pugnātiū acerba profusione sanguīs contracte nuptie cruentantur Tale Paris alexander decretum habuisse suggerit cuius ex nuptys pugnarū famosa certamiā et fabulosa patrie excidia contigerunt Sed totū alexandri paridis decretū hac fuerit ratione compositū. hora fuūt a quo sol leone. Luna Scorpione. Saturnus leone. Iupiter aquario mars scorpione Venus et mercurius geminis ♂☽ ī xe

Si Saturnus et Mars in MC fuerint partiliter collocati aut hunc eundem locū in alys cardinibus constitutī quadrata vel diametra radiatione respiciant nec eorū maliciam iovis ac veneris salutaria presidia mitigarint. laboriosos pauperes misero honere paupertatis oppressos et quotidiani laboris continuatione quassatos paupe perficiet ista cōiunctio: ut quotidianis corporis laboribus misera vite alimēta querātur. Sine hunc eundem locum mars de diametro respexerit saturnū ī MC sive ī IMC aut certe ī horoscopo cōstitutū Sint q̄ omēs divino testimonio destituti cū pcedētibus malis publica carceris custodiā et ferrea decernūt vincla carceris ca ♄♃ ī xe

thenarum Si vero his sic constitutis plenam luminibus lunam iupiter clementi radiatione respexerit post multos labores et post multa discrimina liberantur. Si Mars in MC partiliter fuerit inventus et secundum ab eo signum vicino posita saturni stella possideat. laboriosos. pauperes et victum manu querentes efficiet ista coniunctio Sed et faciem eorum tristis semper vultus innubilat Sed et si in MC mars constitutus equata parte respiciat et in MC secundo signo saturnus sic sit sicut ante diximus constitutus maiora decernuntur onera infelicitatis et maiorum infortuniorum cumulus accedit Sed et numquam hi qui sic eos habuerint quod desiderant consequuntur Si Luna in labiis arietis vel in capricorno fuerit inventa vel tauri libra simili ratione possederit Mulieres quidem viragines facit Viros vero ad omnia vitia libidinum semper impellit ut misero cecitati libidinis stimulo impuri et inpudici coitus vota concipiant. Et si luna in his in quibus diximus signorum partibus fuerit collocata et has easdem partes mercurius et mars cum luna positi eadem ratione possederint et luna ad martis defluat stellam In quacumque signi parte luna fuerit inventa. ex hac parte vitium libidinis invenitur predictorum viciorum tegitur et mitigatur improbitas. Si vero sine testimonio iovis venus fuerit cum his fuerit inventa. omne vicium impudice impuritatis inditur tunc viri spontanea furoris ad horam muliebria patiuntur tunc impuro honore ardorem viciose libidinis exequuntur. Si vero fuerit mulieris ista genitura. meretricem prostituti pudoris efficiet et que corpus suum pravis libidinum cupiditatibus tradat. pudorem suum mercedis quotidiane gratia potestati lenonis se addicens et erit in publicis meritoriis prostituta etiam si recto genere videatur esse progenita

Si Sol et luna et horoscopus ita sint in genitura collocati ut nulla sibi sint omnes ratione coniuncti ut sol horoscopum non videat et luna rursus nec solem nec horoscopum similiter aspiciat. nec sint aliqua partium societate coniuncti: tanto paupertatis onere defatigat ut hi qui sic eos habuerint vario infelicitatis onere pregravati ad extremum exitium mendicitatis accedant

Si Sol et luna feminini generis possederint signa. horoscopus in femino signo fuerit inventus et in horoscopo sit mercurius positus partiliter manibus suis naturam suam putare coguntur

Si Sol et luna in horoscopo partiliter fuerint constituti aut unus horoscopum precedat et alius subsequatur ita tamen ut hoc in horoscopo fiat signo et in anafora horoscopi mars sit constitutus et saturnus marti aliqua testimonii radiatione iungatur: oculis miserum omnis cecitatis imponitur

Si Luna in MC fuerit inventa et in MC venus constituta

partili lunam radiatione respiciat Ista coniunctio incesto cupidita
tis ardore sorores fratribus iunget uxores. Si in dextro qua
drato lune venus fuerit collocata: faciet homines ad omnia officia
negotiorũ preparatos qui sibi multarũ amiciciarũ presidia conqui
rant et quos uxores fido diligũt semper affectu. et facit omnibus a
micis amabili caritate coniunctos Sed hec fortius conualescet si unũ
de duobus trigonica iupiter radiatione respiciat

Si horã in signo virginis fuerit inuentã et in eadem horã
mars et mercurius et venus partiliter fuerint collocati. Iupiter
vero in occasu collocatus piscium possederit signũ Sed his qui ĩ
horoscopo sunt partili radiatione iugant' Sol vero in anafora ho
roscopi idest in libra sit constitutus. et luna V ab horoscopo loco
capricornũ constituta possideat. Saturnus vero ĩ Viiii ab ho
roscopo loco positus signũ tauri teneat Cui sic hos omnes habuerĩt
talis erit orator ut in modũ fulminũ dictorũ et sententie proferã
tur ut pro arbitrio eius multitudinis animi aut quiescentes ex
citentur aut maesti facile mitigẽtur Alia etiam dicta eius erunt
ut hec ad augmẽtum et ad nutrimẽtũ ingenij sui posteritas cotenno
sa animositate perdiscat Talis orator apud Macedonie philippũ noĩe
armorũ vii sed orationis licentia persequbatur et ut manifestius expli
cemus hec genitura diuinũ demostheni inspirauit ingenium

Si in sagittario in finibus veneris Mars et Mercurius
et venus simul fuerint collocati et horoscopus eiusdem partis
possederit finem Iupiter vero in geminis constitutus et occasus has
omnes radiatione respiciat sit q3 illis equaliũ partiũ societate cõ
iunctus Sol vero in capricorni signo et luã ĩ V ab horoscopo lo
co constituta arietis signũ teneat ita ut in capite sit arietis In his
enĩ partibus facit cecos. Saturnus uero in Viiii ab horoscopo lo
co sit constitutus positus in leone constitutus: hec gẽitura diuinum
poetam cuiusdam carminis heroici facit ut marcios strepitus pug
narũ q3 metuenda certaminã famosi carminis nobilitate pscribat Talis
gẽitura homerũ diuinũ milia cumei carminis fecit interpretem

Si horoscopus in aquario fuit inuetus et in parte ho
roscopi Mars et mercurius et venus sint partiliter collocati In
occasu uero Iupiter positus leonis hẽat signũ et in anafora ho
roscopi Sol constitutus signũ pisciũ teneat Luna vero ĩ geminis
collocata et in V genituze loco constitutus horoscopum tri
gonica radiatione respiciat. et Saturnus Viiii ab horosco
po tenens in libre sit signo constitutus. hec gẽitura diuina
rum et celestiũ institutionũ reddit interpretem qui docili ser
mone et diuini ingenij potestate compositus celesti quodãmõ
institutione formatus uera disputationũ licentia ad oiã secreta

diuinitatis accedat · hec gemtura platonis fuisse suggeritur

Asc ♎ Si horoscopus in libra fuerit inuētus et mars et venus et mercurius in eodem sint horoscopo partaliter collocati Jupiter vero in ortasu positus · idest · in signo arietis collocatus · martē venerem et mercuriū et horoscopum diametra radiatione respiciant Sol vero in scorpione positus in anafora sit horoscopi constitutus Luna etiā in aquario · V · ab horoscopo locū teneat Saturnus vero ī · Viiii · ab horoscopo loco constitutus in geminis sit collocatus hec gēitura diuinū poetam lyra carmīs reddit qui choreas libero redimitus · sed errare religiosi carmīs moderatione componat Talis genitura pindaro et archiloco dulcissimi carmīs modos diuina ingenij inspiratione largita est

Asc i ♈ Si hora in ariete fuerit inuēta in finibus scilicet iouis et mars et venus et mercurius in eodem sint horoscopo partaliter constituti et Jupiter in libra positus · idest · in ortasu diametra horam radiatione respiciat Sol vero in anafora horoscopi positus signū tauri possideat et luna in · V · ab horoscopo loco collocata leonis signū teneat · Saturnus vero in Viiii ab horoscopo constitutus loco sagitarij habeat signū hec genitura diuinum faciat artis mechanice repertorem hic ille est noster cuius ingenio fabricata spera lapsum celi et omnium siderū cursus exemplo diuine imitationis ostendit hic est syracusanus archimenides quis meus qui romanos exercitus mechanicis artibus sepe prostrauit hunc marcellus in triumpho victorie constitutus inter omnes militū strepitus et triūphales laureas collocatus lugubri merore defleuit Sed sufficienter tibi Mauorti decus nostrū illustriū virorū decreta narrauimus · nūc ad incepti operis ordinem reuertamur

♄ i ♎ Si Saturnus in libra fuerit constitutus In finibus scilicet iouis idest in altitudine sua et in eadem parte horoscopi fuit inuētus In ariete vero venus constituta horoscopū ex ortasu diametra radiatione respiciat Mars vero et luna equata partiū societate coniuncti in ♏ · sint partaliter collocati Sol vero et mercurius in geminis constituti Viiii ab horoscopo locū teneant Jupiter vero in aquario positus et statione faciens quintū geniture possederit locū · hec genitura potentissimū regni decernit imperiū vel potentis dignitatis decernit insignia

Si in xii ab horoscopo loco idest ī cachodemone fuerit inuēta et sit in eo signo quod saturni dicitur trigonū id est in aquario aut ī geminis aut in libra Sol vero in VI · ab horoscopo loco constitutus lunā diametra radiatione respiciat similiter sint partiū societate coniuncti Jupiter vero ī Viii sit gē

ture loco constitutus laboriose paupertatis ex ista genitura et misere mendicitatis decernitur incomoda Si Luna et mars in viii sint ab horoscopo loco cõstituti idest in occasu et sint in eo signo constituti in quo martis inveniatur trigonũ idest aut in cancro aut in scorpione aut in piscibus Jupiter vero ĩ medio celi sit partiliter collocatus et eis sol trigonica radiatione iungatur. athletam faciet ista genitura sed qui sacris certaminibus victor famosa reportet insignia coronarum Venus si in feminino signo collocata ĩ occasu geniture fuerit inventa et mars in feminino siliter signo fuerit inventus. Sol etiã et luñ signa feminina possideat Cinedũ tibi hominẽ ista genitura demõstrat Si in parte horoscopi Saturnus et mars simul fuerint constituti et sit femini generis signũ et in occasu venus et mercurius positi femininũ teneant signũ vel si in MC mars et saturnus partiliter constituti femĩ habeant generis signũ calcent publicos cinedos ex genitura aut certe abscissos gallos efficiet Si vero mulieris ista fuerit genitura publicam meretricẽ nundinato pudore perficiet Si ĩ viii ab horoscopo loco Luna cũ marte simul fuerint collocati et eos mercurius in diametro constitutus partili radiatione respiciat In medio crudelitatis ardore latrones ista genitũ perficiet sed facinora eorũ pro stellarũ varietatibus invenimus Si enĩ in terrenis signis mars et luna fuerint collocati in desertis locis grassator constitutus latrocinãdo manũ profusione sãguinis cruentabit. Si vero in aquosis signis fuerint constituti: pecorũ abactores efficient insequẽtibus hominibus minaci semper gladio resistẽtes In solidis vero signis constituti famosos domorũ effractores efficient sed qui armati gladio quesẽtibus hominibus et patrimonii iacturã et varie crimen infligant Sed homines ĩ istis facinoribus cõphensi publice animadversionis severitate plectũtur Sed si Mars et mercurius ĩ MC vel in occasu simul fuerit constituti Luna vero aut in diametro eorũ aut in quadrato sit aut cum ipsis plena luĩbus. hec eadem que diximus sili ratione decernũtur Si Saturnus et venus in occasu geniture fuerint collocati In viii vero ab horoscopo loco mars fuerit constitutus. mercurius autẽ aut cũ marte aut cũ saturno et venus nec aliquẽ horũ iupiter prospera radiatione cõtueat. hec genitura aut servos faciet aut gallos Sed qui omnia impudice impuritatis vitia sustineañ Si Mars in horoscopi parte fuerit inventus et in occasu venus partiliter constituta. MCi vero partem saturni stella possideat et luñ sit ĩ MC. poita impurũ hoĩez ista genitura perficiet

♂ i 10 Si Mars in MC fuerit inuentus In femino saluet
signo et Saturnus et venus in xi sint ab horoscopo loco
constituti horoscopus uero cum ioue et luna et mercurio in
veneris signo sint constituti. Aut matres suas aut nouercas
aut matrum sorores qui sic has stellas habuerit incesta
libidinis cupiditate corrumpunt

♀ ♄ i Asc Venus cum Saturno in horoscopo constituta In quo
cumq; signo In quibuscumq; partibus posita genitura licentia po
testatis aut meretrices publicas aut prouecte etatis ducerint
uxores presertim si nulla illos iupiter radiatione respiciat

♃ ♂ i 10 Iupiter et mars si in MC simul fuerit pariliter collocati
faciunt homines precomio bonitatis ornatos et quibus semp
beate felicitatis insignia conferantur presertim si in domo iouis
uel in finibus iouis fuerit ista coniunctio

♂ ♃ ♀ i 10 Si i MC mars fuerit aut i domo sit lune constitutus
et in eo loco iupiter cum venere et marte sit pariter collocatus
et ad iouem feratur luna plena luminibus maxime felicitatis
insignia decernit ista sociatio

☿ ♄ ♂ ♀ i 10 Si in MC Mercurius Saturnus Mars Venus
pariter et luna consistant equata partiu societate coniuncti e
gestatem et onus misere paupertatis indicant et has eosdem
faciunt Ianitores ad hos obsequiu mendicatis necessitate cōpulsos
sed et filioru morte frequenti infortunioru calamitate demonstrant

♂ ♀ i 4 Si i V ab horoscopo loco Mars et Venus simul fuerit
constituti et sit luna gb in horoscopo pariliter collocata Cla
re nobilitatis decernitur insignia et regum fidus amor ex ista
decernitur societate Sed hi adulteris cognitas sortiunt uxores
Decernitur etia illis ad honoris ornatum pretexta et auree
vestes et aurearu insignia coronarum

Si in Maliuole stelle signo horoscopus fuerit inuentus
et ipa stella maliuola i xii ab horoscopo loco posita hoies
faciet caniu morsibus dissipari et si xii ab horoscopo locus
i maliuole stelle sit signo constitutus et ipa maliuola stella cu
ius ee domicilu diximus xii saluet loci In vii ab horoscopo
loco idest in occasu sit constituta hoc idem mortis discrime
indicit nisi flebile mortis exitu et grauia infortunioru metu
enda discrimina bonu testimonium iouis pariter ac veneris
salutari numinu suoru presidio mitigant

♂ ☽ ☉ Δ Si in Trigono martis Luna et Sol simul fuerit constituti
idest aut in cancro aut in scorpione aut in piscibus et ipse
mars aut i MC aut in occasu fuerit inuentus. assidue pere
grinationis decernitur incomoda et in extraneis regionibus

et in peregrinationibus constituti extremum oplent vite diem
Si Mars cum horosc. pariter in trigonis suis fuerit inventus
id est aut in cancro aut in scorpione aut in piscibus et horosco
pi partibus mars et venus cum mercurio in occasu fuerint consti
tuti et sint marti equata partium societate coniuncti. hi qui sic
has stellas habuerint uxorum suarum mali interfectores existunt
Si horoscopus in signo veneris fuerit inventus in eodem
horoscopo venus sit partiliter collocata Mars vero et luna in
occasu sint signo martis pariter constituti In finibus scilicet mar
tis Mater geniture eius gladio percussa morietur
Si Luna in MC fuerit inventa et in MC saturnus et mars
et iupiter sint pariter constituti his qui sic habuerit patris
laboribus retractus grave iugum captivitatis accipiet
Si Luna in MC fuerit inventa et cum ea mars et saturnus
constituti equata partium societate iungantur aut sequestres aut
ministros turpium libidinum questu vite illis presidia comparentur
Si Saturnus in VI ab horoscopo loco fuerit inventus et venus
et mercurius in XII ab horoscopo loco sint constituti et hi omnes
diametra se radiatione pulsantes equata partium societate iunga
tur. filias suas inceste cupiditatis ardore ad contentionem thori
genialis associant Sed et si venus et mercurius et iupiter
domicilia sua mutaverit hoc idem simili ratione decernunt
Si in XII XI ab horoscopo loco venus et mercurius et
iupiter et saturnus simul fuerint constituti et omnes equata
partium societate iungantur uxores sic positi ancillas potentissimo
rum divitum decernunt
Si saturnus et venus in MC sint partiliter constituti et eos
iupiter nulla radiatione respiciat et sit mulieris ista genitura
cum eunuchis vel cum sterilibus viris inefficaci libidinis cu
piditate concumbit
Si in V ab horoscopo loco vel in XI venus et iupiter
pariter sint et eos nulla stella ex alia parte respiciat dif
ficiles nuptias aut graves decernunt ex nuptiis simultates
ut semper acerbis dissensionibus implicati iurgia lites si
mul maligne simultatis exercent
Si Mars cum horosc. equabili partium societate iungantur in
domo iovis fuerint constituti et martem et horoscopum sat
urnus trigonica radiatione respiciat et luna sit in novissimis
horoscopi partibus constituta. hi qui has stellas habuerint
aut cum matre aut cum noverca concumbunt Si vero mulieris
sit ista genitura. aut cum patre suo aut cum vitrico suo incesta li
bidinis cupiditate coibit et erit nihilominus ista mulier casta

omnem libidinē vitio prostituti pudoris impatiens Si vō
saturnus in v· ab horoscopo loco fuerit inuētus et mercu
rius cū venere ī xi ab horoscopo loco sit· prīuignarū nup
tias cū fama faria vl' nefaria cupiditate decernūt
In quocūq; saturnus cardine fuit inuētus et sit in diame
tro positū p̄ mercurū minaci radiatione respiciat ex ista ra
diatione filiorū soboles denegatur
Si sole in horoscopo constituto mars et saturnus in anafo
ra horoscopi fuerit īuentus In dextro oculo viciū aliqđ infligūt
Si vero luna sit ī horoscopo constituta et in anafora horos
copi mars aut saturnus fuerit inuētus hoc idem viciū sinis
tro oculus accipiet Sed hec in nocturna genitura Sed si ī ocā
luna fuerit inuēta et sol sit in horoscopo constitutus Saturnꝰ
vero viiii ab horoscopo locū teneat et mars sit ī xi ab ho
roscopo constitutus et lunā in vi loco ab horoscopo constitutā
diametra radiatione respiciat · Saturnus uero et sol partili
societate coniūcti in viii ab horoscopo loco sint constituti· mi
serum exitū cecitatis infligunt Sed et si luna ī imo celo fu
erit inuēta et saturnus et sol et mars ī viii ab horoscopo lo
co constituti lunā trigonica radiatione respiciāt: cecitatē et debili
tatem in corporis misera mēdicitate decernūt · Sed et si saturnus in
xii ab horoscopo loco sit inuētus et sol et luna et mars simul
positi saturnū trigonica radiatione respiciant cecitatem etiā ex
ista societate decernūt · Sed et si sol et mars in viii ab horos
copo loco fuerint constituti et in diametro eorum in hūano signo
collocati luā cum saturno fuerit inuenta et hec radiatio cecitatē
cū corporis infirmitate decernit · Sed et si Saturnus in occasu sit
constitutus et mars in horoscopo Sol vero sit ī anafora horoscopi
positus ī vi ab horoscopo loco luna sit constituta processu temporis
cecitas valitudine suffusionis vicio afferūt cecitatē Sed et si lu
na in horoscopo fuerit constituta et sol sit ī vii ab horoscopo loco
idest in occasu positus maximū viciū oculis affertur
Si in ocā Mars fuerit inuentus et Saturnus in xi ab
horoscopo loco sit constitutus Sol uero in viii sit horoscopi et
lunam ī viii ab horoscopo loco constitutā · diametra radiatione
respiciat extincto vno oculorū et unius oculi reseruatur
Si Mercurius et luna simul fuerīt constituti et sint equata
partiū societate coniūcti et in sinistro quadrati latere martem hēant
et venerem constitutos aut corpus acuto capite deformāt aut ocu
lorū aciem peruersa luminū compositione dedecorant aut ceruicē
nunc facient latere deflexam
Si Sol fuit in horoscopo inuētus et in ioā sit saturnus constitutꝰ

et dextrū trigonū ab horoscopo luna possideat etiā ista cō
iūctionis sociatio periculū cecitatis infligit Sed et si in tro
pico signo Saturnus et luā simul fuerint constituti et in
diametro eorū mars et sol sint partiliter collocati et ex ista
coniūctione oculis periculū semper affertur Sed si sic collo
catus iupiter ī MC fuerit iūctus omnia pauptatis relaxat
incomoda Sed et si in MC saturnus et luna fuerint iūcti
et sol et mars ī viii ab horoscopo loco sint constituti etiā sic
miseria decernitur cecitatis Sed et si sol in horoscopo fuerit
iūctus et in anafora horoscopi sit saturnus constitutus Luā
etiam ī MC posita mars ī xi ab horoscopo loco inueniat' etiā
sic miseria decernit' cecitatis Sed et si sol in horoscopo et
saturnus fuerit iūctus et in anafora horoscopi sit saturnus
constitutus luna etiā in MC posita mars ī xi ab horoscopo loco
inueniātur etiam sic misera decernitas decernit' cecitas
Si in tropico signo Sol et luā sint synodica ratione con
iūcti et sit luna omni luminis splendore priuata et cū his
mercurius maximā sapiētiā et preclarū ingeniū et multarum
rerū scientiā cū oculorū cecitate et cū corporis d'bilitate d'ernūt
Si Luna et saturnus et mars in equinoctialib' signis sit
pariter collocati notis quibusdam totū corpus īmaculāt
aut albis varietatibus dedecorāt aut certe corpus hominum
possidebit serpens mollitor inpetigo aut minutis squamis ca
dentibus exasperati corporis forma mutatur hominē scabie
diuturna quassabit aut leprā certe inhonesta figuratione decer
nūt Si Mercurius aut saturnus et sol ī vii ab horos
copo loco idest in occasu simul fuerint collocati ī vii ab ho
roscopo loco luna cū marte equabili sit partis societate cōiūcta
aut claudos reddūt aut amputatis maībus debiles aut certe
faciūt insanos caduco mētis vitio laborātes Nunc tibi Ma
uorti decus nostrum decretū ioculare monstrabo cuius instruc
tus exemplo etiam similes poteris definire genituras Ille
deformis ac debilis grecus cuius conflati corporis formā diui
nis nobis homerus carmībus intimauit Quem cū omniū ter
sit vir sapiens seuera obseruatio iurgatione castigat hoc
habuit decretū ratione compositum
Horoscopus si fuerit in aquario constitutus In capricorno
idest ī xii ab horoscopo loco Sol et saturnus equata partis so
cietate ptāte cōiūcti Iupiter vero et in horoscopo et in anafora
horosc' positus et mars ī viiii ab horoscopo loco cum luna li
bre possederit signū Mercurius vero et venus in horoscopo
idest ī aq̄rio fuerīt constituti hoc decretū nobis genitura thersi

tem monstravit imbellis et debilis ridiculus et garrula ver
bositate semper impatiens. Hec itaque omnia prescripta nobis geni
tura demonstrat.

Si Venus in capricorno constituta fuerit in diametra satur
ni radiatione perveniat, facit tales quos uxores sive omnibus ge
neribus exercentur et corpora eorum hircini odoris tristem illu
viem desudant gravibus humoribus evaporata erunt. Etiam ipsi
execrati coitu et ex venereis libidinibus semper infames homi
num et tales qui promiscue libidinis vitiosos concubitus proiec
ta mentis cupiditate desiderent. Sed hec ex aliqua parte iupi
ter mitigat. Si Venus trigonica radiatione respexerit aut ex
istentibus teterrimi odoris tantum tergit illuviem.

Si Luna et Saturnus et Venus in VII ab horoscopo loco
id est in occasu sint collocati, cum effeminati corporis mollitie
cinedos efficient qui veterum fabularum exitus in scenis semper
saltantes imitentur, presertim si hi quos diximus constituti
in MC positis Mars quadrata radiatione respexerit. Impuros
faciet et ad omne libidinose vitium cupidinis applicatos et qui
semper cum uxoribus suis impuro aut impudico coitu iungantur.
Si vero hos omnes sic positos illos in occasu et partes in MC
iupiter quadrata radiatione respexerit, cum his omnibus vitiis
etiam puerorum amatores efficiet.

Si iupiter et Saturnus fuerint et Venus in MC pariter
constituti equata sibi partis societate iungantur et in IMC
Mars constitutus omnes hos diametra radiatione respiciat,
faciunt puerorum amatores. Sed qui hoc libidinis vitium propria
corporis compescent iactura.

Si in VII ab horoscopo loco id est in occasu iupiter et Venus
et Saturnus simul fuerint collocati, ex morte uxoris hereditas
confertur. Sed hi ipsi gravi erunt egritudinis continuatione
quassati et filiorum illis difficile decernitur soboles.

Si Mercurius in MC fuerit constitutus et cum eo sint
Venus Saturnus et iupiter constituti, peregrinas quidem
uxores decernunt sed magna divitiarum affluentia copiosas.

Si Saturnus fuerit in horoscopo constitutus, Mercurius vero
et iupiter in VII sint loco ab horoscopo collocati, filios de
negat. Sed si commutata fuerit ordinationis ista compositio, id
est si in horoscopo fuerit iupiter et Mercurius, prius hos in oc
casu positos Saturnus diametra radiatione respiciat, hoc idem
simili ratione decernitur.

Si in MC Mercurius et Venus simul fuerint collocati et
Saturnus medii coeli possidens partem hos eosdem diametra radia

tione penetret pervaiat Mulierem provecte etatis decernit ux
orem Sed et ipe cu uxore sua impuro coitu miscentur
Si in MC venus fuerit collocata et ei Saturnus in MC
equata parte societate iungatur Luna vero in IMC constituta
hos eosdem diametra radiatione respiciat aut steriles aut cer
te provecte etatis decernit uxores Et ex ista matrimoniorum
copulatione filii inpetitum denegentur
Si Mercurius in V ab horoscopo loco fuerit constitutus
et cum eo Mars equata sit partis societate coniunctus sic positi so
rores aut exsorores decernit Si Saturnus in vii fuerit
constitutus et ei sic posito iovis et martis in eodem loco societas
accedat. Faciunt omne tristicie genus ab uxoribus compariri nec
nunquam illis leticiam gratie coniugalis indicat
Si Venus in vespertino ortu collocatum in occasu sit id
est in VII ab horoscopo loco et venus sic posita Saturnus
sit in MC parte constitutus viros ad venerem languidos facit
sed et feminas veneris cupiditate sopitas et omni extincta li
bidinis substantia frigidas faciet semper ad coitum
Si in MC Mars et luna equata sint partis societate con
iuncti et cum his venus et mercurius pariter constitutus dia
metra radiatione respiciat Decretum hoc in viri genitura pub
licos gallos efficiet mulieris vero meretrices reddit omni
pudoris presidio destinatas
Si Saturnus et iupiter in IMC sint pariter constituti aut
si sint in occasu idest in vii ab horoscopo loco collocati ex infor
tuniis filiorum grave tristicie ponderis indicant Et si cum his
mercurius in isdem locis fuerit inventus et venus in eodem
loco posita equata illis partis societate iungatur Mulieres qui
dem steriles efficient et mares virilibus cupiditatibus destitutos
ab omni coitu separabunt Si vero sint sicut diximus in tropicis
signis positi faciunt naturale mulieris corpus incorrupto aditu
glutinatum Si vero cum his omnibus etiam mars fuerit inventus
abscisos gallos facient sacrorum cerimoniis servientes
Si Mars et luna pariter inventi In horoscopo sint con
stituti et his sic positis Mercurius MC possederit partem et
Saturnus in occasu positus illos diametra mercurius vero qua
drata radiatione respiciat filios in tenera etate constitutos et
adhuc in sinu nutricum vagientes satis immaturis faciunt casibus =
// interire
Si Mercurius in IMC fuerit constitutus
et ei Mars saturnus et venus equata partium societate iungan
tur Faciunt sic positi filios ante conspectum patrum miseris et
acerbis mortium necessitatibus interire

Si Mars in IOC fuerit inuentus, in occasu vero sit saturnus constitutus et in horoscopo constituta marte de quadrato saturno vero diametra radiatione coniugatur ex ista societate mors citra ppatitur uxori

Si in occasu id est in vii ab horoscopo loco iupiter fuit inuentus in horoscopo vero mars et mercurius equata sint partis societate compositi filios denegabunt. Sed et si mercurius et iupiter in cardinibus constituti diametra se radiatione respiciant venus in horoscopo sit alius in occasu vel unus in OC et alius in IOC masculos filios miseris mortui faciunt atrocitatibus interire. Sed et si mercurius in aliquo cardine constitutus in contrario cardine saturnum positum diametra radiatione respiciat et ex hoc filiorum soboles denegatur

Si in tropicis signis vel duplicibus sit horoscopus constitutus et in parte horoscopi Mars et Mercurius equata sint partis societate coniuncti. Iupiter vero horoscopum et hos diametra radiatione respiciat aut epilenticos aut certe faciunt prepostera mente semper insanos

Si Venus fuerit in horoscopo partiliter constituta et Saturnus in IOC positus veneri quadrata radiatione iungatur faciunt homines templorum obsequiis deputatos qui latenti diuinitatis in sinctu mutato mentis ordine et instantis religionis potestate possessi instantibus hominibus futura predicant ut illis ex ista conuersatione quotidiane vite augmenta querantur

Si in virgine sit horoscopus constitutus et in eodem horoscopo iupiter mars et mercurius et venus sint collocati. Saturnus vero in piscibus id est in occasu hos omnes quos diximus diametra radiatione respiciat et Sol in anafora horoscopi constitutus signum libre possideat. Luna vero in aquario sit posita et omnes in suis sint finibus constituti id est Iupiter. saturnus. mars. mercurius et venus ex ista genitura decretum potentissimi imperatoris ostenditur

Si Mars fuerit in horoscopo constitutus et Luna aut ad martem feratur aut ab eo defluat. vite humilitatem. grauia valitudinis vitia et acerba periculorum discrimina et misere calamitatis mersus ex ista coniunctionis societate iungitur. Sed si in occasu mars fuerit inuentus et ab eo defluat luna hec eadem simili ratione perficiunt

Si [illegible]

fuerit constitutus et cum eo horoscopus equata sit partium societate coniunctus. Mars vero et saturnus et iupiter et in oportunis genituræ locis positis trigonica se radiatione respexerint facient tyrannos crudeles. terribiles efficaces reddunt qui in homicidiis necibus et in miserorum penis crudeli semper feritate grassentur

Si Luna in horoscopo fuerit inuenta et eam in occasu
idest in VII ab horoscopo loco aut saturnus constitutus
aut iupiter diametra radiatione respiciat Eius qui sic eos
habuerit conscientia latenti homicidio polluetur
Si in occasu idest in VII ab horoscopo loco In Tropico
scilicet signo Sol et mars et mercurius equa sint partium
societate coniuncti homicidam latronem humano semper cruore
perfusum et omni genere crudelitatis armatum stellarum ista so
cietas efficiet Si uero Saturnus cum his fuerit inuentus
ipse nobis exitum mortis ostendit Nam istis facinoribus depre
hensus seuera ad animaduertentis sententia patibulo suffixus in
crucem tollitur Si Iupiter
fuerit in quibus est andromeda constituta et saturnus con
iunctione lune uenientis excipiat Ex ista coniunctione maxima infeli
citatis decernuntur incomoda Quod si sic lunam sicut diximus positam
mars diametra radiatione respexerit faciet homines sceleratis
cogitationibus deprehensos in crucem tolli Si
constituta et eas tauri partes teneat in quibus
sunt pleiades posite et sit luna plena luminibus et mercurius et
mars aut circa sint equata partium societate coniuncti aut de quadra
to latere superioris effecti minaci eam radiatione respiciant
qui sic eos habuerit a latronibus captus peribit sed minacis
gladii mucrone percussus Sed si uenus in tauro cum horoscopo
fuerit inuenta et lunam in occasu constituta plena luminibus quadrata ra
diatione percutiat hoc idem quod diximus simili ratione perficiet.
Sed si horoscopus in tauro fuerit inuentus et mars in leone constitutus
ex idest occasu horam minaci radiatione respiciat gladio faciet interire
Sed et si horoscopus in libra fuit inuentus et in capricorno
mars idest in occasu horam de quadrato minaci radiatione re
spiciat etiam sic percussos gladio faciet interire Illud autem scien
dum est quod si in ariete horoscopo posito vel in scorpione: mars in
occasu uel in medio celo fuerit inuentus cum leui testimonio beniuo
larum nihil mali decernit presertim si fuerit nocturna genitura Mars
enim domum suam semper tutatur et numquam eam in occasu positus euertit
Si fuit constitutus uel in occa
su sunt saturni domicilia constituta sic quod ipse saturnus in occasu positus
faciet homines ydropicos interire Si vero hec que diximus
signa habuerint horoscopum et mercurius sit in occasu positus ho
mines veneno faciet interire. Si vero in his signis horosco
pantibus Iupiter in occasu fuerit inuentus Inter pocula et mensas
et inter letos conuiuarum strepitus ex auiditate aut ex nimio po
tu mors repentina decernitur Si vero in his signis quibus diximus

horosc. Mars et Sol in IC fuerint constituti aut gladio pe
rimuntur aut flagrantia ignis exuruntur. Si venus in his sig
nis horoscopantibus luna in OC fuerit inventa sacris egritudinibus
quassatos faciet interire. Si venus
in IC fuerit inventa aut viciosis humoribus oppressos aut
torrentibus undis submersos faciet vite munus implere. Si in
VIII ab horoscopo loco mars et mercurius simul fuerint collocati
malos fures efficient qui res alienas prava mentis cupiditate de
siderent et qui furore mentis inmodico et avaricie vitio possessi
alie na patrimonia iniustis semper desideriorum cupiditatibus
insequantur. Si Sol in horoscopo fuerit inventus et luna
in occasu posita Saturnus vero et mars aut cum sole sint aut
cum luna pariter collocati. aut una malivolarum stellarum aut cum sole
aut cum luna constituta alia malivola stella de sequentibus cardinibus
unum cardinem teneat hi qui sic eos habuerint. exponentur
Si Mars fuit constitutus et in medii celi pte
mercurius positus quadrata marti radiatione iungatur. publi
cos ac malignos accusatores efficiet Sed et si mercurius in occasu
fuerit inventus et in imo celo mars collocatus mercurius quadrata
radiatione respiciat latrones perficiet sed qui frequenter
humano sanguine cruententur. Si Mars
fuerit inventus et in quacumque cardinis anafora saturnus fu
erit collocatus Luna vero et iupiter in deiecto sint loco pariliter
constituti Tam diu vivunt qui nati fuerint quam diu iovem luna cito
transeat cursu. Si vero luna cum iove fideli fuerit radiatione
coniuncta tam diu vivit quam diu saturnus p'nium occurrentem sibi tran
seat cardinem Si vero instabiles fuerint lune radii tot diebus
vivunt sicut ante diximus quot diebus luna cum iove fuerit iuncta
Si vero sicut diximus Mars et saturnus positus et ioue in deiec
to loco constituto in principali cardine luna fuit constituta idest in ho
roscopo et marte. oligochronios cum malo discrimine mortis efficient
Si vero in OC saturnus fuerit inventus et luna in IC constituta
Saturno diametra radiatione iungatur; mars vero aut in occasu
constitutus aut in medio celi lunam minaci radiatione respiciat e
quatis lune possidens partes statim veri angustias rupit partus
occurrenti sibi tradita morti et si sol in horosc. fuerit inventus
et luna in occasu constituta. diametra soli radiatione iungatur
et mars aut saturnus cum uno eorum fuerit constitutus idest aut
cum sole aut cum luna aut cum uno existent alius quemcumque alium car
dinem teneat qui natus fuit exponetur. Si sol in VII ab
horoscopo loco fuit inventus et in XII ab horoscopo loco saturnus
nus positus solem diametra radiatione respiciat sed et luna et

mars in xii ab horoscopo loco cum saturno equata partiũ soci
etate cõiũcti solis etiam per ipsi diametrũ opponãt faciũt de
biles paraleticos quorũ soluta compagine neruorũ omẽ cor
pus fractis ac dissipatis uiribus dedecoret. Si saturnus
et mars et luna pariter constituti equata partiũ societate
coniũcti in xii sint loco ab horoscopo constituti et eos iupiter
trigonica radiatione respiciat aut in occasu saliret aut in iiii ab
horoscopo constitutus. Sol uero horoscopũ partiliter teneat tyrã
num nobis ista genitura demonstrat. Si in xi ab horoscopo
loco mercurius venus saturnus et mars equata fuerint
radiatione compositi faciũt luxuriosum qui profusis sumptibus
et lasciuis cupiditatibus implicatur. Si in v ab horos
copo loco Mars et mercurius pariter fuerint collocati et hos
saturnus effectus quadrata radiatõe respiciat aut si cum ipsis po
situs equata sit partiũ societate cõiũctus. falsarios facient aut
qui pecunias publicas flaturarũ adulteras artificiis imitentur.
Si uero his positis aliquo consensu annuiat luna in posterius la
trones homicidasque perficient. Si vero mars et mercurius
v ab horoscopo locum teneat et luna aut saturnus minuta aut
certe mercuriũ aut martem plena diametra radiatione percutiat
propter falsi crimen publice decernũt mortis exitũ ut in isto
deiectus crimine seuera iudicis animaduersione plectantur. Si
iterum sole in horoscopo constituto et cũ eodem mercurio collocato
Saturnus et mars in occasu positi solem diametra radiatione re
spiciant. Tal facient in falsi crimine comprehensos in crucem
tolli. nec hoc periculũ bonũ poterit iouis testimonium mitiga
re sed contento eius salutari presidio maliuolarũ stellarum
minaces radios bifariã publice decernũt mortis exitum.
Si in horoscopo partiliter saturnus et mars fuerint col
locati et in occasu Sol et mercurius pariter positi diametra
radiatione respiciant ex ista radiationis societate aut pes
amputatur aut manus. Sed postea cum ista fuerint corpo
ris laceratione confecti etiam miserũ inueniũt mortis exitũ.
Si in eodem signo horoscopi pars inter saturnũ et martẽ
media fuerit inuenta. Lugubre infortunium monstrat flebile casũ.
Nam intra matris viscera impedito partu laniatum pecus
miseris lacerationibus dissipatur ut sic aruiatis visceris partibus
mẽbra omniã crudelis artificii presidio proferatur. Si luna in
duplici signo constituta ixc possederit partẽ et sit saturnus
in occasu constitutus et in ixc mars. Caducos efficient et
si luna synodica cum sole fuerit et si cũ ea mars pariter cõstitu
tus et luna cũ sole et marte ixcĩ partẽ teneat et sit mars in

matutino ortu constitutus et saturnus aut cum his aut in occa
su fuerit positus caducos simili ratione perficient qui in sano
mentis furore incitati rectum perdant ordinem vite Si vero
marte luna et sole sicut diximus collocatis saturnus in oc̄
fuerit inventus et eos in ioc̄ constitutos diametra radiatione
respiciant vicio mentis oppressos et per precipicia iactatos exci
piet misere mortis exitum Sed et generaliter semper Si vero in
duplicibus signis mars et saturnus pariter constituti in occasu
pariter fuerint inventi : hec eadem simili ratione decernunt
Sed si saturno et marte in occasu positis luna in horoscopo fu
erit posita hec eadem simili ratione decernunt Si horos
copus cum sole in geminis fuerit inventus et in oc̄ id est in
piscibus luna fuit collocata In ioc̄ vero id est in virgine mars
constitutus occasus cardinem teneat ita ut duplicibus signis con
stituti toto genituree cardine teneant Caducos ex ista societate per
ficient Si in duplici signo iupiter collocatus si in medio celo car
dinum teneat et cum in ioc̄ saturnus positus diametra radiatione
respiciat et luna saturno societatis coniunctione iungatur ab extra
neis adoptati hereditatis titulo patrimonium querunt ut fuit
eorum legibus filii quibus natura filios denegarat Si in oc̄
mars et saturnus et venus equata sint partium societate coniuncti et
his quatuor mercurius testis accedat . meretrices efficient que
detrimento nundinati pudoris et prostituti corporis gratia miserum
questum per dies singulos querant Si vero masculi fuerit
ista genitura effeminati furoris ardore mulieribus impliecabitur li
bidinum vitiis Si in horoscopo Sol et mars simul fu
erint inventi et in ioc̄ saturnus positus quadrata eos radia
tione respiciat Luna vero in oc̄ collocata Saturnum per diametrum
Solem vero et martem respiciat per quadratum parricidalia parentum
circa filios odia semper exagitat Si mars in horoscopo fu
erit constitutus et in VI ab horoscopo loco iupiter sit collocatus
et luna cum mercurio et venere medii celi partem equata coniuncti
onis societate possideat Ex ista coniunctione preclare nobilitatis de
cernuntur insignia Si hora maritete fuerit inventa et illic
mars saturnus pariter et venus Sol etiam illis in eodem signo :
ancillam aut anum decernit uxorem aut certe humilem et
omni dignitatis presidio destitutam Et si sic positis mercurius
accedat aut meretrices publicas aut matrimonium tori genia
lis adducunt Et si his omnibus sic sicut diximus constitutis
in oc̄ luna fuerit inventa incesto furoris ardore et nepharia
mentis cupiditate obsessos ad filiarum concubitus venire com
pellunt Si mars et Sol in tropico signo constituti in

occasu fuerint inventi et his tertius in eodem loco mercurius
accedat efficiunt latronem sed qui in peregrinis locis exercens
latrocinia humano sanguine cruentetur. Sed his ysdem eodem
tenore ex ista stellarum societate detectis severi animadversi
one percutit. Si in xi ab horoscopo loco mercurius et lu
na et venus pariter fuerint collocati et sit femininum cancri
signum mars eos trigonica radiatione respiciat musicos faciet
qui lyre vel harenarios vel herenerios dulci semper modula
tione percutiant. Si in horoscopo mercurius et mars et ve
nus et luna simul fuerint collocati vel in MC saltatores pan
tomimos efficient gratia venustatis ornatos. Si vero hos Iu
piter sic collocatos prospera radiatione respiciat his ipsis gloriam
ex populari iudicio largitur presertim si istis sic positis satur
nus bonum testimonium comodarit. Si in xi ab horoscopo loco
Luna cum sole synodica fuit iuncta et cum his sit Iupiter pariter
constitutus horoscopum vero saturnus et mars diversa radia
tione respiciant ut unus de quadrato alius de diametro et un
ipsorum idest aut saturnus aut mars in equinoctiali sit signo con
stitutus elephantie longam aut diurnam egritudinem usque
ad diem decernunt ultimum vite. Si in parte aquarii humiliter
saturnus aut luna constituatur aut mars et hanc eandem
partem de diametro saturnus respiciat filios faciet a parentibus
separari. Si luna in tauri pleiadibus fuerit inventa aut
in nebula cancri aut in Iuba Leonis aut in fronte scorpionis
ab viii scilicet parte usque ad x. in sagittario aut in spinis capri
corni aut in lino piscium aut in capite arietis et sit minuta luminibus
idest in omni splendore luminis erogato et eam aut saturnus
aut mars aliqua radiatione respiciat cecos efficiet. Si vero
in his signis et in his in quibus diximus locis aliquem geniture
cardinem teneat omni oculorum substantia dissipata miserum discri
men cecitatis affertur. Si vero sit luna plena luminibus et adhuc
augmenta splendoris accipiens cecos quidem non efficiet sed aut
vicium aut valitudinem aut cicatricem aut notam in vultu semper
infligit ut faciem inhonesta specie indedecoret. Si Iupiter
et mars in MC fuerint pariliter inventi et in iii ab ho
roscopo loco mercurius et venus equatis in partibus societate
coniuncti. VIII vero ab horoscopo locum saturnus teneat Sol
vero sit in geminis Luna autem aut in domo sua aut in altitudi
ne sua sit posita hoc decretum heroem virum fortem homicidam
que perficiet cui victrix dextera acies hostium eximia eorum strage
perficiet. Si horoscopus in tauro ditropico signo fuerit in
ventus et luna in xii sint loco ab horoscopo constituti Iupiter

vero et mars equita sint partiū societate coniūcti in ioc̄e cardi
nem negant Mercurius et venus in equatis partibus cardinē
oc̄e possideant maliciose meretricis animū demonstrat ista ge
tura ad alios concubitum plurimos inuitet et gratia venus
tatis sed hec per loca peregrina ducetur et erit frequētibus cau
sis et frequētibus et magnis accusationibus implicata · accipiet
etiam eam publica custodia et crebras perturbationes et crebrio
res iniurias sustinebit · Abortabit etiam filios geminos Sed
hec questus et libidinis causa pudorem suū et duobus fratribus
inquinabit · et ad coitum suum patrē pariter inuitabit et filiū
Omnia enī hec īmodico ardore libidinis effrenate pecunē cum
cupiditate perficiet Sed cum medie etatis intrauerit tempus tūc
reuertetur ad patriam et iuuenem peregrinū pauperem indig
num ad consortiū sibi thori genialis associat ei et iuncul͞o
manumissioni copulata usq; ad diem vltimū vite suū miserane
cessitate perueniet Expositis his omnibus que mixtura tem
perationis ostendit et diligenti ratione compositis ad finem libri
huius Mauorti decus nostrū properatio Sed est adhuc qd
ad plenā operis huius substātiam requiratur Quod tibi nunc
verissima expositione monstrabo Aliter enī ad secreta mathe
seos venire non possum usq; Vii habebit liber et ad spe
ram barbaricam quam viii tibi corpus ostendit nisi omnia pri
us que ad fundamēta totius scientie pertinent · diligenti fue
rint tractatione collecta Ostendemus itaq; quid in quo loco
et quatenus debeas querere Neq; n· parētes et parētū vitam
ab horoscopo loci quadratus ostendit nec coniugem vii nec filios
qui nec amicos Lii nec valitudinis vi Cuncta itaq; omnia dicturos
nos esse promisimus accipe rationem plenam veritatis et fidei vt
hec omnia diligenti possis ratione colligere ne placitis definitis omni
patus fidem integram veritatis amittas Patris itaq; locum ptili
ter hac ratione semper inuenies

De Loco patris Si Locum patris partili volueris ra
tione colligere et sit diurna genitura Computes a parte solis
usq; ad partes saturni / omnem partiū numerū omniū scilicet signorum
que a sole usq; ad saturnū sunt et cum integram numeri feceris su
mam , ab horoscopi parte incipiens · hunc numerū qui completus
fuerit signis omnibus diuidens · reddens t xxx pro singulis signis
et in quo signo nouissima pars ceciderit ipm̄ tibi signū locū patris
monstrat In nocturna vero genitura a saturni parte usq; ad solis
computes hoc idem faciens Cum itaq; sollerti computatione sig
num patris demonstrans in veneris signis ex natura ipsius signi
patris substantiam figurabis Respice etiam quatenus hoc idem

vehiculo

signū beniuolarum stellarum radys ornetur Si .n. in horos
copi signo aut beniuole stelle fuerint aut prospera illud ra
diatione respexerint : patris felicitas inuenitur Si vero mali
uole stelle hoc idem fecerint omīa nobis de patre contraria
nūtientur Inspice etiam hoc ipsum signū vtrū beniuole stel
le sint an maliuole et quatenus domin⁹ ipsius signi in geni
tura sit collocatus vel in quo signo vel in quibus finibus et
in primis annis an in secundis cardinibus assistat et in qui
bus gaudet locis : an in pigris atq; deiectis Ex his .n. oib⁹
inuenies qualis genture pater fuerit Si itaq; iouis sig
num fuerit in quo patris inuenitur locus Iupiter aut in ipō lo
co sit constitutus vel in quibus exaltatur signis vel in primis
cardinibus vel in v. vel in xi loco et sit addens ad numerū
et in matutino ortu constitutus respiciat q; locū de trigono uel de
exagono : patrem ostendit felicibus ornatū dignitatis insignib⁹
Si vero iupiter aut in secundis cardinibus fuerit aut ī deiectis
et pigris locis aut retrogradus aut radys solis absconsus : me
diocrem patrem fuissē demonstrat Si vero hui⁹ signi in quo
locus patris fuerit inuentus domina uenus fuerit querendū
est quod sit in illo loco stella veneris collocata Si .n. aut ī ipō
loco fuerit aut in primis cardinibus aut in his in quibus gau
det signis aut in quibus exaltatur aut in v. ab horoscopo aut
in xi loco et sit matutino ortu sed addens ad numerū et in his
constituta locis vel in signis locum patris prospera radiatione
respiciat : patri maxima honestatis decernit insignia et maxi
mam gratie uenustatem Si uero in deiectis locis fuerit et in
his signis in quibus humiliatur aut retrograda aut radys solis
absconsa : mediocrem patrem nobis ostendit Si uero in signo
mercury locus patris fuerit inuentus Quere quo sit in loco mer
curius collocatus Si .n. aut in ipso loco fuerit aut in altitudīe
sua aut in alia domo sua aut in partibus suis et in ipsis in
quibus gaudet cardinibus et locis et sit in matutino ortu et
addat numerum : faciet patrem omnibus negociorū officys ap
plicatum et cui frequēter lucra maxima conferātur et qui fili
os suos tenero diligant semper affectu Si vero mercurius
idest dnm paternj loci beniuolarū stellarū prospera radiatiōe
adiuuerit : maiora in his que diximus consequetur augmēta
Si vero fuerit mercurius in deiectis locis aut in his in quib⁹
non gaudet cardinibus aut in humilitatibus suis et sit retro
gradus aut radys solis absconsus : precedentis felicitatis de
creta mutātur Sed omīa que diximus tenuiter patri et me
diocriter conferūtur . Si in saturni signo locus patris fuit īuet⁹

Quere quo sit in loco genture saturnus constitutus Si .N. fuit
diurna genitura et saturnus in ipso loco fuerit inuentus aut ī suis
partibus aut in suis signis in quibus partibus exaltatur et
in his sit in quibus gaudet locis et in matutino ortu et addēs
ad numerum et eum Jupiter prospera radiatione respiciat fa
ciet patrem grauem · modestum · maturū cum placida seuerita
te terribilem · cultorem agrorū et cui ex his fructibus maxiā
presidia patrimonij conferantur et magnis promotionibus sub
leuatur . Si uero sit genitura nocturna et sit saturnus in deiec
tis locis aut in deiectis cardinibus aut in humilitatibus suis et
sit retrogradus uel radijs solis absconsus · Facit patrem laborio
sum · sordidum · horribilem · tristem · pigris semper conatibus hesi
tantem · Seruū uel seruilibus moribus uel seruitutis squalore
pollutum Si in signo martis locus patris fuerit inuentus
et sit diurna genitura Mars uero ipse aut in ipso loco sit aut ī
cardinibus aut in V · aut ī xi ab horoscopo loco aut ī viii uł
in iii et sit ī matutino ortu et recto partū gradu pergens · fa
ciet patrem austerum · temerariū varijs laboribus et varijs
discriminibus implicatū · oligochronium · prepostens cupidita
tibus semper implicatum · Et si sic in mars positus loca patris
de quadrato uel de diametro viderit · Facit biothanatū Si nō
fuerit nocturna genitura et Jupiter aut venus locū patris aut
martem prospera radiatione respiciat · hec que diximꝰ ex
parte aliqua mitigantur et facit patrem erectū · militarem
seuerum · quem semper arma · ferrum qꝫ delectet et pro mensu
ra genture aut ducem reddit Si in Signo solis locus pa
tris fuerit inuentus et sit diurna genitura Quere quo sit in
signo vel in quo genture loco sol positus sit Si .N. aut in ipso
signo sol fuerit aut in altitudine sua aut in principalibus cardi
nibus in V · aut in xi · ab horoscopo loco · patrem ostendit
affluentibus diuitijs copiosum et maximis ornatū dignitatis
insignibus et magne felicitatis gloriam reportantem . Si uero
fuerit in deiectis locis aut in secundis cardinibus aut in humi
tatibus suis et eum beniuolis destitutū : maliuolarū stellarū
radius impugnet . Omniā hec que diximus ex maxima pte
minuuntur presertim si fuerit diurna genitura · tunc et patrē
inter cetera etiam cita morte prosternit Si in signo lune locꝰ
patris fuerit inuentus Quere quo sit in loco genture luna posi
ta Si .N. aut in ipso loco fuerit aut in his signis in quibus ex
altatur aut in principalibus cardinibus aut in V · aut ī xii
ab horoscopo loco et sit plena luminibus et sit nocturna genitura
et eam beniuole stelle prospera radiatione respiciāt · et sit ab oībꝰ

benivolarum stellarum societatibus separata faciet patrem clarum perspicuum copiosum et cui semper patrimonium conferatur et dignitas Si vero sit luna in deiectis locis aut in secundis cardinibus aut in humilitatibus suis et eam destitutam benivolarum stellarum presidio malivolarum stellarum radius impugnet et sit diurna genitura vel sit 7 minuta luminibus et eam saturnus respiciat aut mars plenam Omnia que ante diximus ex maxima parte minuuntur et sit aut exul aut biothanatus erratis moribus vite rectum iter nesciens Sed et in hoc loco ut ante diximus omnium stellarum mixturas condinationes radiationes diligenti debes ratione semper inspicere ut mixtis omnibus et sagaci temperationis coniunctione compositis patris locum veris possis explicare sententiis Partem etiam ipsam diligenter exquire et vide qui sit partis dominus et quotiens positus et ipse n ex natura sua inficiat locum Hanc rationem apotelesmatum in sequentibus quoque locis servare debebis Nam in matris loco et in fratrum et in uxoris et filiorum et ī valitudinis et in viciorum omnia debebis sepissimis radiationibus temperare ut omnium stellarum radiatione respecta et locorum et signorum potestate collecta partem quoque idest finium omnia possis veris explicare sententiis Sed in aliis locis et hec eadem sunt apotelesmata locum collegimus generaliter autem in genituris sol loco patris ponitur Sed nos partaliter melius invenimus

De Loco matris

Si Matris locum partali radiatione volueris colligere et sit diurna genitura a parte veneris inchoans et per sequentia signa pergens omnes partes usque ad lune computas partes et omnium partium summa collecta ab horoscopo inchoans totas partes sequentibus divides signis et in quocumque signo novissima pars venerit hoc tibi signum in diurna genitura locum matris ostendit Si vero fuerit in nocturna genitura a lune parte inchoans usque ad veneris partes collige et cetera simili ratione perficies Itaque hunc locum partali ratione cum collegeris omnia sic requiris sicut patris te loco debere querere diximus benivolarum scilicet malivolarum que radios locorum etiam et signorum potestates etiam et mixturas temperationes que radiorum Que cum omnia equata comparatione contuleris matris locum veris poteris explicare sententiis

De Loco fratrum

Si Locum fratrum partaliter volueris invenire Si sit diurna genitura A parte saturni inchoans usque ad partes copu ta iovis et quanticumque computus fuerit summam hanc eandem ab horoscopi parte inchoans per sequentia divide signa et

in quotumque signo totius numeri novissima pars venerit hoc hoc tibi signum fratrum ostendit locum. Si vero nocturna genitura fuerit A Iove ad saturnum simili ratione computabis omnem partis numerum et sic ab horoscopo inchoans hoc idem simili ratione perficies. Cum ergo locum fratrum ista partili ratione collegeris inspice hunc eundem locum quatenus malivole stelle benivoleque respiciant. Vide etiam signi potestatem et quo loco geniture hoc signum positum esse videatur. Si enim benivole stelle aut in ipso signo fuerint invente aut in oportunis geniture locis constitute et in his signis in quibus gaudent vel in quibus exaltantur vel in domicilys suis sint collocate. multorum ac bonorum fratrum consortem decernunt. Si vero malivole stelle hoc idem fecerint. benivolarum stellarum testimonys destitute contrarium faciunt. Si vero benivole et malivole stelle hunc eundem locum equata societatis potestate respexerint et dant fratres pariter ac tollunt. Sed secundum stellarum genera cuncta tractabis. Masculine enim benivole stelle masculos dabunt. femine vero benivole feminas. hoc idem et malivole stelle perficient. Sic omnia pro singularum stellarum potestate complentur. Sed generaliter sicut in libro institutionis diximus tertius ab horoscopo locus fratres ostendit. Sed nos partiliter requiramus.

De Loco coniugis

Si Locum Coniugis partiliter volueris invenire Computes a parte saturni usque ad partem veneris et quantamcumque computus fecerit summam tantam ab horoscopo inchoans per sequentia divides signa et in quotumque dividens signo novissimam inveneris partem hec tibi pars in diurna genitura coniugis locum monstrat. In nocturna vero genitura a venere inchoans ad saturnum computabis et similiter collectum partium numerum ab horoscopo inchoans divides et in quotumque signo novissima pars venerit. hoc tibi signum in nocturna genitura locum coniugis monstrat. Aly a sole ad lunam et in diurna et in nocturna et tantundem ab horoscopo computant et in virili et in muliebri genitura similiter computantes et hoc nos in multis genituris probavimus. Cum itaque Locum coniugis hac quam diximus ratione collegeris. Primum inspice signi potestatem utrum nam solidum sit an duplex an tropicum. Secundo ordine illud queres quo in loco geniture signi sit dominus collocatus. Tertio requires hunc secundum locum idest in quo est finium dominus quatenus benivole stelle malivoleque respiciant. Cum enim idem signum in quo locus coniugis fuerit inventus. benivole stelle possederint oportunis geniture locis posite et luna humilitate delecte et

condicionis sue secure sint potestatem. Dabunt uxores glo
riosas divites sed quas semper concordialibus iunctis co
pulent sed nec multarū uxorum nuptie decernūtur. Namquā
cunque sortiti fuerint. Usque ad diem ultimū vite perseuerant ī
matrimonio cum gratia leticia venustatis. Sed uxorū mortes
ex signorū natura discernes. Ex differentia .N. signorū matri
moniorū genera poteris invenire. Sed Si vero malivole
stelle hoc idem fecerint. Omnia his contraria facient. tunc
.N. humiles. tunc inglorie decernūtur uxores. tunc ī matrimoniis
dissensiones. tunc acerbas insidias simultatū tūc dissidiorum
perpetratur turbatio. tunc steriles. tūc adultere dātur uxores.
Sed hec omniā pro stellarū potestatibus poteris explicare. Si
vero in genitura mulieris locū mariti volueris invenire et sit
diurna genitura a marte ad venerem. a venere ad martem
hoc idem simili ratione percipies tantundem ab horoscopo et
in quotcunque signo novissime partis venerit numerus. hoc sig
num tibi mariti locum monstrat. Qualis sit itaque maritus si
mili poteris ratione quam in genituris virorū de mulieribus
diximus. Meminisse autem debes quod generaliter uxorem ve
nus: maritum mars semper ostēdit. De Loco filiorum

Locum nobis filiorum Venus et mercurius semper ostē
dunt. Quicunque ipsorum prior in genitura sit positus ab eo in
choans usque ad aliū computabis et collectam omniū partiū
summam ab horoscopo inchoans signis sequētibus divides
et in quotcunque signo novissima pars venerit. hoc tibi signum
filiorū locū monstrat. Quo autem sit quod diximus quicunque
prior fuerit hoc docemus exemplo. Si venus in tauro fuerit
et mercurius in geminis. prior mercurius invenitur. A mercurio
itaque inchoans usque ad venerem computabis. Si vero simili mō
venus ab ante fuerit et signis posterioribus mercurius a ve
nere computationis dabis exordium. Si vero in uno fuerit
constituti ab eo inchoās usque ad aliū veneris qui in eodem sig
no qui in posterioribus partibus fuerit inventus. Si vero in
iisdem partibus fuerint invēti ab illo inchoas cuius minute
precedunt. Si vero in iisdem partibus fuerint ab illo incho
as cuius minute minutis fuerint. tunc hoc pretermisso a io
ue ad mercuriū in diurna. In nocturna a mercurio ad iovē iisdē
rationibus computabis. Cum itaque locum filiorum partili
ratione collegeris. In prius simili modo quatenus huc eun
dem locum benivole stelle malivole que respiciant. Sed et con
donationes stellarum diligētissima ratione pertracta signi etiam
naturam pariter et potestatem. Si .N. benivole stelle huc locū

respexerint in oportune geniture locis posite et in secundis sig
nis filios pro locorum et signorum potestate decernunt Maliuole
vero contrarium faciunt sed et ipse interdum maliuole si condonati
onis sue genitura fuerit filios decernunt idest saturnus in diur
na · mars in nocturna Decernuntur autem filij pro natura signo
rum. Illud sane meminisse debemus quod si in duplici signo Locus
filiorum fuerit inuentus · de duabus uxoribus Si vero solidum
fuerit signum vir quidem de una uxore Mulier vero de uno ma
rito filios habebit . Si vero locum filiorum maliuole stelle
et beniuole pari ratione respiciant filiorum sobolem et dant pa
riter et tollunt . aut si beniuolarum stellarum obtinuerit potestas
maliuolarum stellarum inimicas radijs : debilitas quedam suscep
tis filijs infertur aut certe filios a parentibus grandi simul
tate dissociant Et in hoc itaque loco et in ceteris omnibus mix
turas temperationesque stellarum diligenti ratione perspicias
Signorum etiam naturam Sed locorum ab horoscopo veni
entium proprias potestates Generaliter autem filiorum locum
.V. ostendit locus et eius signi dominus et natura ipsius
signi et testimonia beniuolarum uel maliuolarum stellarum

De Loco vitiorum et valitudinum

Si vitiorum ac valitudinis Locum partiliter volueris in
uenire In diurna quidem genitura a saturno inchoans us
que ad martem computabis et tantundem ab horoscopo In noc
turna vero a marte inchoans ad saturnum computabis et tan
tundem ab horoscopo . et in quocunque signo collectarum partium no
uissimus venerit numerus hoc tibi signum vitiorum ac valitudi
nis locum monstrat Sed generaliter exitum ab horoscopo signum
ostendit Vitium itaque valitudinum principe in loco ex signi natu
ra diffiniens In institutionis . ii libro diximus quas corporis par
tes singula signa possideant secundum ordinem respicias qua
tenus hunc eundem locum beniuole stelle maliuole que respiciant
Si .n. locum in domibus suis aut in altitudinibus collocate
prospera radiatione respiciant . ab omni valitudinis incursi
one hominem liberabunt Si vero maliuole stelle hunc lo
cum minatio minaci radiatione respiciant : acerba valitudi
num vitia cum misera calamitate decernunt Sed hec vitia
pro signorum natura perficiens et pro potestate sua Mars
n. plagas · vulnera minora corporum precipitia · ruinas que
et ex ipsis casibus miserorum vulnerum exitia decernit Sa
turnus vero pestiferi humoris incursu · spasmos · tremores ca
ligines et ex aquis misera discrimina et his similia decernit
Et si maliuolas stellas decernentes vitia protestibus Si uero hic

locus possessus a malivolis nudus ab omni benivolarum stel
larum presidio relinquatur. pericula vitia valitudinum et calamitatum
exitiales exitus decernuntur. Viciabit autem mars intra. xv.
annos. Saturnus vero intra xxx annos. Sol intra xviiii
annos. Quod si hi duo fuerint qui viciant utriusque annos com
putans defini tempus et utroque tempore incursionem spera
inivicii vel valitudinis pro natura stelle sua utraque stella decernit

De Loco cupidinis et desideriorum In nocte a venere ad demonem Die aliter

Locum desideriorum Si partaliter volueris invenire In diurna
quidem genitura a parte demonis usque ad partem veneris computa
et tantum ab horoscopo In nocturna vero fort. usque ad demo
nem simillimis rationibus computabis et tantum ab horoscopo
et cum locum partali ratione collegeris ex signo et ex stellarum
testimoniis omnis sibi desideriorum cupiditas demonstrabitur
Sed locum fortune et locum demonis qua ratione invenias in
iiii diximus libro

De Loco necessitatis .i. a fortuna ad demonem a mercurio ad fortunam Nocte contrarium

Si necessitatis locum partali volueris invenire ratione In
diurna quidem genitura a fortuna computabis ad demonem
In nocturna vero a demone ad fortunam et tantundem ab ho
roscopo Et cum hunc eundem locum ista ratione collegeris om
nia de eo loco pro signorum et pro stellarum qualitate definies

De Honoribus .i. a nocturna noct. circa contra

Si honorum locum partali ratione volueris colligere Viiii
semper computabis ad solem et tantundem ab horoscopo et quod
cumque signum novissimam acceperit partem. hoc tibi honorum mon
strat insignia: et ex sua natura et ex stellarum omnium tes
timoniis

De Militia

Si Militie locum partali volueris ratione colligere. A marte sem
per computabis ad solem et tantundem ab horoscopo et in quo
cumque signo novissima pars venerit: hoc tibi signum pro natura
sua et pro stellarum testimoniis militie locum monstrat et
eventum

De peregrinatione

Si peregrinationis locum partaliter volueris colligere A sole sem
per computabis ad martem et tantundem ab horoscopo et in quo
cumque signo novissima pars venerit hoc tibi signum pro natura
sua et pro stellarum testimoniis peregrinationis exitum monstrat

De fama et extimatione

Si existimationis famam par
tali volueris ratione colligere A sole usque ad MC computa
bis et tantundem ab horoscopo et in quocumque signo novissima
pars venerit: hoc tibi signum pro natura sua et pro stellarum testi

monys famam existimationis ostendit D virtute corporis
Si virtutem corporis partiliter volueris invenire A luna
computabis ad iouem et tantundem ab horoscopo Etiam cetera
simili ratione pertractas Omnia .H. tibi pro natura signorum
et stellarum testimonys monstrabunt De Possidendo
Si possessionum substantiam partili volueris ratione colligere
A mercurio semper computabis ad iouem et tantundem ab horos
copo et in quocunque signo novissima pars ceciderit ex ipsius signi
natura et stellarum testimonys ordinem possessionis invenies
De Accusationibus Si accusationis locum partili volueris ra
tione colligere A marte semper computabis ad Saturnum et
tantundem ab horoscopo et in quocunque signo pars ultima ce
ciderit : hoc tibi signum pro natura sua et pro testimonys stellarum
accusationis exitum monstrat De Adversarys et de inimicis
Si adversariorum locum et inimicorum partili volueris ratione
colligere Per diem a marte ad mercurium computabis Per noctem
vero a mercurio rursus ad martem et tantundem ab horoscopo et
in quocunque signo novissima pars venerit ex natura sua et stella
rum testimonys monstrat inimicos De Amicis
Si amicorum locum partili volueris ratione colligere Per diem
quidem a ioue ad mercurium computabis Per noctem vero a mer
curio ad iouem et tantundem ab horoscopo In quocunque itaque signo
pars ultima venerit : hoc tibi signum ex natura sua et ex stel
larum testimonys : amicos verissima ratione monstrabit Glorie
Nocte a venere ad iouem Die contra Nemesis nocte a fortuna
ad lunam potestatis nocte a saturno ad solem Basis nocte a
portuna ad genium Si vero venus XXX part. excesserit sive in
nocte sive in die inter cont. inter d cont. diu contra
De Servis Si servorum locum partili volueris ratione
colligere A mercurio semper computabis ad lunam et tantundem
ab horoscopo et in quocunque signo ultima pars venerit hoc tibi
signum pro natura sua et pro stellarum testimonys servitia demonstrat
De Sepultura Sol sepulture exitum monstrat
Cepimus Mavorti omnia secreta matheseos verissimis dif
finitionum sententys intimare Sed plenissimum tibi horum
omnium tractatum Liber VII monstrat ut omnia sine aliqua difficul
tate facillimis ac verissimis possis inquisitionibus invenire Sed
ad complementum huius libri illud addemus ut demonstrem que stel
la cum domina temporum fuerit et sibi ceterisque stellis totam X
annorum ac VIII mensium diviserit substantiam : quid ei qua
ratione decernat quatenus autem inveniatur temporum dominus
quem greci chronocratorem vocant in libro institutionis ma

Cronocrator

infesta ratione monstrauimus quam rem diligēter inquire ut
possis periculorū ordines et exitus inuenire. Si saturnus tem
porum dominus fuerit effectus tibi ex omni tempore sicut ī lib°
institutionis diximus XXXV dicat menses. Respice itaq; quate
nus sit in genitura positus et an sit diurna genitura an vero noc
turna et an geniture cardines teneat et quid ex signi natura uel ex
loci potestate decernat. Que cū omnia diligenti ratione collegeris
tunc inuenias quid faciat cū dominus temporū fuerit. Si .n. in
genitura pericula ab ipso decreta fuerint tunc exequitur quicqd
ante decreuerit. Si orbitatem in genitura decernat tunc filiorū
miseram sobolem crudeli potestate persequit'. Si viduitatē decreue
rit tūc matrimoniū aut morte aut dissensione dissociat. Si accu
sationes decreuerit tunc inimicorū suscitat turbas. Si egritudines
decreuerit tūc uitiū misere calamitatis infligit. Si dāna decreue
rit tunc patrimoniū uariis lacerationibus quatit. Si uero be
ne fuerit collocatus et prosperū aliquid in genitura decernat
condonationis sue secutus potestatem tunc reddit quicquid an
promiserat presertim si geniture dominus bene collocatus beata
et sit diurna genitura. Si saturnus temporū dominus fuerit ef
fectus ioui ex tempore suo XII menses deputat. Si itaq; male
sit in genitura a saturno positus et per ipsum aut periculū aut
egritudo aut dānum aut infortuniū decretum fuerit tūc oēs
periculorum mine salutaris dei potestatibus mitigātur. Si uo'
bene constitutus in genitura ioui decreuerit tempora maxime fe
licitatis incremēta largitur presertim si fuerit diurna genitura
et in bonis signis uel in bonis partibus positus ioui trigonica
radiatione iungatur. Si saturnus temporū dominus effec
tus marti deputauerit tempora deputat quidem et ex decen
nio suo menses XV. Sed cum mars deputatū sibi a saturno tē
pus acceperit omni malicia sopita leti decurrunt temporis gau
dium inuicem se .n. ex contrariis potestatibus mitigant. Si sa
turnus temporum dominus fuerit effectus ex decennio suo depu
tat soli menses XIX. Cum itaq; sol deputatū sibi a saturno tempus
acceperit causas concitat et iurgio contentiosa certamina. Sed ipe
cause ea maxima parte de domorū aut fundamentorū proprie
tatibus inferuntur presertī si in nocturna genitura sed et patri
periculū decernit et iacturam dignitati facit. Si saturnus tempo
rum dominus fuerit effectus ex decennio suo deputat veneri men
ses VIII. Cum itaq; venus deputatū sibi a saturno tempus ac
ceperit gratū tempus ab omī infortunio separatum aut p̄cedē
tis infortunii quod alterius stelle malicia perpetrat discrimen salu
tari remedio corrigetur. Et si ipē decreuerit nuptias viduat tunc

uxor nuptiali vinculo copulatur Si saturnus temporū domi
nus fuerit effectus ex decennio suo mercurio xx deputat men
ses Cum itaq; mercurius deputatū sibi a saturno tempus acce
perit veterū causarū sopitas excitat simultates et latentia cō
tentionū iurgia redivivus rursus actionibus faciet inferri.
Si Saturnus temporū dominus effectus fuerit ex decennio
suo lune xxv deputat menses Cum itaq; luna deputatū sibi a
saturno tempus acceperit ex viciosis humoribus egritudines con
citabit aut ex aqua maximū periculi discrimen impingit aut no
varum litiū faciet denunciatione turbari: ut omē hoc tempus
varia pericula et varias sollicitudines semper indicat. Sed hec
si fuerit luna plena luminibus Si minuta et in genitura saturni ra
diatione pulsata: cū miseriis calamitatibus mortis decernit miro
modo Iupiter. Cum ad iouem ordo temporū venerit et
ipsi decem anni et menses viiii deferentur. Sed hoc omē
tempus etiam ab ipso simili ratione dividit'. Inspiciendus est
itaq; etiam ipē cum dominus fuerit qualiter sit in genitura
positus et in quibus sit signis et in quibus partibus collocatus
et an sit in primis an vero in secundis cardinibus constitutus
et an in secundis geniture: an vero in pigris atq; deiectis et an
sit diurna genitura an vero nocturna Ex his n. omnibus cū
dominus temporis fuerit decretorū eius efficatias invenim'
Quicquid. n. in genitura a ioue decretū fuerit cū dominiū
temporū nactus fuerit reddit Sed hoc etiā in ceteris oīb'
stellis servare debemus Quicquid n. de Saturno et de Ioue dix
imus hoc et in ceteris stellis simili debes ratione colligere
Omēs. n. stelle quicquid in genitura decreverint sive sint pros
pera sive mala cum temporū dominiū nacte fuerint exequent'
Cū ioue .x. decē annos et viiii menses delata fuerit ipē sibi
primus ex omī hoc tempore xii vendicat menses In his itaq;
xii mensibus quod sit ipē iupiter deputavit felicitates gloria
letitias pro geniture mensura decernit presertī si ipē geniture
dominus fuerit Tunc autē geniture aut nuptie aut si de
crepiti fuerint si tempus etatis admiserit. etiam cū dominus
temporū fuerit et maxima ratione perficiet. glorias etiā et ho
nores et augmēta patrimonii largitur sicut diximus pro mēsura ge
niture Si Iupiter temporū dominus fuerit effectus ex decen
nio deputat saturno xxx menses Cum itaq; Saturnus de
putatū sibi a ioue tempus acceperit pigra homines conver
satione faciet semper hebetari ut omnibus actibus tibi pigro
frigoris torpore deficiant Sed hec si sit nocturna genitura et si
non sit saturnus bene in genitura positus Si Iupiter temporū

dominus fuerit effectus ex decennio suo xxv menses deputat
marti Cum itaque mars a ioue deputatū sibi tempus acceperit
omnem vite ac negociorum ordinē mutat et quicquid precedē
ti negociorum dispositione tractatur ad alterius vite ordinem
transfertur et hoc tempore instituta prioris officij deseruntur
aut certe varijs discriminibus notabit Si iupiter temporū domi
nus fuerit effectus ex decennio suo soli xix deputat menses Cū
itaque sol deputatū sibi a ioue tempus acceperit omnia facit ut
te secreta publicari et omnes actus varia ratione conuertit et
animū per diuersa sollicitudinū genera varijs cogitationibus du
cit Dissipat etiam quicquid fuerit ante compositū et turbatis omni
bus atque confusis animis per diuersa genera sollicitudinū diuidat
Sed in diurna genitura minuitur in nocturna cursus Si iu
piter temporū dominus fuerit effectus ex decennio suo veneri viii
deputat menses Cum itaque venus deputatū sibi a ioue tempus
acceperit in nocturna quidem genitura si sit dn̄a geniture aut si iu
piter dominus fuerit nuptias facit et prospera decernit tempora
cū comodo felicitatis in diurna vero genitura mediocria et assiduas
amoris tradit illecebras presertim si venus loca vel signi natura como
uerit Si iupiter temporū dominus fuerit effectus ex decennio suo
mercurio xx deputat menses Cum itaque mercurius deputatū sibi
tempus a ioue acceperit decernit actus ex quibus maxima lucror
comoda conferantur et plurimarū ac magnarū amiciciarū presi
dia largitur et omnibus officijs augmenta prospere rationis assignat
ut ex omnibus rationibus ex omnibus actibus prospera et lucro
rum et felicitatis comoda conferantur Si iupiter temporū do
minus fuerit effectus ex decennio suo lune xxv deputat menses
Cum itaque luna deputatū sibi a ioue tempus acceperit tranquille
serenitatis quietem et maxima felicitatis incrementa decernit
pro geniture scilicet substantia tunc et precedentiū infortuniorū
dolor varijs solaciorū generibus mitigatur Tunc egestates angus
tie relaxantur tunc egritudinū vitia sanitas confringit Tunc peri
culorū metus prosperis presidijs opponitur tunc in omnibus certa
minibus ex causis pro ipsis sententie proferentur Tunc dolor funi
gitur tunc sollicitudo mutatur ut precedentiū infortuniorū squa
lore deterso purū ac mundū felicitatis tempus accedat presertim si lu
nam plenā lunibus in genitura iupiter prospera radiatione respiciat

Mars Cum ad martem dominium decennij venerit
id est ex anno et viii mensiū Omē hoc tempus etiam ab
ipso ysdem rationibus diuiditur Sed hoc sicut saturni et iouis
omnia simuli ratione debes inspicere signi partem condicione locū
testimonia ut omnia possis manifestis inquisitionibus inuenire

Cum itaq mars temporum dominus fuerit effectus ex decen
nio suo sibi xv menses retinet In his xv mensibus actus qui
dem maximos pro geniture sue substantia cum pro[illegible] turbatione
decernit ut in ipsis actibus qualescunq sint variū periculorū
discrimen oriatur presertim si geniture fuerit dominus et si sit
diurna genitura ¶ Si Mars temporū dominus fuerit effectus
ex decennio suo Saturno xxx deputat menses Cum itaq Satur
nus deputatū sibi a marte tempus acceperit omnibus conversa
tionibus suis pigrū tarditatis pondus imponit et omnia negocia
tarditatis semper habentur et facit messitax tempus sordidum
squalidū et ab omnibus actibus separatum ¶ Si Mars tempor
dominus fuerit effectus ex decennio suo deputat Jovi menses
xii Cum itaq Jupiter deputatū sibi a marte tempus acceperit
omnia decernit comoda prosperitatis et negocia prospero com
pleri faciet semper euentu Lucra etiā et omnia negociorū officia
largitur et reddit laborantibus requiem · egris salutem · solli
citis securitatem errantibus reditū · litigantibus finem In angustia
constitutis abundantiam ¶ Si Mars temporū dominus fuit
effectus ex decennio suo soli xix deputat menses Cū itaq
Sol deputatū sibi a marte tempus acceperit · maxima pericu
lorū discrimina ex assidua calamitate decernit et omnē ordinē
vite misera permutatione conturbat et turbas excitat · seditio
nes q concitat et oculorū dolores cū maxima egritudinū conti
nuatione decernit ¶ Vitā etiam omnē maximis periculis et
maximis dānorū incursionibus concutit Et erunt ineuitabilia
pericula nisi omnibus horū iouis testimoniū restiterit prestiterit bonū
¶ Si Mars temporū dominus fuerit effectus ex decennio Vene
ri viii deputat menses Cum itaq Venus deputatū sibi a mar
te tempus acceperit facit quidem prosperū tempus et ab oī
periculorū discrimine separatū sed ex multarū mulierū contu
latens ipsis mensibus infamia semper infertur ¶ Et si in geni
tura quadrati sibi fuerit adulteria tūc faciūt perpetrari sed
hoc facinus cū testimonio iouis celant cū mercurius et sol
publicant cū misero vite discrimine ¶ Si Mars temporum
dominus fuerit effectus ex decennio suo mercurio deputat xx
menses Cum itaq mercurius deputatū sibi a ioue tempus ac
ceperit ex scripturis quibusdam pericula faciet concitari aut ex
furto miserum dānum semper infligit sed inimicos frequētibus
rationibus faciet dissipari ¶ Et si genitura quadrati uel diame
tri sibi tūc fuerint maleficiorum vel adultere pecunie crimen
inducunt presertim si mercurius in finibus uel saturnus ī domo
fuerit inuentus ¶ Si Mars temporū dn̄s fuit effect⁹ ex decēnio

suo lune xxv deputat menses. Cum itaq; luna deputatū
sibi a marte tempus acceperit : maxima periculorū discrimi
na faciet inferri presertim si luna fuerit plena luminibus tūc
in pericula determinātur temporū spatia · tunc fugas · tunc
exilia · tūc misera pericula discrimina concitātur tunc hoīes
custodia ac publicus carcer accipiūt tūc incendia · tūc febres
tunc graue dānū tū misera patrimonii laceratione decernit
tūc grauitas egritudo cassus semper afficitur. Et si in geñitura
in testimonio iouis quadrati vel diametri fuerant tunc sine du
bitatione aut cruentam et flebilem aut repentinā mortē fa
ciūt. Et si in genitura saturnus cum luna fuerit inuentus
et luna a marte sibi deputatū tempus acceperit etiam tunc
mortis acerbe ex precedentibus periculis inferentur exitia q;
pericula signorū uarietatib; sortiūtur euentum. Sol eum
micum. Si sol dominus temporum fuerit idest cum ei
x annorū et viiii mensium fuerit assignatū tempus. Omnia
etiam in ipso que in ceteris diximus simili debes ratione perspi
cere mixturas temperationes signorum · locum · partes · ut ex hom
omniū compatione totū decretorū ordinē inuenias. Sed et aut
ipso omē hoc tempus simillimis rationibus diuidetur. Cum
itaq; sol dominus temporum fuerit effectus ex decennio suo
xix menses sibi retinet. In his itaq; xix mensibus nihil
ab eo prosperū sed omnia infortuniorum genera sperare debe
mus. Sed hec oīa in diurna genitura ex parte aliqua mitiga
tur sed ex iouis testimonio sopiūtur. Saturni vero et martis
erigūtur presertim si in genitura male fuerit collocatus. Si sol tē
porum dominus fuerit effectus ex decennio suo saturno xxx
deputat menses. Cum itaq; saturnus deputatū sibi a sole temp;
acceperit in nocturna quidem genitura pestiferū ac mortiferū mi
natur exitū. In diurna uero genitura maxime felicitatis incre
menta decernit pro geniture substātia presertim si bene ī decẽ
to fuerit collocatus. Si sol temporum dominus fuerit effect;
de decennio suo ioui deputat xii menses. Cum itaq; iupiter de
putatū sibi a sole tempus acceperit tranquille felicitatis como
da et maxima vite letitia decernit ut malorū · omniū vestigio
deterso prosperū omē felicitatis tempus accipiat. tūc relaxāt
dāna tunc sanitas redditur tūc ex precedētibus discriminibus
liberātur. Si sol temporū domin; fuerit effectus ex decen
nio marti menses xv deputat. Cum itaq; mars deputatum
sibi a sole tempus acceperit siue in diurna siue in nocturna geñ
tura patrimonio inferens lacerationib; dissipato extreme pau
pertatis inducit angustias. sed et crebras causarū cōflictationes

excogitat Oculorum etiam crebros dolores excogitat efficiet et gra
ue periculi discrimen incidat et assidua damnorum continuatione
concutiet Si Sol dominus temporum fuerit effectus Ex de
cennio suo deputat Veneri viii menses Cum itaque Venus
deputatum sibi a sole tempus acceperit In omnibus quidem nego
tijs prosperum decernit euentum sed uxoris animos cum quadam
malicie dissensione semper perflammat ut uxoris latens animus
tunc se et prodit et detegit aut si tunc uxor non fuerit amule
re discrimen incidit et propter hoc publicas causas et foren
ses simultates exagitat et et turbis se mediocribus excitatis
Si Sol dominus temporum fuit effectus Ex decennio suo de
putat Mercurio XX menses Cum itaque Mercurius deputatum
sibi a sole tempus acceperit In omnibus quidem negocijs pros
perum decernit euentum negocia crebros actus et assidua
decernit lucrorum comoda sed ipsa lucra cum maximis laboribus
et cum maximis periculis deferuntur Si Sol tempus tempor
dominus fuerit effectus Ex decennio suo XXX menses de
putat lune Cum itaque luna deputatum sibi a sole tempus acce
perit omnem vitam hominis stabili semper varietate conturbat
aut quicquid ipso tempore collatum fuerit rursus potioribus
rationibus auferet et erit ipsorum tempus ex varia inequabi
litate mutabile ut angustie repentinis diuitijs releuantur
et diuitias rursus paupertatis angustie subsequantur Venus
Veneri quoque X annorum et viii mensium spacia decernet
Cum itaque Venus domina temporum fuerit Omnia et in ipsa
parti debes ratione perspicere que in ceteris obseruanda esse mo
strauimus Ex omni itaque hoc tempore ipsa sibi nouem tantum
vendicat menses hoc itaque omni tempore coniugalem affectum
maxima decernit gratia venustatis sed et leticiam maximam cum
securitate decernit presertim si geniture fuerit domina Si Venus
temporum domina fuerit effecta Ex decennio suo Saturno XXX
deputat menses Cum itaque deputatum sibi a venere tempus Sa
turnus acceperit aut cum muliere graues dissensiones indignatione
sua agitat tunc enim ab uxore aut morte aut simultatibus separa
tur Si Venus temporum domina fuerit effecta Ex decennio suo
Ioui XII deputat menses Cum itaque Iupiter deputatum sibi a
venere tempus acceperit bonum quidem tempus et letum decer
nit sed quasdam infirmitas cogitabit Si temporum domina fuit
effecta Ex decennio suo marti XV deputat menses Cum itaque
Mars deputatum sibi a venere tempus acceperit multa mala
et frequentia dolorum decernit incomoda tunc enim animum varijs
amorum illecebris semper exagitat et propter amoris dura tormenta

ta graue animo dolorem semper imponit ut propter hec
errantis animi uitia etiam causarum discrimina frequenter
accedant turba etiam et pericula propter uxores pessimas
aut ab uxoribus pessimis inferentur aut adulterii crimen
exurgit aut amor impura cogitatione conceptus. Si ve
nus temporum domina fuerit effecta ex decennio suo xix soli de
putat menses. Cum itaque Sol deputatum sibi a venere tempus
acceperit facit ut suas fugiant semper uxores et cum periculo
capitis et cum iactura patrimonii semper efficiunt. Si vero iouis
prosperi radius accesserit peregrinationis necessitatibus separan
tur. Si Venus temporum domina fuerit effecta ex decennio suo mer
curio xx deputat menses. Cum itaque mercurius deputatum
sibi a venere tempus acceperit omnia negotia prospero euentu
compleri efficiet frequenter etiam leticie gaudia decernit. Lucra
maxima conferri faciet et propter subsidia facultatum. Si Venus
temporum domina fuerit effecta ex decennio suo lune deputat men
ses xxv. Cum itaque Luna deputatum sibi a venere tempus acce
perit stridore animo telis latentis inducat. Si vero Luna in
genitura fuerit plena luminibus et ei veneris deputauerit tem
pora maximis rebus nocebit omnia infortuniorum conatibus uitia.
Mercurius Mercurio quoque x annorum et viii mensium
spacia deferentur. Et in hoc itaque omnia sicut in ceteris stellis
simili debemus ratione colligere. Itaque cum temporum dominus fuerit
ex decennio suo xx sibi menses reseruat. Hoc itaque omni tempore
id est xx mensibus omnia bona ex assidua felicitate decernitur
et facit ut omnes actus prospere sequantur euentus presertim si ge
niture fuerit dominus et bene sit collocatus. Si mercurius tempo
rum dominus fuerit effectus ex decennio suo xxx saturno deputat
menses. Cum itaque saturnus deputatum sibi a mercurio tempus
acceperit domesticorum mortes ex assidua infortuniorum calamitate
decernit parentum affinium patronorum et qui nobis prodesse con
sueuerunt. Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus ex de
cennio suo ioui xxii menses deputat. Cum itaque iupiter deputa
tum sibi a mercurio tempus acceperit Tempus quidem quietum et ab omni
negotiorum strepitu separatum decernit. Sed in hac ipsa quiete maxi
ma laudis comoda et gaudiorum leticias semper accomodat filios
etiam non habentibus si geniture ratio permiserit omni ratione
decernit. Si mercurius temporum dominus fuerit effectus ex de
cennio suo marti xv deputat menses. Cum itaque mars deputatum
sibi a mercurio tempus acceperit inimicos suscitat accusationes
infert lites ex noua denuntiatione decernit quas omnes bonum
semper iouis testimonium mitigat. Si mercurius temporum dominus

fuerit effectus ex decennio suo soli deputat xix menses Cū
itaq; sol deputatū sibi a mercurio tempus acceperit maxiā
patrimonij dāna et maximas animi sollicitudines semper in
dicat Si mercurius temporū dn̄s fuerit effectus Ex de
cennio suo veneri viii deputat menses Cum itaq; venus
deputatū sibi a mercurio tempus acceperit bona comoda ex
assidua felicitate decernit securitatem vel tota quiete como
da et lucra pro mensura geniture Si mercurius temporū
dominus fuerit effectus Ex decennio suo lune xxv deputat mē
ses Cum itaq; Luna deputatū sibi a mercurio tempus acce
perit bona comoda maximas egritudines et maxima lāg
uorū vicia decernit pro loci loci ac signi natura aut viciosi lāg
uoris incomoda frigidū mētis adiunxerit tempus et hec iupiter
bono semper testiōnio mitigavit Luna Lune quoq; xx
annorum et viiii mensiū spacia deferentur Et in hoc ibi
q; sicut in omnibus ceteris stellis omnia debes diligenti racione trac
tare Ex hoc itaq; decennio Luna sibimet ipā xxv. menses sibi re
servat Hoc itaq; tempore quod sibi luna xxv mensiū deputat
spacia si sit sic posita ut minuta luminibus ad saturnū ferat vel ple
na ad martem omnifariā mortem decernit Si vero plena lūib9
et benivolarū fuerit testimonijs adornata cū maximis laborib9
modica patrimonij incremēta d'cernit Semper ū et solis et lūe tem
pora malos habent exitus presertim si eos malivole stelle minaci
radiatione respiciant Si Luna temporū dn̄a fuit effecta ex decen
nio suo saturno deputat menses Cum itaq; satn9 d'putatū sibi a lūa
tempus acceperit Si minuta sit luna ex viciosis humoribus aut
ex aquis aut ex naufragijs misera periculorū d'cernit exitia et mi
seras mortes Si vero sit plena facit quidem hec eadem sed dat
evadendi facultatem Si lūa tēporū dn̄a fuit effecta Ex decennio
suo ioui xii deputat menses Cum itaq; Jupiter deputatū sibi
a luna tempus acceperit oīa bona cū leticia et cū hilari^te d'cernit p̄
sertim si lūa fuerit plena luminibus tūc pericula tūc metus tūc egri
tudines sopiuntur tūc pro mēsura geniture felicitatis augmēta procedūt
Si lūa tēporū dn̄a fuit effecta Ex decēnio marti xv d'putat mēses
Cū itaq; mars deputatū sibi a lūa tempus acceperit si sit lūa plena
Maximas turbationes et maximas seditiones decernit et si ī geni
tura sic sit quadrata pōita aut quadrata vl' diametra videat a
marte cruentū ac flebile calamitatis d'cernit Si
Luna dn̄a fuerit tēporū effecta Ex decennio suo soli xix d'putat
mēses Cū itaq; Sol d'putatū sibi a lūa tēpus acceperit Incēdia ex
ustiones egritudines et flagiciū febriū miseros langores īdicat
Sed hec oīa iovis prosperū testiōniū mitigat Si lūa tēporū dn̄a

fuerit effecta. Ex decennio suo veneri VIII deputat menses
Cum itaq; venus deputatū sibi a luna tempus acceperit si fu
erit diurna genitura stridore sterili decernit. Si vero fuerit no
cturna. maxima lucrorū incremēta largitur presertim si fuerit luna
minuta luminibus. Si luna tēporū dna fuit effecta ex decēnio suo
mercurio XX deputat mēses. Cū itaq; mercurius deputatū sibi a luna
tēpus acceperit. frigidas egritudines aut corporis debilitate decernit
His rationibus mauorti decus nrm tēporū summa diuidit. Sed
Nolo ut i tractatibus istis de finibus abrupte sētentie proferant
frequēter. N si beniuola stella deputatū sibi tēpus acceperit et ha
buerit tūc secū maliuolā temporalem tunc quadrata uel diametra
radiatione respiciat. bonitatis sue decretū maliuole stelle potes
tate dimittit. hoc idem et i maliuola stella simili ratione repe
ries. Nā si deputatū sibi a maliuola stella tempus acceperit et eā
tūc beniuola aut pariter posita aut prospera radiatione cōposita mi
tigauerit omē decretum infortuniorū beniuole stelle salutari pre
sidio mitigatur. Intimata tibi itaq; est sicut intelligat perfecti ope
ris disciplina nec ē adhuc aliquid quod requiratur. Omia. N
quibus rudes animos instituere debemus docili sermōe enarra
uimus qui nūc quia primus cerimonijs initia ad ipsud secre ipsiud
torū limen accessimus intento aīo reliqua debes audire ne i
fastidio auribus constitutis et ista respuentibus dicta errātiū
tractatū perennites sententijs ingeramus. Completo itaq; VI.
libro omē dicendi studiū ad secreta libri VII transferemus

Iulij firmici iunioris Materni V. C. Matheseos Liber
VI^tus^ explicit. Incipit Liber VII^us^ feliciter.



Vm incognitis hominibus
orfeus sacrorū cerimonias
nihil aliud ab his quos
initiabat in primo uestibu
lo ad minus insinuādi ne
cessitatem et cū terribili auc
toritate religionis exegit ne
prophanis auribus inuente
ac composite religionis pro
derentur sed et platonica
meū pperiū a se eum freq
ter conuenit nec secretarū
disputationū ueneranda cō
mēta imperitis aliquādo intimari patitur. N hec oīa iac
turam cū perditis ac desperatis animis ingerit apud pytha

goras etiam et noster porphirius religiosa equlati animu[m] nom[en] silentio consensiti. Unde et ego hanc vitorit lege[m] insecutus co[n]uenio te iureiurado mauorti decius nostru[m] per fabricatore[m] mu[n]di deum qui om[n]ia necessitate p[er]petuitatis excolit qui solem for mauit et luna[m] qui omniu[m] sideru[m] cursus ordines q[ue] disposuit qui maris fluctus intra certos terre terminos coartauit qui igne[m] ad sempiterna[m] sibi substa[n]tia[m] diuine perpetuitatis inflamator qui terra[m] in medio collocata[m] equatam moratione[m] sustentat qui omes feras alienates ex omni animantiu[m] genere diuina artificij maiestate composuit qui terra[m] perhennibus rigat fontibus qui ventoru[m] flatus cu[m] quadam facit necessitatis moderatione uariari qui ad fabricatione[m] omniu[m] quatuor elemetoru[m] diuersitate com posita ex contrarijs et repugna[n]tibus cuncta perficit. et ortu[m] occa sumq[ue] terre motu[m] omniu[m] per descensu[m] ascensu[m]q[ue] ac p[er] imortalem eterne p[er]petuitatis ordine[m] Ne hec veneranda comunica prophanis uel imperitis auribus intimetur. sed his quos animus incorrup tus ad recte viuendi ordine[m] casto ac pudico presidio mentis ordi nauit quoru[m] illibata fides quoru[m] manus ab om[n]i sunt facinoru[m] sce lere sep[ar]ate. Integris pudicis sobrijs ac modestis ut puro me[n]tis sple dore decoratis integrasse scientia diuinationis insinuet. Accipe ita q[ue] omnia parali ratione collecta et quia te iurisiurandi religione conuenimus accipe quod tibi cu[m] maxima animi trepidatione misimus

De expositis et non nutritis

Quocunq[ue] horam beniuole non viderint stelle et luna eorum sit in aliquo cardine constituta. marte et saturno i[n] vii ab horoscopo loco. idest i[n] occasu constitutis. natus statim exponitur a matribus sed et si horoscopus in his signis fuerit quebreuia ha[ben]t tempora et mars in vii loco ab horoscopo idest in occasu sit aut minuta lumine ad saturnu[m] fertur aut ad marte[m] plena. Natus infans similiter exponetur. Sed et si dominus fortune idest domi nus eius signi quo locus fortu[n]e fuerit inuetus et dominus eius inquo pars horoscopi constituta est radijs sint solis absconsi aut his signis in quibus ante diximus fuerint constitutus saturnq[ue] uero aut mars in nocturna genitura sint constituti natus infans ex ponetur. Sed et si luna in horoscopo fuerit inueta aut in occasu horoscop et mars et saturnus diametra sint radiatione co[n]iu[n]cti aut si vna maliuola in conceptionali sole fuerint inuete s[ed] qui na tus fuerit exponetur. Sed et si sol et lu[n]a diametra se radiatione respiciant aut si quadrati fuerint. ita tu[m] ut hec sche[m]ata i[n] cardinib[us] faciant et cu[m] ambobus maliuole sint stelle pariter constitute idest si sol in horoscopo fuerit et luna in occasu aut luna in horoscopo et sol in occasu et cu[m] vno mars et cu[m] alio saturnus fuerit i[n] ipso partu

angustiis constitutus suffocatus extinguitur. Si vero superiores
malivole stelle effecte lunam minaci radiatione respiciant et ma
ter in ipso partu grave discrimen mortis incurret. Si sol in ho
roscopo fuerit inventus et luna plena luminibus in quocumque signo
feratur ad martem et saturnus vero in aliquo sit cardine consti
tutus, is qui natus fuerit expositus interibit. Sed et si luna
cum marte in quocumque cardine fuerit inventa et in contrario sol cum saturno
fuerit constitutus et omnibus testimonium iovis desit, is qui
natus fuerit aut exponetur aut statim cum matre pariter interi
bit. Si luna in quocumque cardine fuerit inventa et mars
eandem de alio cardine diametra radiatione respiciat aut cum
ipsa in eadem parte fuerit inventus et saturnus aliud geniture car
dinem teneat aut in anafora sit cardinis constitutus, is qui na
tus fuerit exponetur. Et si iovis stella in quocumque cardine fuerit
inventa et eam mars de loco superiore respiciat, expositos aut
inventa invenire faciet aut veneri presertim si martem venus
quacumque radiatione respiciat. Si sol cum saturno in horosco
po fuerit inventus et luna sit in OC constituta, mars vero
in MC positus lunam diametra radiatione respiciat, is qui na
tus fuerit exponetur. Sed si sole in horoscopo constituto et luna
in OC saturnus sit in occasu et mars in MC, is qui natus fuerit
exponetur statim expositus statim peribit aut et mater cum ipso
pariter morietur. Sed et semper quod et generaliter servare
convenit si solem et lunam in quibuscumque cardinibus constitutos
ambos mars et saturnus diametra radiatione respiciant aut
unum de diametra alium de quadrata, aut exponentur nati aut
statim peribunt aut cum ipsis matres misero perimuntur exitio.
Si mars et saturnus in aliquo cardine fuerint inventi aut uno
eorum in cardine constituto alius sit in anafora positus aut in
epicatafora, luna vero ab uno ipsorum aut diametra aut qua
drata radiatione pulsetur aut pariter sit constituta, is qui sic na
tus fuerit exponetur. Si vero his constitutis benivola stel
la coniunctionem lune venientis exceperit, expositi ab aliis col
ligentur et liberati redditi in filiorum loco nutrientur. Si
luna in horoscopo fuerit inventa et mars sit in XII ab horosco
po loco, saturnus vero in anafora horoscopi positus solem qua
petus cumque radiatione respiciat, partus intra viscera matris artua
tim concisum medicis proferetur. Et si sic his ordinatis
alienus a cardinibus iupiter fuerit et mater in ipso partu con
stituta morietur. Si luna sic fuerit constituta et malivolam
stellam in precedenti signo habeat aliam in sequenti et sequens
lunam stella solem quacumque radiatione respiciat, is qui natus

fuerit aut exponetur aut statī ut natus fuerit interibit Si
dominus geniture aut dominus signi in quo fortune locus fuit
inuentus in xii ab horoscopo aut ī vi loco fuerint inuenti aut
ī xi ab horoscopo aut ī viii nec eos aliqua beniuolarū stel
larū prospera radiatione respiciat nec dominus geniture ī
suis sit finibus constitutus is qui natus fuerit statī exponetur
Sed et si aliqua maliuola stella aut stelle aut horoscopū vi
derit omnes beniuolarū stellarū radijs ab his alieni fuerint
expositi lacerabuntur a canibus Si dominus genitūre in tropicis
signis fuerit inuentus et in his signis constitutus in pigris et de
iectis locis positus et tū lunā diametri radiatione respiciat. ma
liuole vero stelle aut per quadratū aut per diametrū lune equi
ta p̄te societatis iungantur hi qui nati fuerint aut in mari aut
in flumine proiecti statim interibūt Si vero beniuole stelle
testimoniū comodauerint aut horoscopo paucis diebus nutriti pro
ijcientur Cum sol et luna in quocūq̄ signo .xxx. signi pos
sederint partem is qui natus fuerit nulla vite habebit tempora
Si vero solem et lunā ī .xxx. partibus constitutos maliuole
stelle aut quadrato aut diametro respexerit is qui natus fuerit
expositus a canibus laceratus extinguitur Sed si luna et sol ī
ab horoscopo loco partiliter fuerint inuēte et beniuole stel
le nec hos nec horam prospera radiatione respexerint is qui
natus fuerit exponetur Si vero maliuole stelle respexerint
expositus a canibus Si vero sit ut diximus signis fuerint cōstitu
ti sine testimonio beniuolarū stellarū natus statim in aqua peri
bit Si in genitura neq̄ solem neq̄ lunā neq̄ horoscopū neq̄ for
tune locū beniuole stelle prospera radiatione respexerint is qui
natus fuerit exponetur Si vero maliuolarū stellarū radius ac
cesserit expositus consumetur a canibus Si luā beniuolarū stel
larum nec cum sole et luna neq̄ in horoscopo neq̄ ī medio celo ne
q̄ ī v. ab horoscopo loco neq̄ ī xi neq̄ ī viiii neq̄ ī iii neq̄ ī vii
neq̄ in quadrato fuerit inuēta sed ī his locis sole sint stelle mali
uole constitute is qui natus fuerit exponetur Si in genitura beī
uole quidem radijs sint solis abscondite. maliuole vero stelle ī ma
tutino sint ortu is qui natus fuerit exponetur Sed et si luā sic
sit sinodica ut omnē substātiam luminis perdat nec eā aliq̄ beī
uola stella prospera radiatione respiciat is qui natus fuerit expo
netur Sed et si maliuola stella sic posita lumen viderit aut mor
tui nascuntur aut nati lacerabuntur a canibus . Si omnes stelle
cū sole et luā ī vi loco aut ī xii ab horoscopo loco fuerint inuēta
is qui natus fuerit exponetur Et si ceteris stellis ī his in quibus
diximus locis positis vna beniuola stella in quocūq̄ fuerit cardinē

inuenta expositus ab alio collectus nutrietur. Sed si hec ipsa
beniuola stella ad uiuendum minora temporis sui spatia decreuit
Si luna equis partibus cum marte iungatur in eodem signo posita
aut si in diametro constituti equas partes teneant aut in oroscopo nec
eos aliqua beniuola stella respiciat. Saturnus uero sic positum
cum marte lunam qualibet ratione uideat matres eorum in partu per
iculo constitute moriuntur. Si uero aliqua beniuola stella sic cum mar
te posita lunam respiciat concesso infante particulatim prolato ma
ter ex mortis periculo liberatur. Si luna in occasu fuerit
inuenta et mars aut cum ipsa ysdem fuerit inuentus pariter aut
in horoscopo pariliter constitutus et sit diurna genitura is qui
natus fuerit exponetur. Sed si iupiter hos sic collocatos in
alio cardine positus respexerit aut si uenus hoc idem fece
rit expositio uite presidia protinus consequitur. Scilicet ut ab
his collectus nutriatur. Sed et si luna in anafora horoscopi con
stituta diametra radiatione respexerit et mars aut horam aut lu
nam de quadrato respiciat nec hos omnes aliqua beniuola uide
rit stella is qui natus fuerit expositus statim peribit. Si luna
in uno signo cum marte et saturno fuerit inuenta ita ut inter ambos
constituta medium teneat locum uel nulla eam beniuola stella uide
at. Siquidem sic sit in oroscopo collocata longe ab ea sint mali
uole stelle nec ei uicina societate iungantur is qui natus fuerit
exponetur. Si uero ambe maliuole stelle ita sint constitute
ut uicinis lune lateribus adherescant nec aliquid ys beniuola
rum stellarum testimonium accedat is qui natus fuerit statim cum ma
tre pariter interibit. Si sol in oroscopo fuerit inuentus luna non
in occasu idest in vii ab horoscopo loco saturnus et mars
ita sint positi ut unus soli alter lune radiys adherescat is qui
natus fuerit exponetur. Si uero hos sic collocatos beniuole
stelle prospera radiatione respexerint expositus ab alio colle
ctus nutrietur. Si in anafora horoscopi iupiter fuerit inuentus
et lunam a marte diametra radiatione percussam ipse quacumque ra
diatione respiciat expositi et miseri laqueis seruilibus impli
cantur. Sed et si in occasu fuerit inuentus et saturnus in
eo aut in horoscopo mars uero aut in anafora horoscopi
aut in epicatafora idest in viii ab horoscopo loco et nulla
beniuola stella aliquem cardinem teneat is qui natus fuerit
exponetur. Si dominus eius signi in quo est horoscopus
constitutus in anafora horoscopi fuerit inuentus et dominus anafo
re in xii sit ab horoscopo locus loco constitutus in diurna genitura
cum sole in nocturna uero cum luna is qui natus fuerit exponetur. Sed
et his sic ordinatis idest in anafora et in xii ab horoscopo loco si

tuit ante diximus Si sol et luna in vicem sibi negantur
is qui natus fuerit expositus statim peribit Si luna in iii
ab horoscopo loco fuerit inventa et sol in xi domini vero eorum
signorum in quibus sol et luna constituti in viii ab horoscopo
loco sint positi is qui natus fuerit exponetur Si sol et lu
na in occasu fuerint inventi idest in vii ab horoscopo lo
co constituti Domini vero utriusque signi in vi sint ab horoscopo
loco positi is qui natus fuerit expositus a canibus lacerabitur
Si dominus eius signi in quo est horoscopus constitutus in
occasu fuerit inventus et in horoscopo sit malivola stella con
stituta nec aliquis benivole stelle radius ad horoscopi accedat
partes is qui natus fuerit exponetur et a canibus lacerabitur.
Si datoris vite signum sic habet quod est in anafora horoscopi
constitutum vel in vi ab horoscopo loco, ipse vero dator vite
in malivola stella pariter sit in occasu constitutus is qui natus fu
erit statim lacerabitur a canibus Sed si dator vite dominus
signi sit eius vite in quo est anafora constituta ipse vero dator vi
te in vi sit ab horoscopo loco constitutus is qui natus fuerit non
nutrietur Si dator vite in occasu fuerit inventus et dominus
ipsius signi in anafora horoscopi aut in vi ab horoscopo loco
fuerit inventus nec aliqua benivola stella in quocumque cardine
fuerit inventa is qui natus fuerit non nutrietur Si luna et sol
sic fuerint collocati ut neque se neque horoscopum videant is qui
natus fuerit non nutrietur Sed illud generaliter sciendum
est quod si qui omnes stellas in anafora horoscopi habuerint vel
in vi ab horoscopo loco vel in viii vel in xii aut exponetur aut
non nutrietur Si vero una stella quecumque aut certe sol per diem
aut per noctem aut in cardine fuerit aut in v ab horoscopo loco ce
teris sicut diximus constitutis nutrietur is qui natus fuerit sed
erit oligochronius etiam felix Sed et si mars et saturnus pa
riter sint in anafora horoscopi constituti nec sol nec luna in domi
bus eorum reperiantur is qui natus fuerit exponetur Si domi
nus eius signi in quo locus fortune fuerit inventus aut in anafora
sit horoscopi aut in vi sit ab horoscopo loco Locus vero fortune
sit in medio celi nec aliqua benivola stella in cardinibus geniture
reperiatur is qui natus fuerit non nutrietur Sed et si locus for
tune in occasu fuerit inventus et malivole stelle hunc eundem locum
partili radiatione possederint Dominus vero ipsius signi aut in
anafora horoscopi aut radiis solis absconsus is qui natus fue
rit non nutrietur Sed si in septimo ab horoscopo loco fortune locus
fuerit inventus Dominus vero ipsius signi aut in ipso signo sit aut in occasu
radiis solis absconsus is qui natus fuerit non nutrietur Sed et in

quocumque signo locus fortune fuerit inuentus dominus uero ipsius
signi aut in anafora horoscopi aut in vi ab horoscopo loco positus
locum fortune non uideat is qui natus fuerit non nutrietur Sed et
si in anafora horoscopi locus fortune fuerit dominus uero ipsius
signi in sole radiis solis absconsus is qui natus fuerit non nutrietur
De gemino partu Si iupiter et mercurius pariter positi
in horoscopo sint pariter constituti horoscopus autem ipse in du
plice sit signo Luna etiam in quocumque cardine constituta signo du
plici Sol vero in eo signo in quo est aliam sibi stellam habeat
applicatam aut geminas genitura aut qui sic natus fuerit gemi
nos habebit filios. Illud sane obseruandum est ne quem horum
maliuola stella superior effecta respiciat Nam si unum horum respexe
rit decem in his quicumque prior conceptus fuerit aut in partu morie
tur aut ante conceptus eicietur Sed et si non fuerit luna in car
dinibus inuenta nec in duplici signo iupiter vero et mercurius sicut
ante diximus in duplici signo constituti in horoscopo sint pariter
inuenti luna uero sit cum aliqua stella collocata aut sol gemini nas
centur Si luna aut cum mercurio aut cum ioue fuerit inuenta et sol
aliam sibi stellam habeat applicatam et in duplicibus signis constituti
inuicem se quacumque radiatione respiciant Sed et si horoscopus in
duplici signo fuerit constitutus inuentus et habeat horoscopus quam
cumque stellam sibi pariter applicatam gemini nascentur. Sed et si luna
in iouis aut mercurii signis fuerit inuenta iupiter vero et mer
curius sint in horoscopo constituti aut in occasu ab horoscopo gemi
ni nascentur Si luna in duplici signo fuerit inuenta et sol in car
dine constitutus secundum a luna possideat signum aut certe duplex cum
mercurio aut cum ioue positus signum teneat gemini nascentur
aut filios geminos habebunt sed utrum masculini generis aut fe
minini nascentur hac ratione colligimus Si in sole et luna et horosco
po in masculinis signis constitutis masculinarum stellarum testimonia acces
serint idest Iouis saturni et martis masculi nascentur Si vero uenus
sola hic idem fecerit in feminino signo constituta Sole et luna et ho
roscopus hac qua diximus ratione iungatur diuersi sexus gemini pro
creantur Si mars et saturnus in domibus suis constituti sole
et lunam et horoscopum uiderint nec his beniuolarum stellarum radius
accedat aut eicientur in matrice aut nati statim peribunt Si vero sic
his omnibus sicut diximus constitutis hac ratione et beniuolarum et
maliuolarum radius accedat quicumque prior de geminis exierit inte
ribit Si luna in aliquo cardine fuerit inuenta in secundo scilicet
signo et cum ea beniuola stella sit pariter constituta horoscopus autem
in duplici signo aut in secundo aut cum ioue aut cum mercurio aut
iii aut v nascentur Si dominus eius signi in quo partiliter locum

filiorū inuentur in duplici signo fuerit inuētus · V vero ab ho
roscopo louis in duplici signo constitutus et luna in duplici signo
constituta solem aut mercuriū quacumq radiatione respiciat aut
cum ea fuerint iuncti · gemini nascentur · De sterili genitura
Si lunā per diametrū mars saturnus ue respiciūt aut unus
per diametrū respiciat · alius se quadrata radiatione lune coniugat
seruus nascetur presertim si luā in MC aut in occasu fuerit īuē
ta · Si uero hos sic positos Jupiter prospera radiatione respiciat
libertatis premia consequitur · Si sol et mercurius ī MC pariter fu
erint constituti et lunā maliuola stella diametra radiatione respi
ciat constituta in cardine qui natus fuerit mulieri supponetur an
cille · Si vero iupiter quos diximus prospera radiatione respiciat
ingenue mulieri supponetur · Si louis fortune in maliuole stelle sig
no fuerit inuētus et in hoc signo mars fuerit inuentus seruilis erit is
ta genitura · Et si mars in matutino ortu in supradicto loco cū saturno
fuerit inuētus : felices seruos efficiet · Sed et si locū fortune ꝑtiliter
in leone aut in libra aut in sagittario aut in aquario aut in geminis
fuerit inuētus et mars in ysdem signis fuerit partiliter constitutus
seruos efficiet · Et si dominus signi cū marte constitutus in eodē
signo fuerit inuentus aut alia beniuola stella in seruili statu consti
tuti libertatis presidia consequētur · Si sol et luna in cardinibus fue
rint inuenti et mars aut saturnus aut cum ipsis in cardinibus sint
constituti aut hos ex alys cardinibus respiciant nulla ex beniuolis
stellis in cardinibus constituta : seruus nascetur · Sed et si luā ī MC
uel ī occasu fuerit inuenta et eam de dextro quadrato saturnus respex
erit aut mars ex eodem quadrato aut diametro hos eosdem videat
aut certe de quadrato seruos efficient · Sed et si mars in coniūctam
lunam partiliter saturnus respiciat luna scilicet ter generaliter ī car
dine constituta · seruos efficiet · si istā coniūctionem nulla beniuola stel
la viderit faciet seruos laboriosos et miseros · Si lunā mars et
saturnus de diametra radiatione respiciant nec aliqua beniuola stella
lunam viderit nec in eodem signo beniuole stelle se luna coniūgat
seruos efficiet et qui a parentibus suis alienentur · et si luā ī MC
mars uero lunam quacumq radiatione respiciat seruos efficiet · Si
sol et luna ab horoscopo in xii loco fuerint inuēti et cū ea saturnus
Mars vero eos aut de quadrata aut de diametra radiatione respi
ciat seruos efficient · Sed et si luna in MC fuerit inuēta et cū
ea saturnus et mars · Sed si sol ī xii loco ab horoscopo fuerit īuē
tus et luna ī anafora horoscopi et nulla sit beniuola stella ī cardi
nibus constituta · serui simili ratione nascūtur · Sed et si sol ī xii ab
horoscopo loco fuerit inuentus et luā ī viii nec eos beniuola stella
prospera radiatione respiciat seruos efficiet · Si ī nocturna genitura luā

quidem in MC fuerint inventa Sol vero sit in VI loco ab horos-
copo constitutus Dominus vero signorum amborum id est cum quo
luna est et eius in quo sol est in VIII ab horoscopo loco sint consti-
tuti servos efficient Quod si dominus eorum signorum in quibus sunt
constituti domini signorum solis et lune aut in horoscopo aut in MC
fuerint partiliter constituti sic ceteris stellis constitutis sicut ante
diximus servus quidem nascetur sed in prima etate constitutus li-
bertatis premia consequitur Si vero hi ipsi in hora aut in MC sicut dixi-
mus aut in IMC aut in occasu fuerint aut in V ab horoscopo loco
positus aut in XI tardius manumittetur Si sol in MC fuerit inventus
lunam vero in VI ab horoscopo loco constituta Jupiter autem in MC sit po-
situs Venus vero aut martem aut saturnum impugnet aut certe in de-
iectis locis fuerint constituti servi nati manumittentur Sed et si sol
et luna partiliter in VI sint ab horoscopo loco constituti Cetere vero stel-
le in MC fuerint inuente faciunt ex servitute in libertatem transferri Si
luna in VI ab horoscopo loco fuerit inventa et mars in superioribus
celi partibus constitutus et lunam quadrata radiatione respiciat et
dominus eorum signorum in quibus sol et luna fuerint constituti in III
ab horoscopo loco sint constituti Saturnus vero in horoscopo parti-
liter sit constitutus servos usque ad diem ultimum vite faciet permane-
re Si luna in IMC fuerit inventa Sol vero cum marte in occasu fuit
constitutus Saturnus vero et iupiter in VI sint ab horoscopo loco con-
stituti vero in VIII servos facient laboriosos infelices
et qui semper servitutis onere deprimantur Sed et si Jupiter cum sole
in VI ab horoscopo loco fuerit inventus · luna vero cum marte in occasu
fuerit constituta et venus in IMC sit posita Saturnus autem III ab
horoscopo locum teneat servili natione nascatur Si Saturnus
in XII ab horoscopo loco fuerit inventus · Mars vero in anafora ho-
roscopi sit constitutus et luna partiliter sit in horoscopo constituta
Jupiter vero in VIII sit loco ab horoscopo constitutus et Sol in III loco
ab horoscopo positus servi simili ratione generantur Si mars in
deiectione sua fuerit constitutus id est in eo signo in quo humiliatur et
luna minuta luminibus ad eum feratur Saturnus vero in III ab ho-
roscopo loco sit constitutus et mars in MC sit positus benivole stelle
in VI loco sint constitute servos infelices efficiet Si luna
minuta luminibus et in eo signo constituta in quo humiliatur
in VII sit loco ab horoscopo cum saturno partiliter posita mars
vero in VI · loco ab horoscopo et sol in III servus simili ratione
nascetur Sed et in tertio ab horoscopo loco sol cum malivola
stella fuerit inventus aut in MC benivole vero stelle in deiec-
tis locis sint posite et luna minuta luminibus simili modo in deiecto
loco sit constituta servos debiles faciet Quod si ceteris sit sicut

diximus ordinatis Luna cum marte in xii loco sit ab horoscopo constituta Saturni vero stella in ioc fuerit inventa nascentur semi lunatici Si sol aut cum marte aut cum saturno in anafora horoscopi fuerit inventus luna vero in xii ab horoscopo loco sit constituta et benivole stelle in iii sint ab horoscopo loco constitute servos infelices efficient Et si his sicut diximus ordinatis Iupiter in medio celo fuerit inventus post multos annos libertatis premia consequuntur Si omnes benivole stelle in vi ab horoscopo loco fuerint invente malivole vero aut in viii aut in iiii luna etiam in iii sit loco ab horoscopo posita nascentur servi miseri a protopoliochrony

ii De numero dominorum ut invenias quot dominorum sit servus Si autem aut in iii aut in v aut in viii aut in xi ab horoscopo loco luna fuerit inventa in masculino signo Dominus vero lune signi lune aut in humilitate sua aut in deiectis locis fuerit inventus marte vero luna superior effecta quadrata radiatione respiciat ab hoc quia mars a luna in quadrato signo est constitutus Qui sic natus fuerit quatuor serviet dominis Et si inter lunam et martem alia stella media fuerit inventa ad precedentem in numerum dominus alter addetur Sed et si sol in diurna genitura quatacumque signa a marte recesserit deiectus aut signo aut loco tantos dabit dominos In nocturna vero genitura quatiscumque signis a marte vel a saturno absit deiecta luna ab ipso numeras usque ad novissimum tantos dominos invenies duplicia signa pro duobus numeras dominis Si sol et luna in servili genitura deiecti fuerint Domini vero eorum signorum in quibus sol et luna sunt constituti in cardinibus genitute sint positi aut in aliis signis aut in humilitatibus suis potentium dominorum servi fient Si vero Iupiter hos quos in cardinibus diximus collocatos prospera radiatione respexerit libertatem consecuti maxima glorie consequentur insignia Si sol et luna aut in anafora sint horoscopi aut in vi ab horoscopo loco aut in viii aut in xii simul partiliter sive separatim et sint in deiectionibus suis constituti habeant quod in eodem signo in precedentibus partibus malivolas stellas debiles cecos servos facient qui in publicis deiecti locis vitam suam mendicitate sustinent Quatenus invenias an servi sint parentes Cum Iupiter aut Saturnus pariter in ioc fuerint constituti et sol in signo sit ab horoscopo loco Dic patrem fuisse servum Sed et si venus in ioc fuerit inventa et sol fuerit cum marte in iii sit ab horoscopo loco constitutus similiter monstrat patrem servum Sed et si sol in domo saturni fuerit inventus et saturnus in vi ab horoscopo loco servum patrem monstrat Si luna

cum marte equis partibus in aliemis signis in horoscopo fuerit
inuenta . sine dubitatione matrem faciet ancillam Sed et si dominus
eius signi in quo est luna fuerit inuenta aut in humilitate sua sit
aut in deiectis locis matrem ancillam simili ratione ostendit Sed
et si minuta lumine luna cum marte in horoscopo fuerit inuenta et
saturnus in anafora sit horoscopi matrem faciet ancillam Sed et
si luna in loco . fuerit inuenta et dominus ipsius loci in vi ab ho
roscopo loco inueniatur . matrem demonstrat ancillam Si solem
et iouem in deiectis uiderit locis aut pariter aut diuisos et unus
in xii ab horoscopo loco sit alius in vi . dic patrem fuisse seruum Sed
et si lunam simili modo cum uenere in deiectis locis uideris aut simul
positas aut diuisa sit aut una vi sit ab horoscopo alia in ma
trem dico ancillam . Si luna et uenus in occasu fuerint inuente
id est in vii ab horoscopo loco sit in tropico scilicet signo et una
maliuola stella in vi ab horoscopo loco sit alia in viii nec iupiter
sit in primis cardinibus aut primos cardines trigonica radiatione
respiciat matres demonstrant ancillas et quibus ianuarum custo
diatus credatur Si sol et luna in vi ab horoscopo loco fuerit
inuenta et in ipso loco dominus signi sit pariter constitutus . horum
parentes seruitutis et infelicitatis onere deprimuntur Si uero be
niuole stelle in cardinibus fuerint inuente postea parentibus aliquid
felicitatis conferetur . Si sol et luna in deiectis ab horoscopo locis
fuerint inuenti et in cardine aliquo uenerem constitutam satur
nus diametra radiatione respiciat aut quadrata aut si cum ea fuerit
inuentus seruos efficiunt Sed et si mars cum uenere sit sicut diximus
hoc idem simili ratione perficitur Sed et sol et luna in deiec
tis locis fuerint constituti et maliuole stelle aut in eodem signo
aut in quo est locus fortune constitutus aut in horoscopo aut in cete
ris cardinibus aut in anaforis cardinum . seruos simili ratione faciunt
Sed si saturnus in viii ab horoscopo loco fuerit inuentus aut in ana
fora horoscopi et luna aut in anaforis sint aut in epicatafor is uenus
uero sit radiis solis absconsa aut in xii sit ab horoscopo loco ser
uos faciet captiuos . Si sol et luna in deiectis locis constituti unus
de maliuolis in cardine sit partiliter constitutus . seruos efficiunt
Et si his sicut diximus collocatis alius uero aut in anaforis
aut in epicataforis constitutus seruos efficiunt Et si his sicut
diximus collocatis beniuole stelle coniunctionem lune occurrentes
acceperint aut si in cardine partiliter fuerint inuente aut in epica
taforis . nati serui libertatis premia consequuntur aut in filiorum
loco nutrientur Si sol et luna non sint in deiectis locis Satur
nus uero aut mars in cardine sit aliquo partiliter constitutus . alius
uero ex ipsis in anaforis sit aut in epicataforis sit positus et solem

et lunā ambo idest saturnus et mars qualibet ratione respiciāt captiuos efficiūt. Et si hos omēs sic collocatos beniuola stella aut in cardinibus posita aut in anafora cardinū collocata prospera radiatione respiciat ex captiuitate prospero presidio liberātur. Et si plures beniuole stelle et in superioribus locis collocata cōiunctionē lune crescentis exceperint ceteris sicut diximus constitutis ad ipsā captiuitatis discrimiā uenientes liberabūtur. De ferinis et de quadrupedibus genituris. Si luna in contortis uel et in ferinis signis fuerit inuenta idest in tauro, in cancro et in scorpione aut in capricorno aut in piscibus nec dominus ipsius signi in quo luna fuerit inuēta cum luā sit partili societate coniūctus et alia etiam maliuola stella aut diametra aut quadrata radiatione respiciat aut cum ea sit pariter constituta secunda vero maliuola stella in anafora sit horoscopi et dominus fortūe respiciat quadrupedes. de quadrupede nascetur presertim si dominus horoscopi et dominus fortune in his signis in quibus diximus fuerit inuentus. Si vero dominus fortūe aut dominus horoscopi in humano signo fuerit inuētus in vi scilicet ab horoscopo loco ceteris omnibus sit sicut diximus constitutis. nascetur ex homine portentū. Si maliuole stelle in cardinibus partiliter fuerint collocate aut in anaforis cardinū K Sol vero et luna in cardinibus positi diametra se radiatione percutiant. beniuole stelle neque in cardinibus sint posite neque in anaforis cardinū aut radijs sint solis absconse: aut quadrupes nascetur aut monstrū. Si vero mars aut solem aut lunam aut horoscopū aut quadrata aut diametra radiatione respiciat et fuerit natus quadrupes. sacrificijs publicis destinabitur. Si vero ceteris sic sicut diximus ordinatis Jupiter et venus extra cardinem positi aut solem aut lunā aut horoscopū viderīt quadrupes quod nati fuerit aut coletur ab hominibus aut templorū et simulachrorū consecrationi destinabitur. Sed hec tibi omnia ex eo libro qui de fine vite a nobis scriptus ē ex trigono ortogono manifestius intimātur. Illic .N. trigoni ortogoni ratio que a quibusdam grecis obscuritatis videtur ambagibus inuoluta manifestis et breuissimis interpretationibus explicata est.

De Cecis et debilibus et viciosis habes et infra

Si sol in horoscopo fuerit inuētus et luna ī occidente. Maliuole vero ambe ita sint diuise ut una solis alia lune anaforā teneat ab his aliene sint beniuole stelle cecos efficiūt aut viciatos luminibus. Sed et luna cum sole sinodica radiatione fuerit coniuncta et sint in anaforis aut in epicataforis constituti cardinū cōstituti et saturnus et mars in cardinibus sint partiliter cōstituti oculis cecatis viciū infertur. Sed et semper generaliter si ī anafora

maliuolarū sol et luna sunt constituti uitiū oculis faciunt inferri
Sol et luna si modica radiatione coniuncti in cardine aliquo fuerint con
stituti et mars in eodem loco positus partili sit illi ista radiatione
coniunctus oculis uitiū cecitatis infertur Sed et si sol et luna in ho
roscopo fuerint inuenti et mars in ab horoscopo loco consti
tutus nec beniuole stelle solem et lunā aliqua radiatione respiciant
uitiū oculis infertur. Sed et sol in horoscopo cum saturno partiliter
fuerit inuentus et eos mars aut quadrata aut diametra radia
tione respiciat uitiū oculis similiter infertur. Quod si hos sic ordinā
tos beniuole stelle superiori loco prospera radiatione respiciāt aut di
uinitatis presidio cecitas aut medicine interuenienti curabitur Si
saturnus in horoscopo constitutus dominus sit in viii ab horoscopo lo
co positus et si luna in horoscopo constituta saturnus sit in viii ab ho
roscopo loco positus. oculos uitio suffusionis excecat. Sed et si sol
cum marte aut cum mercurio in vii ab horoscopo loco fuerit luscos ef
ficiunt sed quibus aliquando homicidij facinus inferatur Si
Sol in aliquo cardine partiliter fuerit collocatus aut saturnus aut
mars in anafora eius positus dexter oculus uitiabitur Si uero
luna in cardine fuerit collocata et in anafora eius saturnus aut mars
sinister oculus hoc idem patietur Si uero sol et luna pariter con
stituti in cardine fuerint inuenti aut in diuersis cardinibus collocati
aut diametra se aut quadrata radiatione respiciant et utrasque
anaforas idest solis et lune maliuole possideant in utrisque o
culis uitiū infertur cecitatis. Si uero his sicut diximus col
locatis iouem saturnus uel mars de loco superiore respiciat gla
diatores efficient sed qui dānati ad hoc exitiū transferantur

De Claudis et paraliticis

Si mars in cardine aliquo partiliter sit collocatus et Satur
nus aut in anafora eius sit aut in alio cardine positus et ambo
lunam uel quadrata uel diametra radiatione respiciāt aut sicut
ipsorū aliquo in eodem signo equata sit partiū societate coniunc
ta aut claudi aut paralitici fient Sed et si saturnus in cardine
sit aliquo constitutus. mars uero in anafora eius positus Lunam
uero aut saturnus aut mars uideant. hoc idem simili ratione
perficiunt aut et ex alto aut ex quadrupede deiecti aut huiusmodi
discriminibus implicati corporum dāna patiuntur Quatenus
inuenias cuius de parentibus moriatur vel quatenus.
In cuiuscumque genitura sol male fuerit collocatus vel signi eius
dominus in quo sol fuerit inuentus pater prior interibit
Si vero luna hoc passa fuerit. mater. Quod dicimus tale
est Si horoscopus in ariete Sol in aquario fuerit inuentus et
saturnus in piscibus vel in quadratis signis piscium uitiatus est

domi⁹ signi solis id est saturnus ac per hoc pater istius geni
ture prior interibit quia sol viciati et maliuoli et interfec
toris loco ceciderit. Hoc si lune contigerit matrem primā dici
mus interire. Si vero his sicut diximus ordinatis mars satur
nus quadrata radiatione respiciat pater biothanatus iussu
uel ira principis interibit. Si uero his sic sicut diximus ordina
tis Jupiter in cardinibus fuerit inuentus. patris infortunia mi
tigantur. Sed in diurna genitura solem respiciat in nocturna uō
lunam. hoc et quod diximus si in nocturna genitura luā passa
fuerit: mater similiter interibit. Sed tunc hec mala fortius in cō
ualescunt his sic sicut diximus ordinatis beniuole stelle aut ī
deiectis locis fuerint aut radiis solis absconse. Si solem ī car
dine aliquo constitutum aut diametra aut quadrata mars radia
tione respiciat aut si cum ipso fuerit in eodem signo equata pte
societatis compositus. pater iussu principis biothanatus interibit
Si vero sic sole ordinato eadem saturnus qua mars fuerit radi
atione coniunctus aut in aqua pater aut ex humoribus interibit
aut veneno aut si sol in anafora horoscopi fuerit inuētus et
mars eum quadrata radiatione respiciat sanguinē reiectans pater
interibit. Sed et si ī VI. ab horoscopo loco sol fuerit īuentus
aut ī III aut ī XII et maliuole stelle quadrata radiatione
respiciant aut si cū eo fuerint inuēta. patri male mortis exitiū in
fertur. Si uero sole sic sicut diximus ordinato saturnus p quadra
tum radius acceperit uel accesserit aut si cū eo fuerit inuentus
absconsis pater et latentibus egritudinibus interibit id est dy
sinteriosiptisia et ceteris huiuscemodi egritudinibus. Sed et si
Sol in occasu fuerit inuētus et mars et saturnus in MC. hoc
idem patri simili ratione perficiunt. Si uero luna sic sicut diximus
solem sic fuerit ordinata et hac sit maliuolarū stellarū radiatio
ne pulsata. similia mater patietur exitia. Sed in his omnibus
mixturis beniuolarū stellarū radiationē diligēti debemus rati
one colligere. Nam Jupiter et venus ceteris sicut diximus ordi
natis aut in cardinibus positis aut in oportunis geniture locis
solem prospera radiatione respexerit precedens patris infortu
nium mitigatur. Si lunā matris. Si uero opitulante beniuola
stella et sic sicut diximus posita dominus eius signi in quo ē
beniuola stella collocata cū maliuolis stellis uel cum sole fiu̇t
inuentus. In precedenti scilicet deiectione qua diximus infortu
nia predicta circa patrem uel circa matrem potius conualescunt
Sed frequenter cum temporalis Jupiter ad marti geniture
venerit vel si eum quadrata radiatione viderit patri mors
affertur. Hoc idem Saturnus temporalis faciet si solē ī genitura

positum quadrata aut diametra radiatione respiciat Si vero hoc lune saturnus fecerit temporalis mater morietur Sed hoc nō semper sed cum temporis ratio exegerit secundū stellarū dominia de quibus ante tractauimus Si vere ac partiliter volueris in uenire ptractare est et tibi ablionia et multis generibus com probatā monstrāt Si fuerit diurna genitura computa a sole usq; ad lunam omnia signa que sunt ad ordinem posita et quātis tunc signorū numerus collectus fuerit tantum rursus ab ho roscopo computa et si ultimi signi numerus in masculino signo fu erit inuentus pater prior interibit Si uero in feminino mater In nocturna hoc idem simili[?] ratione colligitur Si utrq; fuerit in nocturna genitura a luna inchoās usq; ad solem computa omnia similiter signa que sunt per ordinem posita et quantiscunq; fuerit signorū numerus tantū in horoscopo inchoans numera et si in feminino signo nouissimus numerus fuerit inuentus pater prior interibit Si vero in masculino mater aliter et in diurna aliter in nocturna monstrat Sed et si sol et luna in masculi nis signis fuerint inuenti horoscopū in signo masculino constitu tū mercurius vero aut mars aut saturnus teneat pater prior interibit Si vero sol et luna et horoscopus similiter in femininis sint signis constituti et mars aut saturnus in MC fuerint inuē ti mater prior interibit Sed hoc et a nobis et a plurimis improbatur Illud vero quod precedenti computatione colligi tur mortem veris rationibus monstrat

De filiis inimicis parentum Si in genitura mars aut saturnus in ... ab horoscopo loco fuerit inuentus Sol uero in viii ab horoscopo loco aut alienabitur a patre aut grauia habebunt iurgia simultatum Sed et si mars in anafora horos copi fuerit inuentus aut in anafora MC hoc idem simili rati one perficitur Sed et si mars in horoscopo uel in MC ptiliter fuerit inuentus Sol uero aut in occasu aut in IMC fuerit con stitutus hoc idem simili ratione perficitur Si vero hec semo ta maliuolarum que diximus cum luna fuerint inter matrē et filios inimiciciarū iurgia concitantur presertim si sic lunam saturnus respexerit Sed et quicunq; in diurna genitura solē in finibus martis habuerit In nocturna vero genitura in saturni et solem per diem quidem mars per noctem vero saturnus q̄ drata aut diametra radiatione respexerit nec hoc beniuola rū stellarū radius mitigat patres suos filii interficient Si vō luna sic fuerit inuenta matres . Si sol in finibus maliuola rum stellarū aut in domibus constitutus in vi vel in xii loco sit ab horoscopo constitutus et cū sic constitutū maliuola stel

quadrata uel diametra radiatione respiciat filios exheredari fa
ciet a patribus Si vero solem sic positum beniuola stella ex
aliqua parte respexerit: paterne animaduersionis seueritas mitiga
tur Si vero sol in anafora horoscopi vel ĩ viii ab horoscopo
loco fuerit inuentus non quidem exheredabitur a patre sed pa
ternā faciet substantiam quolibet genere dissipari Si vero sic
sicut diximus solem positum beniuole stelle respexerint pauca
de paternis facultatibus interibūt Hoc idem in matribus vel ĩ ma
ternis patrimoniis luna perficiet Hoc amplius luna si sic sit in
genitura posita aut in xv. aut ĩ xvii partem in tropico signo
teneat et eam maliuole stelle quadrata uel diametra radiatione re
spiciant. materna substantia dissipatur Si vero sic positam lunā
beniuole stelle qualibet radiatione respexerint quodcūq; de mater
nis facultatibus reseruatur Sed et si sol et mars simul ĩ aliquo
cardine fuerint in tropico signo paternas facultates faciet dissipari
Si uero hoc sic posito beniuola stella respexerit quodcūq; ex pater
nis facultatibus reseruatur Hoc idem in materna genitura sic posi
ta luna perficiet De his qui de morte parentum orbantur
Cum vii ab horoscopo locus in duplici signo Sed duplici
bus signis etiam libre signū addetur Venus uero in quocūq; car
dine fuerit inuenta separatis dissidio parentibus soli filii relinquū
tur Sed et si duplex signū similiter in occasu fuerit et horosco
pus in duplici Saturnus vero sit in aliquo cardine constitutus
Sol vero et luna in maliuolarū stellarū signis constituti in dejectis
sint locis ab horoscopo positi ambo parētes citis mortibus interibūt
Si uero Sol solus sic fuerit sicut diximus positus solus pater
interibit Si uero luna. mater Sed hic annis usq; ad xv et
xvi annū inueniūtur Intra hoc tempus sic ordite stelle sicut
diximus parentibus parentis nobis nūciat mortes In iuuenes
autem tempus motiū cum saturnus temporalis ad hec vene
rit loca que ĩ precedenti demonstratione signauimus Sed et si ĩ du
plicibus signis cardines fuerint et sol et luā in occasu vel ĩ MC
fuerint Dominus etiam geniture aut in occasu sit aut in IMC.
parentes in prima filiorū etate moriūtur. Si MC ĩ signo mas
culino fuerit inuētum mater eius geniture duos maritos sortietur
ita ut hic de secūdo sit marito natus Si vero in femino de secū
da nascetur uxore presertim si MC in duplicibus uel in tropicis
signis fuerit inuentum De his qui adoptantur
Si vero Venus in geminis fuerit inuenta aut in trigonis
geminorū signis aut in piscibus aut in tauro faciet adoptari
Sed in piscibus et in tauro iam si nō fuerit in cardinibus hoc
idem faciet In ceteris autem in quibus diximus tūc cardinaliter

fuerit inventa tunc faciet adoptari De fratribus
Computa a Saturno ad Iovem et tantundem ab horoscopo
in quocumque signo novissimus venerit numerus ipsum tibi signum
numerum fraternitatis ostendit Si hunc locum malivole viderint
fratres interibunt aut inimicos capitales faciunt si benivole: au
gentur Sed et si Saturnus partiliter in horoscopo fuerit inventus
et ipse partes quidem Saturni sint intra etatis annorum omnes fra
tres interibunt Alii a mercurio numerant ad solem et tantundem ab
horoscopo et sic de locum definiunt definiunt cetera de ipso loco simili ra
tione dicentes Habet etiam hic tractatus in apotelesmatibus maximas ef
ficacias De his qui plurimas uxores ducunt
In omnibus genituris Si Saturnus cum venere in eodem signo fuit
inventus siquidem plures Saturnus habuerit partes unam decernit ux
orem Si vero venus plurimas habuerit partes: plures decernuntur uxores
hoc idem et in mulierum genituris invenies Venus in occasu constituta ab
aliis stupratam dabit uxorem aut sine ullis matrimonialibus co
ibunt Si mars viderit adulterio uxores cognitas sortientur Si vero sic
venus ordinata in tauro vel in libra fuerit: ingenuas uxores dabit In
ceteris vero signis ignobiles De his qui sorores suas vel affines
sortiuntur uxores In Genitura viri a Saturno numera ad vene
rem si sit diurna etiam tantundem ab horoscopo In nocturna constitu
ta et hoc tibi signum sicut frequenter diximus locum demonstrat uxo
ris Rursus locum fratrum a Saturno ad Iovem computa et tantundem ab
horoscopo itaque locus coniugis sic partiliter constitutus in loco fratrum ceci
derit sic sicut diximus computato sorores aut affines suas sortiuntur
Similiter in mulierum genitura reperies Sed et si venus cum domino
geniture in eodem signo pariter fuerint inventi aut sorores aut affines
decernit uxores Sed et si locus coniugis partiliter computatus in pa
ternis signis vel maternis et ipsis tamen partili ratione collectis fuerit
inventus aut matres aut novercas aut nutrices suas sortientur uxores
Similiter et in mulierum genitura reperies presertim si hec eadem loca
mars venus mercurius ve respexerint De incestis nuptiis
Quia de incestis nuptiis loqui cepimus pretermissis ceteris hec nunc
retractemus Si in genitura Saturnus in Iovis signo vel in Iovis finibus fu
erit inventus Iupiter vero et venus in Saturno Hos vero sic positos
mars et luna quadrata radiatione respexerint coibunt cum matribus aut
cum novercis Si vero mercurius his fuerit adiunctus aut cum filiis
aut cum filiabus aut cum privignis coibunt Sed et si luna cum sole
et Saturno et marte in domo Saturni fuerit inventa aut cum matre aut
cum noverca aut cum patre latenter coibunt Si vero hi omnes sic sicut dix
imus fuerint in VII ab horoscopo loco inventi post mortem patris ma
trem suam sortietur uxorem aut post mortem matris filias hoc idem

faciet cum patre. Si uero mercurius cum his fuerit inuentus
mulieres filios suos viri uero filias suas sortiuntur uxores. Sed
et si luna in nouissimis cancri partibus constituta ad iouem fe
ratur aut si in saturni sit domo saturnus uero in domo ve
neris hoc idem simili ratione perficitur

De his qui plurimas sortiuntur uxores

In omnibus genituris si venus in duplicibus uel in tropicis fu
erit signis inuenta et domini eorum signorum in quibus est ve
nus posita similiter in duplicibus signis uel in tropicis fuerint
inuenti viris quidem plurimas uxores · mulieribus vero plures
maritos decernunt. Si vero venere neque in tropicis neque in du
plicibus signis luna similiter aspiciat viro quidem una uxor · mu
lieri vero vnus maritus decernitur. Si uero in tropicis signis uel
in duplicibus venerem positam venus posita lunam viderit viris
plurimas uxores · mulieribus plurimos maritos decernit

De his qui uxores suas occidunt

Si venus in domo martis in finibus eiusdem martis fuerit et mars
in domo veneris collocatus Lunam in signis uel in finibus suis positam
plenam luminibus diametra radiatione respiciat vxores suas suis ma
nibus mariti interficiunt · Si mars in cardinibus interire. Si uero
in mulieris genitura mars in domo sua uel in partibus positus in occasu
fuerit inuentus et venerem diametra radiatione respexerit mariti
interfecti ab uxoribus interibunt. Sed hec inter iouis testimonio
perficiunt. Omnis veneris affectus circa uxores inuenias

Si locus uxoris partaliter inuentus et soliciet ratione quam in precedenti
monstrauimus libro. Si in iouis fuerit inuentus erit vir ab omnibus
libidinum illecebris separatus. Si vero hunc eundem locum in iouis
signo positum ipse iupiter viderit aut si in ipso loco fuerit inuentus
fortius pudicicie gratia conualescit. Si vero in saturni domo fuerit libi
dinosas efficiet. Sed si hunc locum saturnus viderit viros circa muli
eres suas reddit austeros. Si in martis signo v. fuerit inuentus et mars
hunc eundem locum ipsum aut iupiter aut venus ex his in loco
ipso sit alius hunc eundem respiciat faciet viros uxores suas fido
diligere semper affectu. Si vero in mercurii signo hic locus fu
erit inuentus et mercurius ipsum locum viderit aut ibi sit constitutus
passiuos amatores faciet. Sol regios faciet · luna gratos et amabi
les. Si luna cum marte in domo martis fuerit inuenta et hos
saturnus diametra radiatione uel quadrata respiciat faciet homines
sine coniugio sine uxores sine filiis prosecutos. Si iupiter cum venere in
occasu fuerit inuentus viri libenter cum meretricibus mulieres vero cum
senibus coibunt. Si vero in horoscopo sic fuerint inuenti viri cum minoribus
mulieres vero cum iuuenibus libentius coibunt

De Puerorum amatoribus

Mercurius et mars partiliter in horoscopo constituti pariter puerorum amatores efficient fortius tamen hunc libidinem faciunt convalescere si in alienis domibus fuerint collocati Sed et si venus in domo mercurii fuerit posita mercurius vero male sit in genitura positus ad puerorum concubitus prepostero amore semper impellunt Sed ut manifestius intelligatur cum venus in domo mercurii fuerit scilicet si mercurius in MC sit aut tota sit aut in VIII ab horoscopo loco aut in VI aut in XII aut in anafora horoscopi aut in deiectionibus suis idest in quibus humiliatur tunc hoc quod diximus complet Si locus coniugii partiliter computatus in domo saturni ceciderit mercurius vero in cardine constitutus in masculino sit signo puerorum amatores efficiet sed tales qui numquam feminarum coitus vel saltem cupiditate desiderent Sed si mars et mercurius domicilia sua mutaverint scilicet ut mars in mercurii domo sit mercurius in martis puerorum amatores efficiunt presertim si sic positi in deiecto ab horoscopo loco fuerint constituti hoc idem faciunt et si in martis domo simul fuerint hoc idem faciunt Sed et si mercurius in domo martis fuerit et mars eum vel quadrata vel diametra radiatione respiciat puerorum amatores reddit Mars similiter si in domo mercurii fuerit et eum mercurius quadrata vel diametra radiatione respiciat hoc libidinis vitium simili potestate decernit Sed et si luna in domo mercurii vel in finibus mercurii in domo lune fuerit inventus puerorum amatores efficiet

Quatenus inveniatur quot quis ducat uxores

Si venus in MC fuerit inventa et eam luna trigonica radiatione respiciat habeatque etiam ceterarum stellarum testimonia unam decernit uxorem Si vero in alio quocumque loco fuerit inventa computa ab ipsa venere usque ad illud signum in quo partiliter locus coniugii invenitur quantacumque fuerint signa a venere usque ad signum coniugii tante decernuntur uxores Sic et in femineis genituris de maritis invenies etiam hanc uxorem Alii probent a nobis non probatur

De his qui meretrices publicas ducunt vel qui cum quolibet adulteria committunt

Si venus cum marte in VI ab horoscopo loco fuerit inventa et viros adulteros et mulieres adulteras faciet Si vero in domo saturni constituti et cum ipso saturno in eodem signo pariter sint societate coniuncti in VII scilicet ab horoscopo loco in mulierum quidem genitura publicas meretrices faciunt In virorum vero genituris hoc decernitur aut meretrices uxores habeant aut cum cynedis publicas impura libidinis cupiditate iungantur

Quatenus invenias quot quis matrimonia sortiatur

Si Locum coniugis partiliter inueneris et dominus
ipsius signi in eodem signo fuerit inuentus completis pri
mis annis ipsius signi nuptie determinantur Si vero dominus
signi ita sit collocatus ut locus coniugis id est signum suum nul
la radiatione respiciat et alia stella in ipso signo sit posita com
pletis primis temporibus eius stelle que in eodem signo fuerit
inuente id est in locum coniugis tunc nuptie determinantur Si vero
nulla stella in ipso signo fuerit collocata post anaforam ipsius
signi uxor determinatur Sed et alia ratio subtilior partili ra
diatione composita Computa omnium stellarum substantiam et
totum numerum unam facito summam et hanc eandem summam
ab horoscopo signo inchoas in quo locus coniugis partiliter fu
erit inuentus diuide ceteris signis ita ut omnibus signis des
XXX partes In quotocumque signo nouissimus numerus venerit
cum ad ipsum signum iupiter venerit tunc nuptie determinantur
Quod dico tale est quia a paulo obscurius dictum est hoc
idem tibi rursus manifestius intimabo Computa solis XIX.
Lune XXV. Saturni XXX. Iouis XII. martis XV. veneris
VIII. mercurii XX. Hic omnis computus CXXVIIII facit hunc
omnem numerum respiciat Si sol in aquosis signis fuerit
inuentus et in eodem signo vel loco mars cum luna sit partiliter
collocatus aut si in XI uel in VI ab horoscopo loco sit cum luna
pariter positus Saturnus ab horoscopo diametro respiciente bio
thanati nascentur aut a laqueo suspensi interibunt aut aquis
submersi extremum consequuntur mortis exitum Si luna cum satur
no partili societate coniuncta in VIII ab horoscopo loco fuerit inuenta
nec aliqua beniuola stella in cardine fuerit constituta animma sag
uinis a nimia sanguinis effusione mors inferetur. Si vero
his sic ordinatis in alio cardine beniuola stella fuerit inuenta
desperati medicine remedys conualescunt Si vero cum marte luna
in VII ab horoscopo loco fuerit inuenta emorroycos faciet inte
rire Sed generaliter Saturnus in nocturna. mars in diurna
genitura in VII ab horoscopo loco constituti emorraticas id est
sanguinis eruptiones efficient Sed si in signis eius qui VII loco
et horoscopus uel locus fortune uel inuentus sectifero vicium vali
tudinis consequetur Si vero hic sic sicut diximus ordinatis
beniuola stella prosperum illis testimonium radiatione comodauerit
sectifero ab ista egritudine liberabuntur Si vero ambo id est
Saturnus et mars in VII ab horoscopo loco fuerint constituti
horoscopo uel loco fortune in his signis in quibus diximus consti
tutis id est in marte aut in saturno aut in uno ab istis in VII ab
horoscopo loco constituto alius eum quadrata uel diametra ra

diatione respiciat secti medius interibunt Si luna in oc
casu fuerit inventa et mercurius et mars partili societate coniūc
ti in medio celo fuerint constituti homicidas parricidas qui per
ficient qui aut qui nephario furoris instinctu fraterno sang
uine cruententur Sed hos istorum facinorum pulsatos
invidia et iniqua accusatione publicatos severis facient
iudicium animadversionibus interire Si luna et mars in viii
ab horoscopo loco fuerint constituti Sol vero et mercurius in
iii sint ab horoscopo loco collocati sacrilegos efficiūt spoli
atoresque templorum sed qui propter hoc facinus severa iudi
cis animadversione plectantur Sed et si sol cum saturno et mar
te et mercurio ī xi loco ab horoscopo constitutus et luna sine
testimonio iovis ī iii sit loco ab horoscopo poita ex predictis
facinoribus facient biothanatos interire Si sol in horosco
po fuerit inventus Mars vero et saturnus in equis ptib9
iuncti ī xii loco ab horoscopo sint et lunam ī vi ab horosco
po loco constitutam diametra radiatione respiciant servos bio
thanatos efficiunt Si in signo saturni vel in signo martis
horoscopus fuerit inventus aut certe locus fortune Si vero
sit in horoscopo partiliter constitutus et cum eo mercurius equis par
tibus societatis iunctus Saturnus vero et mars ī vii sint ab ho
roscopo positi epylenticos faciūt sed biothanatos Si lunā in
occ̄ partiliter fuerit collocata et mars sit partiliter in horoscopo
constitutus Saturnus vero in lune sit anafora constitutus bio
thanatos efficiūt Sed et si luna cum mercurio ī viii ab ho
roscopo loco fuerit iuncta et mars cum saturno aut ī v aut ī
xii ab horoscopo loco sit collocatus. biothanatos efficient Sed
et si mars et saturnus quadrata radiatione respexerint mar
tem in quolibet cardine constitutū et unus ex his lunam aut
quadrata aut diametra radiatione respexerit aut si cū ea fuīt
inventus biothanatos faciet Sed et si luna cū marte ī viii
loco ab horoscopo fuerit iuncta et sol ī vii Saturnus vero in
occ̄ aut in quolibet cardine. biothanatos efficiet. Si mars
aut saturnus ī xi loco ab horoscopo fuerint inventi aut si unus
eorum ī ipso loco sit positus alius vero cum luna sit collocatus aut
eam quadrata radiatione respiciat et mercurio aut marti qua
libet ratione iungatur faciet insanos epylenticos biothanatos
Sed hoc peius erit si mars in xi loco ab horoscopo fuerit īven
tus et saturnus in v. Sed et si Sol ī viii ab horoscopo lo
co fuerit inventus et lūa sit ī occ̄ ptiliter collocata et horoscop9
aut locus fortūe ī signo solis sit aut ī signo lūe īsanos biothana
tos efficiet Si cupidinis locus id est cupiditatū mars et satn9 fuerit

partiliter iuncti et sit in se locus in aliquo geniture cardine
constitutus Venerem vero hi quos diximus qualibet radiatione
respexerint gomorroicas mortes efficient Et si et lunam vide
rint lunaticos efficiunt Et si et mercuriū viderint in falso aut
in adultera pecunia deprehensos faciunt biothanatos interire
Et si hos omēs sic collocatos iupiter respexerit ex istis om̄
bus periculis liberantur Si mars et saturnus in horoscopo fu
erint inuenti et in anafora eorum luna sit posita viciatis luībꝰ
faciūt biothanatos interire Sed et si luna aut sol in horoscopo
fuerit et mars et saturnus in anafora eorum similiter faciunt
viciatis oculis biothanatos interire Sed et si luna cum marte
fuerit inuenta et saturnus cū sole in ○○̄○ fuerit constitutus spas
mos aut epylensias aut insanias faciūt et violente mortis exi
tum Sed et si luna et sol in cardinibus fuerint inuenti aut
in ipis diuinibus mars et saturnus existant aut in alys sint
cardinibus constituti biothanata hos faciūt morte interire
Si mars aut saturnus in loco fortune fuerint inuenti et in
vi uel ī xi ab horoscopo loco sinodus sit biothanatā mortē
efficiūt Si mars cū luna ī xii ab horoscopo loco fuernit con
stituti in ii uero ab horoscopo loco id est in anafora saturni et
sol biothanata morte faciut interire et frequenter in ipso ortu sec
ti particulatim de matris visceribus proferentur presertim
si ysdem partes omēs fuerint inuenti inuēti Si luā ī 10○c
fuerit inuenta alia uero maliuola stella in aliquo cardine sit ī
uenta uel constituta et alia maliuola stella lunam diametra ra
diatione respiciat aut si horoscop similiter attendat aut si ī v
aut in xi ab horoscopo loco fuerit inuēta biothanatos efficiūt aut
N precipitantur qui sic nati fuerint aut ipsi sibi inferent mortē
Sed et secundū naturam signi mortiū completur diuersitas Si
luna ī viii ab horoscopo loco fuerit inuenta mars uero in domo
sua positus in horoscopo sit ꝑtiliter constitutus et in ipō venus aut
mars uel sol omīs equis uel vicinis partibus iūcti lune vero coniūc
tionem ꝑtiliter aut mars aut saturnus excipiat Laterati ferarū
morsibus interibunt Si luna minuta luminibus in viii ab horos
copo loco fuerit inuenta biothanatos faciet sed tales qui nudi
sub uersi miserum inuerant mortis exitū Si luna ī occasu fuit
inuēta Saturnus uero ī vi ab horoscopo loco vel locus fortune
in saturni domo sit uel in lune dysintericos faciunt interire Si
luna in horoscopo fuerit inuenta Saturnus uero cū mercurio in
vii sit ab horoscopo loco constitutus · stultos lentos · fatuos cadu
cos efficiūt Si saturnus ī iii uel ī viii loco ab horoscopo fuit
inuentus et cū mars quadrata radiatione respiciat magnis rebus

vel magnis actibus facient prepositos Sed matrimoniũ quod
tuncq; collectum ab ipsis fuerit dissipatur Habebunt etiã mari
nas valitudines et multis malis in peregrinis locis constituti ob
ligantur Quorundam parentes patresq; debilitant aut certe faci
unt biothanatos interire Si uero mercurius cum vno ipsorum
fuerit inuentus et luna aut cum ipsis sit aut quadrata ul' diame
tra radiatione respiciat: eos sacrilegos · spoliatores templorum
latrones latroniũ duces · homicidas sed mala facit morte pereun
tes Si sol et mercurius et saturnus in MC fuerint inuenti ac
cusationes pericula ex absconditis litteris facient inferri aut ex
falsatis publicis litis aut ex adulteratis pecuniis Si vero hos
mars quadrata aut diametra radiatione respexerit aut si cum
ipsis fuerit inuentus · latrones homicidas exules tñ fugitiuos
q; perficient Si vero his sic ordinatis Jupiter in alio cardine fue
rit inuentus post tempus ex istis calamitatibus liberati ad magne potes
tatis gratiam transferent · Si uero luna sic his omnibus positis
aut in cardine aliquo aut in anaforis aut in epicatafora fuerit inuẽ
ta post hec omnĩa biothanata morte morientur Si mercurius et
saturnus ĩ vi ul' ĩ xii ab horoscopo loco fuerint constituti inefficaci
tibus et miseris rationibus preponẽt Sed hos eosdem faciunt in
omnibus tardos semper et languidos Si vero hos mars qua
drata uel diametra radiatione respexerit Sceleratos · latrones · per
iuros delatores et suorum proditores efficiũt Quidam vero pp
ter servos uel propter dãnatos homines periculis uel custodys
traduntur presertim si lunã mars qualibet radiatione respexerit Si
Saturnus ĩ viii ab horoscopo loco fuerit inuentus aut ĩ anafora
horoscopi fuerit constitutus luna vero in anaforis ul' ĩ epicatafora sit
constituta et mars ĩ vii ab horoscopo inueniatur et ab omĩ religi
onũ cura sepositi Si uero his sic ordinatis saturnus et luna ĩ qua
dratis eorũ uel in diametris locis fuerint inuenti spoliatores tem
plorũ efficiũt Sed quia ob hoc publica morte plectãtur Et
si his sic ordinatis Jupiter et venus cum ipsis fuerint inuenti
Sacerdotes prophetas neocoros efficiũt sed et ipsos biotha
nata morte pereuntes Si luna cũ marte in occasu fuerit inuẽta
ita ut mars precedat in partibus Saturnus uero et mercurius in
IMC sint partiliter constituti biothanatos efficiunt Sed et mors
pro signorũ natura cognoscitur In tropicis uel in aquosis signis
constituti aut hidropicos perimiũt aut nudos faciũt fluminibus
submergi In duplicibus vero signis aut in solidis sic sicut diximus
positi epylenticos faciunt sed biothanata morte pereũtes
Si vero hos Jupiter et venus ex aliqua parte respexerit
discrimen precedentis infortuny mitigatur De damnatis

Si Locus Lune necessitatis in domo mercurii fuerit inuen-
tus Luna vero in domo saturni uel martis fuerit inuenta mer-
curius vero mars aut saturnus quadrata aut diametra radia-
tione respiciant aut cum ipso in aliquo cardine fuerint col-
locati aut si in anaforis aut in epicataforis cardinum aut si in ho-
roscopo uel in loco fortune uel in loco necessitatis fuerint constitu-
ti faciunt quolibet genere damnari. Si vero locus necessitatis in loco
mercurii uel in domo lune fuerit inuentus aut in domo martis aut in
domo saturni et sit in aliquo geniture cardine locus ipse partiliter
constitutus et ex his omnibus stellis quarum mentionem fecimus
aliqua in anaforis uel in epycataforis fuerit inuenta simili fa-
cient ratione damnari. Damnationes sunt aut metalli operis publi-
ci exilii et ludi. Sed et locus necessitatis in earum stellarum quas
rum diximus domibus fuerit inuentus quedam ex ipsis in ana-
foris uel in epycataforis fuerint alie vero in cardinibus existant
iuste faciunt damnationis discrimen imponi. Si vero his omnibus
sicut diximus ordinatis iupiter in MC constitutus maliuolas stel-
las prospera radiatione contineat: omnium damnationum discrimina
mitigabit. tunc .N. post certum temporis spatium ex predictis dam-
nationibus liberati imperatoris iudicio et dignitatibus suis resti-
tuentur et patrie. Si vero his omnibus iouis fuerit testimonium de-
negatum iuste damnatos seuere animaduersioni faciet subiugari.
Si dominus eius signi in quo locus necessitatis fuerit inuentus
in marte uel in saturno uel in domo mercurii constitutus in horos-
copo sit uel in loco necessitatis collocatus damnari perficiet. Sed et si
locus necessitatis ipse et dominus suus in predictis fuerit constitutus
damnari perficiet. Si locus necessitatis in mercurii domo fuerit
inuentus et mercurius sit in aliquo cardine constitutus mars
uero et saturnus in anaforis sint cardinum uel in epicataforis positi
damnari. Si uero his omnibus sic sicut diximus ordinatis luna
aut in cardinibus aut in anaforis cardinum fuerit inuenta damnata
damnati biothanata morte morientur. Si locus necessitatis in mer-
curii domo similiter fuerit inuentus et mercurius et mars in saturni
positus domo uel in anaforis uel in epycataforis cardinum fuerint
inuentis marte et saturno in cardinibus partiliter constitutis in alie-
no ab his ioue existente iuste damnationis et cum omnium volunta-
te sententia proferetur. Si loco fortune locus necessitatis ceciderit
aut dominus loci fortune in loco necessitatis fuerit inuentus aut domi-
nus necessitatis in loco fortune fuerit constitutus iuste damnationis
facient sententiam promi. De Eunuchis et de hermafroditis
Si Sol et Luna in femininis fuerint inuenti aut simul positi aut in di-
uersis locis collocati et venus in feminino signo constituta in aliquo sit cardine

luna uero et mars in quocumque cardine partiliter collocati aut
eunuchos aut hermafroditos facient Si uero Sol et luna
eadem qua diximus ratione in masculinis signis fuerint colloca
ti et si venus in masculino signo sit posita et sit mulieris istA ge
nitura nascentur mulieres que uirili animo succincte in modum
virorum cum mulieribus coire desiderent Si venus in mercurii
domo fuerit inuenta et mercurius in veneris aut si hoc idem in
finibus suis fecerint Luna vero in virgine aut in tauro aut in
leone posita sit Cetere vero maliuole stelle masculine in femininis
feminine uero in masculinis biformes hermafroditi que nascentur

De impuris Si Mercurius et venus pariter in xviii
parte arietis sint positi impuros ore perficiunt Sed et si ve
nus et luna cuiuscumque signi xxx tenuerit partem et per qua
dratum se diametrum que respiciant hec eadem vitia latenter
exerceri perficient Si vero domini eorum signorum in quibus
luna et venus xxx possident per hec eadem signa qualibet
ratione respexerint hec eadem vitia sine cura pudoris publi
ce exercebunt

De Sterilibus et Cynedis

Si Mars et venus in matutino ortu collocati in mas
culino signo simul fuerint positi mulieres viragines steriles
que perficiunt In virorum vero genituris si in femininis signis in
uespertino ortu simul fuerint collocati et eos saturnus qualibet
radiatione respexerit cynedos efficient templorum cantibus
seruientes Si vero in ariete uel in capricorno stellarum fuerit
ista coniunctio hec libidinum vitia decernunt Sed et si venerem
diametra uel quadrata radiatione respexerint et omnibus illis
iouis testimonium denegatur in femininis quidem mali post diu
pronuntiant In virorum uero genitura gallos abasos digito
et cynedos Si luna saturnum diametra radiatione respiciat mars
uero ita sit positus ut hos de quadrato venerem uero de diame
tro videat et omnes hi commutati suis domibus existant muli
eres quidem steriles uiragines que perficiunt masculos autem
cynedos Sed et si saturnus cum luna in vno signo positus in
eadem parte fuerit collocatus cynedos efficiet Luna quoque et ve
nus in eadem parte posite cynedos efficiunt Venus quoque et
sol in viii ab horoscopo loco positi cynedos efficiunt Sed et
si mercurius et venus in maliuolarum stellarum sint domibus col
locati mars uero sit et saturnus in veneris domo hoc idem
simili ratione perficiunt Sed ut hec possis tali ratione col
ligere breuiter ostendam Computa a luna ad venerem et tantundem
ab horoscopo Si in feminino signo numerus ceciderit et luna
sit in feminino signo constituta xxv usque ad xxx sit per masculos

cynedos inuenies sed qui hoc uitiū latenter exercent · feminas
vero simili ratione meretrices sed existente precedente nume
ro a venere ad lunā computa et tantundem ab horoscopo
et si signū eius in femino signo ceciderit dic viros in istis libi
dinibus eē dedectos hoc idem et in mulieribus pronūciabis
Et si duobus nūmeris sic sicut diximus constitutis luna et venus
in femininis signis posite et in nouissimis sint signorum ptibus
collocate precedentibus vnis nūmeris in femininis inuentis sig
nis has infamias cum publica nota perficient Si vero non
fuerit venus cum luna sed vespertino ortu constituta et in feīnis
signis nouissimas partes collocatam lunam in nouissimis signi
partibus positam quadrata radiatione respexerit masculinos cy
nedos mulieres meretrices efficiet sed qui has libidines latē
ter semper exerceant Si vero ex precedenti nūmero feminī
na inueneris signa et his sicut diximus existentibus saturnus ī
feminino signo constitutus luna ul' venus quadrata radiatione
respexerit faciet deformes pauperes cynedos Si uero omnibus
sicut diximus ordinatis mars cum saturno fuerit inuētus gallos
faciet abscisos Si uero his sicut diximus ordinatis et utroq; nu
mero partili radiatione collecto venus in nouissimus nouissimis
partibus constituta saturnū martemq; respiciat cynedos felices
efficiet quibus officia templorū credāt' aut nobiles mulieres me
retricū faciet vitijs implicari Si mars et mercurius venus
et luna in tropicis signis aut simul fuerint aut quadrata se ratio
ne respiciant meretrices efficiunt sed studia eorum ex signorum
varietate mutātur Si N· in femininis signis sicut diximus fu
erint meretrices efficiunt Si uero in masculinis uiragines Si
luna cū marte et venere in horoscopo fuerit inuenta et sol sit
in xii ab horoscopo loco positus · horoscopus uero saturnū quadra
ta uel diametra radiatione respiciat · gallos faciet abscisos cyne
dos sed tunc si omnibus desit iouis testimonium Si venus et
saturnus aut simul fuerint aut quadrata radiatione respexe
rint. radijs solis absconsi et luna in femininis signis positi ho
roscopo in feminino signo collocato latentes cynedos efficiūt
Si vero saturnus et venus in matutino ortu fuerint collocati
faciunt in ista libidinū labe publicari Si vero mars in ves
pertino ortu positus quadrata illos uel diametra radiatione re
spexerit publicos cynedos efficiet Si vero his sic omnibus
sicut diximus ordinatis mars in cardinibus fuerit inuentus gal
los faciet abscisos Si uero fuerit in feminina genitura et he oēs
stelle sic sicut diximus collocate ī masculinis signis collocate · li
bidinosā virginē faciūt generaliter sane si luā et sol et horosco

pus in capricorno uel in ariete uel in tauro uel in leone fuerint
ita ut in faciem eorundem signorum sint aut in dorso omnium
libidinum impuritates cum extrema corporis effeminatione de
cernunt In omni genitura si luna in cauda leonis fuerit inuenta
cynedos efficiet matri deorum tympana pulsantes Si vero
in facie leonis uel in facie capricorni uel in facie arietis uel in
facie tauri fuerit inuenta et feminas et viros ad omnia impu
ritatis vitia precipitant Si uero in his signis lunam constitu
tam saturnus et venus simul positi in VII genitura scilicet loco
quadrata radiatione coniunxerit cynedos efficient Si vero his
se mars qualibet radiatione coniunxerit publicos reddunt cynedos
K venere quoque in tauro et in leone et in virgine et in capri
corno si mars et saturnus qualibet radiatione respexerit cynedos
simili ratione perficiet Si in nocturna genitura luna in XII uel in
VI ab horoscopo loco fuerit inuenta In diurna vero sol in eisdem
locis fuerit collocatus et siquidem luna in nocturna in finibus
veneris positus venus in VII ab horoscopo loco aut in X con
stituta in suis finibus cynedi nascuntur Et si hos sicut diximus
ordinatos mars quadrata uel diametra radiatione respexerit gal
los faciet abscisos In omnibus tamen testimonium iovis querere
nam si fuerit hec vitia ex parte aliqua aut mitigantur aut ce
lantur

De Eunuchis

Si Luna in sterilibus signis fuerit inuenta et cum ea sit sa
turnus partiliter collocatus venus uero hos qualibet radiatione
respexerit Si autem saturnus in finibus veneris et venus in finibus
saturni nec lunam iupiter aliqua radiatione respiciat eunuchi
fient Si uero in terrenis signis luna cum saturno sic fuerit sicut dixi
mus venus uero cum saturno comitauerit fines et abcisi similiter
testimonium iovis coitus fient eunuchi sed qui cum mulieribus coeunt

De Cynedis inuestigandis

Nunc tibi Locum libidinum intimabo partiliter ut omnium
libidinum vitia veris possis rationibus inuenire Computa a luna
usque ad saturnum et quantuscunque numerus signorum fuerit inuen
tus tantum rursus ab horoscopo computa et in quotcunque signo
nouissimus venerit numerus Ipsum tibi signum viciorum ac libidi
num locum monstrat Si itaque signum femininum fuerit in quo libi
dinis locus partiliter ceciderit et maliuola stella hunc eundem
locum quadrata uel diametra radiatione respexerit venus uero
in aliquo cardine collocata cynedi nascentur sed latentes Si
vero locus libidinum partili ratione collocatus in deiectis ab horos
copo locis fuerit inuentus in signo femineo omni faciet impurita
tis labe pollutos Si vero hoc loco sic sicut diximus constituta luna

aut in primis partibus piscium aut capricorni aut leonis fu
erit aut in tauri novissimis impuris faciet libidinum vitiis
implicari Si vero locos libidinum in deiectis locis constitu
tos et malivolarum stellarum testimoniis pulsatos in deiectis
ab horoscopo his sol et luna vel in malivolarum stellarum
signis vel in humilitatibus suis fuerint inventi cynedos
publicos faciunt omnium libidinum vitiis implicatos fortius
autem hec convalescunt Si libidinis locus aut in capricor
no aut in tauro fuerit aut in ariete Si venus domina
geniture fuerit inventa et habens dominium cum marte pariter
collocata in feminino signo et in deiectis ab horoscopo locis
Saturnus vero in masculino signo positus horum quidem
trigonos vero de quadrato respexerit in suis signis vel in suis
partibus collocata et luna sit in deiectis locis posita cynedi nas
centur Si luna venus mars et saturnus in femininis signis
fuerint collocati in deiectis scilicet ab horoscopo locis et sint
aut simul aut quadrati publicos cynedos efficiunt Si vero
unus ex his omnibus bene fuerit collocatus faciet homines
latenter hec vitia exercentes Si venus et saturnus in femi
nino signo constituti in VII sint ab horoscopo loco positi Sol
vero et iupiter et luna et mars in deiectis sint ab horoscopo
locis positi sine dubitatione cynedos efficiunt Si vero his
omnibus sic sicut diximus constitutis Iupiter solus in primis
cardinibus fuerit constitutus et quidem regalium munerum
officia credantur Si vero sic his omnibus sicut diximus po
sitis luna in primis cardinibus fuerit inventa cynedos divites
faciet Venus mars in tropicis signis positi se quadrata vel
diametra radiatione respexerint in femininis scilicet signis
cynedos efficiunt sed qui latenter his vitiis implicentur Si
vero in statione constituti sine testimonio iovis hec que diximus
possederint signa mulieres quidem meretrices prostitutas
viros vero publicos cynedos efficiunt

De Expertis litterarum *Si Mercurius et sol simul*
fuerint collocati ut in uno signo positi equata partium socie
tate iungantur nec eos luna aliqua radiatione respiciat
aut certe non sit in horoscopo constituta expertos faciet litterarum

De famosis gladiatoribus *Iupiter in finibus martis po
situs in quocunque signo* et mars in finibus iovis si in car
dinibus collocati quadrata se vel diametra radiatione respex
erint et in diurna genitura sol sit in deiectis ab horoscopo
locis Luna vero in nocturna genitura famosi gladiatores nas
centur *De Athletis*. i. de pugnatoribus cum gladio.

Si Mars in finibus mercurii fuerit inventus in quo cumque scilicet signo et mercurius similiter in marte venus uero hos ambos qualibet radiatione respiciat athlete nascentur. Si in uero in cardinibus fuerint collocati athlete nascentur in omni certaminum conflictatione victores. Si uero mercurii et martis testimonium defuerit ueri · oplomac · nascentur aut palestre aut athletarum magistri sed qui numquam certaminibus se committant. Si uero marte in finibus mercurii constituto et mercurio rursus in marte iouis et veneris testimonium qualibet radiationis societate conferatur pycte erunt inventus et ei sola venus testimonium commodet cursores efficiet. Sed hec fortius conualescunt si locus fortune et locus acti in cardine inuentus precedenti stellarum societati iungatur. De Causidicis oratoribus

Si Mercurius in finibus suis fuerit inuentus aut in marte et sit in deiectis locis constitutus et cum mars in domo mercurii uel in finibus eius collocatus qualibet radiatione respexerit causidicos oratores perficient uel efficiet. Si uero sit mercurius sicut diximus positus in diurna genitura non sit in deiectis locis et cum mars in cardinibus positus in his in quibus diximus partibus prospera radiatione respexerit: magnos oratores famososque perficiet.

De Medicis. Si Mars et venus pariter iuncti quadrata se radiatione respexerint inspicientes locum in quo actus fuerit inventus: medici nascentur. Si uero mutauerint fines suos sit autem mars in finibus ueneris et venus in finibus martis et his prosperum mercurii testimonium accedat ingeniosi medici nascentur. Si uero non sit illis mercurius adiunctus coqui nascentur.

De Musicis. Si Mercurius cum venere constitutus siue per nocte siue per diem aut in suis aut in veneris finibus fuerit inuentus musicos faciet organa dulci modulatione tractantes. Sed et si non fuerint simul positi et sit mercurius quidem in finibus veneris venus uero in finibus mercurii hoc idem simili ratione perficiet. Si uero venus in finibus mercurii fuerit et mercurius in alieno signo uel in alienis fuerit partibus collocatus: habebunt quidem musica sonum uocis sed erunt ignobili quadam humilitate proiecti. In omnibus autem partibus quere fortune locum deinde actus et locus in anafora inueniuntur cum itaque actus inueneris locum vide dominus ipsius signi in quo sit loco constitutus. Sed et dominus signi in quo fortune locus fuerit inuentus simili ratione inspice et vide quo sit etiam ipse in loco constitutus. et cum hos diligenti ratione inueneris vide qui sit ex ipsis oportunius collocatus id est cui ipsorum sit in ipso signo positus et si ambo in uno loco fuerint inuenti vide qui magis opor

tiniu͂s cecideri͂t Si uero in loco fortune non fuerant vide ne in loco actus non sint constituti et in hoc loco simul fuerint inuenti vide qui oportunius cecideri͂t. vide Si uero non fuerant in hoc loco vide qui horoscopu͂ ex ipsis cardinali ratione respiciat et tu͂c ex hoc tractatu artem poteris explicare Si uero venus sic fuerit in tertia faciet pictores plastratos aurifices argentarios musicos pro signoru͂ scilicet varietate Jupiter uero negotiatores agricolas feneratores naucleros perficiet similiter etiam ipe͂ pro signorum varietate Mars medicos tonsores et quoru͂ ars aut ex ferro substantiam habet aut ex igni Mercurius qui officia canna uel lingua uel oratione pertractent Saturnus laboriosos vrinatores naucleros sed qui omi͂ infelicitatis genere deprimantur Sed hec omia͂ sicut frequenter diximus pro signoru͂ varietate definies Ut autem scias an in decretis artibus perseueret breuitbi ratione monstrabo vide in quo signo sit mercurius positus et inquires signi ipsius dominu͂ et cu͂ inueneris quere an bene sit collocatus Si .N. bene fuerit collocatus: permane͂t in artibus et ex ipsis lucra maxima consequentur Si male. Sine fructu artis sue tractantes officia laborabu͂t et easdem artes deserent fatigati Hec tibi Mauorti decus nostru͂ partili explicabimus ratione collecta ut oi͂a tibi secreta diuine istius artis mediocritas nr͂a manifestis interptationibus intimaremus Sed his explicatis sermo totus ad expositionem fere barbarica transferatur

Iulij firmici Materni iunioris V. C. Matheseos liber vii expliciat Incipit Octauus feliciter



Nihil aliud in hac vite breuitate laborantes sumus du͂ nobis est Mauorti decus nostrum nisi ut terreni corporis labe purgata et amputatis si fieri potest omnibus vitijs uel certe plurimis incorruptam animi diuinitatem et nulla sceleru͂ contagione polluta͂ auctori nostro reddamus deo ne diuine fabricationis inmemorem animu͂ nostru͂ vitiosis libidinu͂ laqueis implicatum tanq͂ proiectum per precipitia perdamus hoc e͂ .N. q͂d per dies singulos terrenum corpus operatur ut possit situm

diuinum spiritum et prauis cupiditatum uoluptatibus occu
patum et blanda sollicitatione deceptum caduce fragilitatis
sue semper ad nectare ut demersus animus et pessunda
tus numquam originis sue possit inuenire principia sed in te
nebris semper in scenumque proiectus maiestatis sue origi
nem cum quibusdam dissimulationum trepidationibus exuberat
Nihil enim debemus cogitare terrenum presertim cum sciamus
fabricatorem nostrum deum ita nos diuini artificii moderati
one fecisse ut recti corporis forma ab omni humilitatis deie
ctione seposita nihil aliud primum patefacta oculorum acie
nisi solem lunam stellas et horum omnium pulcherrimum atque
immortale domicilium mundum scilicet uideremus Ceteris enim
animantes ita natura composuit ut ad terram demerse et ca
duca quadam huius humilitate proiecte et animo et corpore
terrenis semper conuersationibus adhererent nos uero mag
na quadam necessitatis moderatione perfecit ut aliud sibi in
nobis fragilitas corporis aliud immortalis animi diuinitas
uenditaret scilicet ut corpus quod cum beluis uidemur habere
commune seruiens animo diuinitatis eius imperio subiaceret
Considerantes igitur originis nostre principia et animum nostrum
maiestatis sue presidio roboratum ita nos instruere debemus
ut animum per semetipsum numinis sui auctoritate commetum
dignum aliquid auctore suo et cogitet semper et faciat ut sic
institutus atque formatus rectum atque incorruptum immortalita
tis iter ad originem suam reuersurus inueniat Nec errantibus
gressibus labentibusque trepidantibusque uestigiis sempiternis
erroribus ad terrene fragilitatis uitia resoluatur Intuere itaque
mauorti decus nostrum patentibus oculis celum et pulcherrimam
istam diuini operis fabricam animus tuus semper aspiciat
Tunc enim mens nostra maiestatis sue recordatione formata a
prauis corporum illecebris liberatur et exuta mortalitatis
incommodis ad auctorem suum festinato nititur gradu gressu
Nihil que aliud inhiat nisi res diuinas per omnia horarum mome
ta sagaci ac peruigili semper inquisitione perquirit Habuit
itaque nobis hec instituta quantulacumque diuine scientie no
tionem et ad originis nostre secreta perducunt Diuinis enim
semper disputationibus occupati animum nostrum celestibus po
testatibus applicantes et diuinis eum ceremoniis initiantes
ab omnium prauarum cupiditatum desideriis separamus Quere res
illud magnopere perficit ut contemptis omnibus que in rebus
humanis uel mala putantur esse uel prospera animum nostrum
naturali uirtute et auctoritate compositum : incorruptum origini

No bene de
diuino Animo

sue illibatum q̄ reddamus Nam cum uementia didicerimus in
comoda īminentiū malorū metum ex hoc ea uentura didicim⁹
erecta mentis animositate contemnimus nec denūtiata ma
lorum pericula perhorrescamus Si ad hec excipienda animus
noster se maiestatis sue recordatione firmauerit nec īfelicitatis
capimur incomodis aut erigimur dignitatis insignibus cum sciue
rimus totum hoc nobis decreti pronūtiatione prouisum Sic pos
simus semper stabili ratione compositi nec infortunijs oppri
mi nec felicitatis gaudio subleuari Ad itaq̄ his libris superes
se credo hoc explicare curabo nam aliud mihi tempus ad ex
plicandum myriogenesim reseruaui Nunc ī initys huius libri
dicemus que signa uideat totum. N hoc ad interpretationē spere
barbarice pertinebit Dicemus N mensuras partiū illud etiam
addemus que partes in quibus signorū corporibus requirātur
aliud etiam .xc. pars operatur que a grecis enenecontameros
dicitur vt sic omnibus explicatis spheram barbaricam facilius
assequamur et clarariū stellarū efficacias licentie potestatem.

De Parte Nonagesima. Primū itaq̄ de enenecontame
roidis disputabo idest de parte xc. Que res plurimis incog
nita a paucis leuiter videtur esse tractata Nam et istum tractatū
petosiris sicut mihi videtur inuido voluit stridore celare In omīb⁹
genituris .xc. pars sagaci debet inquisitione perquiri Ex istis
N partibus exitus vite. mors. infortunia pericula. felicitates
et tota substantia geniture colligitur Ab horoscopo itaq̄ profec
tus per cetera signa partem   quere et cum hanc inuene
ris preinde quo sit in signo idest an in beniuole stelle domi
cilio an maliuole reperiatur Vide etiam dominus ipsius signi
qualiter sit in genitura positus. diligenter etiam Intuere quate
nus beniuole istam partem respiciant Singule N inspicientes
istam partem pro natura sua cuncta perficiūt Et si maliuole stel
le fuerint sole: pessimū dabunt Si beniuole maxima decer
nunt felicitatis insignia . Si et beniuole et partiliter uel pari
ter et maliuole id quod singulis decretū fuerit temperatur.
Quere etiam pars ipsa In cuius sit dominio ac potestate id
est in cuius finibus et dominus partis quo sit in loco positus
et sic omīa ex natura stelle et ex loci potestate perficies. Om
nia N et mala et prospera signi nature perficiunt Hoc
idem quere similiter et luna et profectus ab ea parte in qua
luna fuerit inuenta partem xc queres Omnia etiam ī ista
parte similibus rationibus colligis Id est quale sit signū. qua
lis pars qui et signi dominus et partis quo et domini et
quo loco et in quibus signis sint collocati parte ipam quā male

quam etiam benivole radiatione respiciat Et si crescat luna
vades istam partem quatenus mars saturnus vel respiciat Et si
deficiat similiter omnia. N pro nature sue potestate perficiunt
Si xc partem aut malivole stelle minaci radiatione respex
erint aut benivole prospero testimonio sublevarint Sic in
venies exitum mortis sic ordinem vite sic totam genture
substantiam

De videntibus et audientibus

Nunc que stelle videant que audiant explicabo Ari
es leonem non videt sed audit eum. Leo videt arietem sed
eum non audit Aries taurum videt pariter et audit. Can
cer arietem non videt sed audit eum Taurus etiam videt
leonem pariter et audit similiter leo taurum Gemini vir
ginem leviter vident et audiunt Virgo geminos leviter videt
sed plenissime audit Cancer libram et videt pariter et audit Leo
scorpionem nec audit nec videt Scorpius vero leonem et audit
pariter et videt Virgo sagittarium ex obliquo respicit sed eum non
libenter audit. Sagittarius virginem et audit pariter et videt.
Libra scorpionem et audit pariter et videt et a capricorno et audi
tur pariter et videtur Scorpionem aquarius non videt sed audit simi
li modo. et aquarium scorpius non videt sed audit Sagittarius pis
ces nec videt nec audit. pisces vero sagittarium et vident pariter
et audiunt Pisces geminos non vident sed audiunt eos Capricor
nus et aries nec audiunt se nec vident Aquarius et taurus ex obli
quo se respiciunt et audiunt Gemini libram vident pariter et audiunt
similiter libra geminos et audit pariter et videt Sagittarius et leo
se pariter et vident et audiunt Virgo capricornum respicit quidem
sed non eum audit Similiter capricornum respicit quidem sed non eum
audit Similiter capricornus videt virginem sed non audit Libra aqua
rium videt sed ab ipso non videtur. Audiunt se tamen invicem pariter
Scorpius quidem pisces videt sed non eos audit Pisces vero scorpionem
vident sed non audiunt. Sagittarius et aries ita sunt collocati ut
nec videre se nec audire queant Sed et capricornus et taurus nec au
dire se possunt nec videre Aquarius et gemini vident quidem se sed
omnino separantur auditu Pisces et cancer non se quidem videt sed
audiunt se Ut formas integras ordinationis acciperes et scires qua
tenus sint in zodiaco circulo signa disposita hec ex causa istius rei
secreta tractabimus neque N certo ordine et certo gradu hec duodecim
signa collocata sunt Nec si sunt posita ut que posteriori loco oriuntur
precedentia vel sequentia signa semper aspiciant Ut ergo non argumentis
sed re ipsa tibi hoc ostenderem tractatum istum ex Habrae libris ex
ceptum edidimus ut hoc quod diximus sermo noster manifestis ti
bi interpretationibus intimaret

Divisio Arietis Nunc tibi illud intimare curabo quas ptes
in quibus signorum partibus queras Omēs .n. xxx. partes per
omnia signorū corpora dividuntur Ut itaq̄ ubi sit prima pars
ubi sit secunda ubi cetere hoc totum breviter indicabo Arietis
prime et secunde partes in cornibus sunt constitute . iii vero et
iiii et v in capite vi. vō et vii in facie viii uō et viiii et x
in ore xi vero et xii ī pectore xiii xiiii et xv ī omī cervice xvi
et xvii ī corde xviii et xviiii ī armo dextro xx et xxi et xxii
In ventre vero xxiii et xxiiii et xxv Novissimi
autem pedes xxvi et xxvii habent partem In renibus vero xxviii
et xxviiii In cauda xxx partem Sic xxx partes per totū corpus
arietis dividuntur

Divisio Tauri I .n. et ii partes in tauri capite sῑ constitute .
iii vero et iiii et v ī oī facie vi et vii ī cervice viii et viiii et
x. in fronte xi et xii ī corde xiii vero et xiiii et xv ī humeris
xvi et xvii ī posterioribus partibus tauri ordinātᵉ . xviii vero et xx
ī ventre sunt . xxi ī genualis . xxii xxiii xxiiii et xxv ī poste
rioribus pedibus collocantur . xxvi vero et xxvii ī natura sῑ tauri
In coxis uero xxviii et xxix In cauda uero xxx reperitᵉ Sic p.
omē corpus tauri numerus partiū dividitur . Sed sphera barbarica
alium ordinem partium fecit

Divisio Geminorum I et ii partes constitute sῑ ī
geminorū qui ad aquilonem vergit . iii et iiii et v ī eiusdem ge
mini corde sunt xviii et viiii
et x. ī pectore xi et xii ī manibus xiii et xiiii et xv in pedibus
In eo vero gemino qui ad austrum vergit has invenimus partes
Et primū illud scire debemus quod hoc spatiū quod inter ambos est ge
minos xvi et xvii geminorū habeat pars xviii xviiii et xx ī
australis gemini capite collocatur In facie uero xxi et xxii Subuē
tre uero xxv et xxvi In genualis autē xxvii et xxviii et xxix
In pedibus sola xxx

Cancri partes hactenus dividuntur I et ii ptes cācri sūt
in capite collocate iii et iiii et v. et ī collo In faucibus uero vi
et vii tres uero sequētes ī oculis invenimus hic nebula cancri
est de qua frequenter diximus xi et xii ī dorso tres autem sequētes
a stomacho usq̄ ad pectinem porrigūtur tres sequētes ī ambobus
cācri brachiis invenimus Septem autē sequentes in dextris can
cri pedibus collocātur xxvi autem et xxvii ī sinistris cancri sῑ
pedibus In extremis uero pedibus xxviii et xxviiii sῑ In cauda so
la xxx

Leonis partes hactenus dividuntur I et ii ptes ī leonis sῑ
capite collocate Tres sequētes ī omni facie pariter et ī crinibꝰ tres alie

sequentes in ore sunt leonis posite In corde uero totidem · tres in hu
meris VI i pedibus Due sequentes i XX uero et XXI
et XXII inuenimus i dorso In pectine XXIIII et XXV querimus se
quentes tres pertinet in genitalis XXVIII i natura est XXVIIII in re
nibus XXX sola reperitur in cauda

Virginis partes hactenus diuiduntur I et II ptes i facie
uirginis collocantur tres uero partes sequentes in facie VI vero et
VII i manibus Septem uero sequentes per ordinem in pectore XVI
vero et XVII i dextra mamilla tres uero sequentes in dextro colloca
tur pede XXVI et XXVII i sinistro collocantur pede In renibus uero
XXVIII et XXVIIII In naturali corpore sola XXX

Libre partes hactenus diuiduntur I et II ptes collocantur
in capite III uero et IIII et V in sinistra parte trutine VI uero
et VII i dextra parte trutine collocantur

XI uero et XII partes in leua parte iugi reperiuntur tres uero
sequentes i dextra parte iugi inuenimus Quatuor sequentes per ordinem
in dextra manu libre nostitur In pectine XXII et XXIII In renibus
tres sequentes XXV uero et XXVI et XXVII et XXVIII usque ad
extremos porriguntur pedes Cetera in numeris ad XXX colloca
tur i istis partibus id est in posterioribus terra dicitur esse composita

Scorpii partes hactenus diuiduntur I et II partes i capite
scorpii collocantur tres sequentes in fronte VI et VII i facie se
quentes uero tres in collo per ordinem constituuntur has que se
quuntur due ponuntur in dorso post

In dextra uero manu tres sequentes per ordinem
collocantur In sinistra II In pedibus vero dextris due sequentes
ordinantur In sinistris pedibus tres In aculeo vero eius quod ad
septentrionem versus extenditur posteriores V ptes collocantur

Sagittarii partes hactenus diuiduntur In capite sagittarii
I et II ptes collocantur Tres uero sequentes per ordinem ponuntur i facie
Due uero que precedentes partes sequuntur i ore sagittarii collocantur tres
sequentes in ordine sagittarii tercia imponentur II vero sequentes i
sinistra manu tres alie i arcu In pedibus II et III collocantur i dorso
In ventre equino II In posterioribus uero pedibus usque ad ungues
tres consequuntur pertinet collocantur XX uero et XXVI et XXVII
in natura sagittarii collocantur sequentes uero due i dextra po
nuntur manu XXX sola pars collocatur in cauda

Capricorni partes per omne corpus hactenus diuiduntur I et
II partes eius in renibus collocantur Tres sequentes in capite
VI et VII ponuntur in facie tres sequentes per ordinem i ore ca
pricorni constituuntur In istis partibus que sunt in ore capricorni si
quis habuerit lunam licet sit illa beniuolarum testimoniis ador

nata impuros ore viros faciet muliebriū libidinū labe pollutos
Mulieres etiam si in istis partibus habuerint lunam omēs erūt
impudice uirilitatis vicio possesse xi ī corde capricorni collocatur
xii et xiii ī ceruice In scapulis sequentes due In dextra vero manū
sequētes tres per ordinem collocantur Due que has sequunt' in
dorso · tres sequentes in uentre Quatuor uero que sequuntur ī uno
q̧ latere ponūtur · tres posteriores per ordinem collocantur ī cauda
usq̧ ad extremam pinnam capricorni

Aquarij partes per omne corpus eius hactenus diuiduntur
In capite eius · i · et ii partes collocantur Tres sequentes ī facie
vi et vii in dorso eius tres que post has sunt per ordinē collocāt'
in pectore In dextra uero manu xi et xii ponūtur Quatuor que
post has sunt aquarij in aqua sunt collocate xvi et xvii ī sinis
tra ponūtur manu due quas que has sequuntur
Due alie ponūtur in vētre · tres uero sequentes usq̧ ad extremos
porriguntur pedes alie tres in renibus postremas uero tres in cā
taro aquarij inuenimus

Piscium partes hactenus diuiduntur Sed scire debemus
q̧ unus piscis ad austrum uergit alius ad aquilonem · I itaq̧
et ii partes in australis piscis ore collocantur · iii uero et iiii et v
ī eiusdem piscis capite ponūtur In faciebus due Tres que sequēt'
ī ordine collocātur in collo xi uero et xii ī extrema reperietur
spina Sequentes uero tres per ordinem eiusdem piscis dorsum occu
piet xvi et xvii et xviii ī lino inuenimus pisces In eo vero qui
ad aquilonē uergit xviiii uō ponūtur ī capite tres sequētes ī pecto
re In ceruice uero tres alie que sequūt' In cauda ii nouissime collo
cantur Sed tres posteriores partes pisciū que inter arietem sunt
et pisces obscura caligo semper obnubilat Hac ex causa Siquis
ī ipsis partibus aut solem habuerit aut lunam sine beniuolarum
stellarū testimonio aut perpetua cecitate aut miseris corporis debilita
tibus opprimetur Ex ista diuisione partiū cum locū vitiorū et
valitudinis querere ceperis manifestissime et facilliē hoc totum po
teris inuenire Sed hunc locū diuinus ille nechepsos remedia
valitudinis inuenire diligentissime que prout potuit diuinū ingeni
um tanti uiri manifestis tractare tractatibus explicauit Librorum
tibi interpretationū alio tempore Mauorti decus nostrū intimare
curabo Nunc mensuras singularū partiū explicabo ex qua in
terpretatione omnem mensuram zodiaci circuli poteris īuenire

De Mensura et magnitudine signorū Mensuram quo
q̧ tibi et magnitudinē explicabo signorum ut scias q̧ ad omē
omnia secreta diuinitatis intentio diuine mentis accessit Etiā
in īmortalis animus maiestatis sue principia recordatus nō didicit

sed agnouit qd hic per signa xii computabis quod cu ceteris omnis tibi zodiaci circuli mensura monstrabitur. Pars una uni9 signi xxi milia et cccc stadiorũ habet quem computatum si p xxx partes dcxxxi simul et cc habere stadia unius circuli spaciũ ex ista computatione cognosces

litus q̃ intelligit q2 672000: deberet pro uenire:

Apotelesmata sphere barbarice

Accipies nunc Mauorti decus nostrum plenissimã huius operis disciplinam multis grecis et omnibus romanis incognitã ad quam usq3 in hodiernũ diem aspirauit ingeniũ Neq3 n. diuini illi uiri et sanctissime religionis antistites petosiris et nechepso quorum alter tenuit imperii gubernacula cum omnia q̃ ad huius artis pertinent disciplinã diligentissimis ac ueris interpretationibus explicasset hoc quod nos edituri sumus inuenire potuerũt Ne itaq3 ordinationem nostram sermo prolixus extendat breuiter tibi promissionis pnris intimabo decreta Zodiacum circulum sicuti in libro institutionis diximus xii possident signa In horum signorũ lateribus alie adherent stelle sed que nũq̃ erratico cursu designata sibimet deserant loca sed tradita sibi spacia possidentes currente mũdo imutabili semper agitatione uoluunt̃ he in uicinis signorũ regionibus collocate cum xii signis oriuntur et cum ipsis occidunt Rursus imutatum semper cursus sui ordinẽ reseruantes Sed his stellis nominã ueterum fabularũ apposuit antiquitas Executus est etiam horum numerũ siderũ grece aratus poeta disertissimus Latine uero cesar et decus eloquentie Tullius Sed hi nomina ipsarum et ortus Non etiam auctoritatem apotelesmatũ ediderunt Vt mihi uideatur hec non aliqua astrologia scientia sed poetica elatos licentia doctis sermonis eos studio protulissime Sed nos omniũ apotelesmatum ratione perfecta cum plurimum sibi inuenimus etiam has stellas in genituris hominũ uenditare Vt itaq3 id quod promittimus expliaemus et loca et nomina dicemus Vt sic omĩs apotelesmatum ueritas colligat⁹ que stelle tunc decernũt si in matutino ortu constitute horoscopũ habuerint uel occasum

horoscop9 .i. ortus.

De Ortu nauis

Cum oritur nauis cuius ergo orien te hac parte natus fuerit id est si in ortu eius ceperit ptũ erit gubernator naucleus nauicularius sed qui omne uite sue spacium marinis semper optet actibus implicari In arietis sinistro latere oritur orion in parte arietis scilicet decima Si itaq3 orione aut horascopus partiliter fuerit ita ut nũc fiat homines ueloci corporis mobilitate perspicuos et quorũ anim9 uariis sollicitudinibus implicatus peruigili cogitatione semper crescet uariabũt semper domicilia domos sedes q3 mutabunt

Sed p omīa limina matutinis semper salutationib' puolabūt
In Arietis parte XV ad aquilonem uersus oritur auriga In
huius ortu qui natus fuerit aut auriga erit aut domitor
equorum aut qui saltu quadrigas transeat aut dorso stans
equorū mirifica se moderatione sustentet atq; adprime eq°
uectus militares armaturas exerceat hoc astro ariete et
salmoneus et bellorofontes nati esse narrantur
In Arietis parte XX ad aquilonē uersus oritur edus quē
fert auriga hoc sidere quicumq; nati fuerīt aliud ex fronte
pollicētur aliud latenter in moribus celant Sunt n austeritati
cie · prolixa barba obstinata fronte ut cathonis frontem ut catho
nis prorsus institutū imitari uideantur Sed totum hoc fucato
mentiuntur affectu Sunt n natura petulantes lasciui semper de
sideriorum prauis ac libidinosis uoluptatibus implicati et qui la
tenter amorū cupiditatibus semper exestuent Erunt etiam ab omi
uirtutis officio separati · timidi · imbecilles et qui omē pugnarū
periculum perhorrescant hi frequenter libidinibus capti et pre
posteri amoris studijs occupati mortem sibi inferre cogunt' Nas
cuntur etiā ex hoc sidere pastores ouium sed qui fistula rustici
carminis dulces modos dicant
In Arietis parte XXVII oriuntur hyades Quicumq; ī ortu
eius sideris natus fuerit inquietus erit turbulentus popularis et
qui populum turbulentis semper seditionibus exagitet plebis aīas
clamosis et furiosis contentionibus inflāmans · inimicus quietis
ac pacis et intestina ac domestica bella furiosa mentis cupiditate
desiderans sed huic uarij questus ex assidua sollicitudine sepe
nascuntur Facit etiā hoc sidus bi[u]lcos armētarios ouiū q; pastores bubulcos
In Arietis parte XXX que pars totum signū supra terrā semp
ostendit exoritur capra quam fabulose poete lamenta uolūt ioui in
multis esse nutricem Quicūq; oriente hoc signo nati fuerint erūt
nimia mentis trepidatione sollicti et quorum corpus assiduus
tremor semper impugnet hi leuibus cōmotionibus opprimūtur
et leuibus minicijs grau timoris incursione quatiuntur Erunt
etiam curiosi omniū rerum et qui quodcumq; nouū dictum fuerit
hoc impatiēti cupiditate desiderent ut semper noua queq; curiosi
desiderij cupiditate sectentur Quia itaq; diximus quid ī ortu he
stelle faciant sequenti loco dicendū est quid in occasu constitute
decernunt Sicut n contrarie sunt lumini tenebre sic uite mors
Vita igitur erit in ortu : mors reperietur in occasu Ortus igitur si in
horoscopo est sicut frequenter diximus : occasus ī diametro horosco
pi idest in vii ab horoscopo loco Si ī occasu fuerit aut pariter ī na
tiui occasus accedat hunc locū maliuole stelle diametra uel quadra

ta radiatione respiciat acerba naufragiorū decernūtur incomo
da. Et si in ipsa stella idest in naui Saturnus fuerit collocatus
mari fluminibusq; submersi acerbis cruciatibus interibūt. Si orion ī
occasu geniture fuerit inuentus tales nascentur homines quo
rum animos uaria sollicitudo semper exagitet. hi a ciuibus suis
in legationem missi in ipso mūnere constituti peregre moriūt
ferentes ad inferos leue solatium q̄ illis a ciuibus suis hono
res perpetui imagines tituli et statuarū decernūtur insignia
Si auriga in occasu geniture fuerit inuentus et eum maliuola
rum stellarū radius impugnet dicti quadrigis miseris lace
rationibus dissipantur ut fracto corpore acerba mortis patiūtur
incomoda. aut fulmine icti repentino mortis opprimūtur occa
su aut ponūtur in cruce aut circa illis publica animaduersione
franguntur. Si edus quem fert auriga in occasu fuerit īuen
tus et eum saturnus quadrata uel diametra radiatione respex
erit nati in ipso momento uita moriūt aut in ipso nascenti lūie
constituti deficientibus matris uiribus strangulātur aut tumes
centibus faucibus acerbum illis mortis infertur exitū. Et si mars
cum ipsa stella in occasu fuerit inuentus ab omni beniuolarum
stellarum testimonio destitutus amplecti faciet aut ad aram me
tuendis religionibus imolari. Et si in occasu fuerit et locum
istum maliuolarū radius impugnet: repentinū et insperatū
mortis exitū decernitur. Turbulentis .et seditionibus oppressi
et passibus popularū manibus dissipati interibunt ut mortis
eorum auctores nec inueniri possint aliquādo nec dici. Si
capra in occasu fuerit ex predijs habebūt substantie facultа
tes. Sed hi propter lesas religiones graui pulsabūt inuidia
habebunt etiā substantiā aut ex naufragijs collectam aut ex
flumine comparatam

Taurus. In Tauri parte .VI. oriūt pliades. Quibus ori
entibus si qui nascerentur. Luxuriosis semper et lasciuis
uoluptatibus implicātur. hos unguentis oblitos et nimie ui
nolentie deditos petulantie uitia semper extollūt in conuiuijs
et in cetu hominū alienas uitiis amari sermonis tempori
bus pulsent. Erunt sane ad omē libidinū facinus applicati et
qui falsis sermonis mordacibus dictis risus hominibus concita
re consueuerūt. Erunt semper nitidi. pollita fronte et accura
tis uestibus prompti quorum inflexi crines torquātur semper
in bostrijs. hos ut frequenter appositis alienis crinibus fictam
et compositam pulchritudinem mentiantur totius corporis for
ma uario pigmentorū genere mollientes hi demptis pilis cor
pus suū in feminei corporis imaginē transferent quorū ues

fulmine ē ictus

tes et ad mulieris cultus similitudinē extolluntur . Hi molli
ter ambulantes uestigia sua cum delicata quadam moderatione
suspendunt Sed hos ambitio sollicitat et morbum ustum sic ap
petunt ut hunc putent uirtutem sibi et maximū gaudiū felici
tatis attedere . Amabunt semper aut se amare simulabūt et
penitebit eos q uiri nati sint hunc locū si maliuola stella
forti radiatione pulsauerit repentinis tempestatibus opprimuntur
Occidentibus pliadibus idest VI pte tauri Si a maliuolis
hec pars radiata fuerit hi qui nati fuerint naufragio peribūt
Et si maliuole simul cū beniuolis hunc eundem locum
equata radiatione respexerint aut ex uenerea uoluptate aut
ex nimio cibo inter epulas et potula sine aliqua lamētatiōe
mors illis amena proueniet In fixione uigule tauri si fuerit
horoscopus aut luna hunc eundem locum beniuole et maliuo
le pariter equata radiatione respexerint pictorem faciūt sed quē
hoc studiū famoso honore nobilitet Si uero sine testimonio
beniuolarū hunc locū maliuole sole minaci radiatione respexe
rint gladiatores famosi nascentur Sed qui post multas pal
mas innūbiles q victorias in isto pugnarū studio minaci gla
dio magno spectantiū plausu ac fauore morientur

Gemini In Geminorum parte VII oritur lepus · Hoc
sidere qui nati fuerint tanta erunt leuitate corporis ut cum
currere ceperint agitati uelocitate aues supare uideant' Huc
locum si mars respexerit stadia dromotos facit Si uero luna
cū marte pictas matarios . Si mercurius prestigiatores aut
pilis ludentes . Si uenus pantomimos aut mimologos Si
mercurius et uenus pariter nouas artes nimie diligentie stu
dio perficient . presertim si hos eosdem in omnibus quibus dixi
mus apotelesmatibus prospero iouis testimonio radiationis
adiuuerit Et si hunc locum saturnus per quadratū aut per
diametrum uiderit faciet fugitiuos qui lares suos ad lon
ginquas regiones migrātes prono annositatis studio sper
nentes Si uero lepus in occasu fuerit inuentus et hēat
beniuolarū stellarū sicut in precedentibus apotelesmatibus dixi
mus cum magno labore uite subsidia querentur Si uero solū
maliuolarū stellarū testimoniū accesserit a feris consumpti lace
rati q moriuntur

Cancer In prima parte Cancri oritur Qui
bus orientibus Qui natus fuerit erit quidem irreligiosus
et perfidus sed ad omne studium uenationis applicatus
Is rethibus feras capiet aut fouet is decipiet uel variis
formidinibus ferro q sectabitur aut canibus ferarū capien

Firmica

daciū gratia scrutabitur secreta siluarum. Sed et femina
si sic nata fuerit uiraginis animo hec eadem similibus ra
tionibus persequetur. Sed hec faciet si mars cum beniuolis
stellis hunc eundem locum quacumque radiatione respexerit et
si saturnus hoc idem fecerit: erunt ad omne studiū pisca
tionis applicati ut exquisitis piscationibus etiam marinas
beluas capiant. Si uero hoc quod diximus sidus occasu
fuerit et locum ipsum beniuole stelle respexerint hic qui sic na
tus fuerit dormiens morietur. Si uero mars hunc locum
uiderit omniā uitii quidem pericula frequenter sed dormiens
acerba morte iugulabitur. In Cancri parte XX oritur Argi
on hoc oriente qui nati fuerint erunt quidem ipsi ab omni
studio uenationis separati uerū arma uenatoribus aut facient
aut parabunt id est rethia uenabula sagittas ad quicquid
ad structionem eius studii pertinet. Nutrient etiam canes
qui ferarū cubilia et latentes latebras presagis naribus
persequantur. Si uero hoc sidus in occasu fuerit et hunc lo
cum mars quadrata uel diametra radiatione respexerit Io
uis prospero testimonio destitutū morsu rabidi canis lacerati
simili furoris insania deperibunt ut aque uitantes aspectū
et omnem poculorū horrentes haustū arescentibus fauci
bus aquam desiderare perhorrescant aut certe insidias parā
tes feris ipsarum lacerati morsibus dissipantur.

Leo. In prima parte leonis oritur canicula que a gre
cis syrion dicitur. Quicumque hoc sidere oriente nati fuerint
effrenatos animos ad omne studium prepostere facinoris ap
plicabunt. Erunt etiam ab omni humanitatis gratia separati
et qui libenter omniā uiolentie studia sectentur. furiosi iracū
di terribiles. minaces quos omnes homines et oderint pariter
et metuant. Erunt etiam animosi et uerbosa affluentia ser
monis inflati et quos ad omne conuiciū incautus sermo sem
per impellat noua etiam audita causarū iurgia concitantes
horum cor crebris agitationibus palpitat et uox eorū cres
centibus faucibus canū latratus imitatur ut impetu et fu
rore cōmoti aut dentes quatiant aut attritus semper exa
cuant. Sed si hunc locū mars uiderit fortius hec que dixi
mus conualescunt. Hi numquam metuūt secreta siluarū sed om
nium ferarū morsus prona animositate contemnūt et frequē
ter illis pericula et a feris et ab incendiis inferentur. Hunc
locum si maliuole stelle radiauerint luna quoque uidente satur
nū nascentur uenatores arenarii parabolarii qui sub con
spectu populi in caueis cum feris pugnent. Fiunt etiā gladiato

Argion .i. canis

res Erunt etiā corporis uelocitate ut leporem cursu compre
hendant Si hoc sidus in occasu fuerit inuentum et mars
aut in ipso loco fuerit inuentus aut locum ipsū minaci radia
tione respexerit · a lupis comedi faciet aut a canibus aut a
feris misera laceratione consumi In parte xxx leonis o
ritur catera Qui cū hoc sidere oriente natus fuerit irriguos
amabit campos et fontes aut riuos aut fluuios ab alueo
suo ad alia deriuabit loca Erit uinearū et amator et cultor
et qui infecundis arboribus fecundos inserens surculos du
tinei uel quibus extas arbores tondens in beluas fingat aut
uirides porticus in circulū flexis uitibus faciat hic uinū
sine admixtione aliqua libenter uiuit Et si actus illi beniuo
larū stellarū decreuerit gladius humidas merces negociabit[ur]
Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuētum sine maliuole testimoīo
Is qui natus fuerit inter epulas et pocula medietate morie[tur] Si
uero maliuolarū stellarū radius accesserit aut in doliū uinariū
aut in puteum submersus morietur aut in flumine uel lacu
uel palude uel mari uel certe in piscina uel in solio inuenietur
mortuus

Virgo

In Virginis parte V · orietur Corona Quicumq[ue] natus fuit
erit varijs deliciarum uoluptatibus occupatus muliebriū ar
tium studijs deditus florum et coronarū inuentor et qui amenis
ortorum delectationibus adherescat · odores · unguenta aroma
ta studiosa cupiditate desiderans corpus suum lenocinio pul
chritudinis et colens stupra et adulteria latenter exerceat sed
ad virginū pulchrarū puerorū q[ue] concubitus prona libidinis a
nimositate festinans Si uero in occasu hoc sidus fuerit inuē
tum et aut ipō loco saturnus aut ex alio loco hanc eandē par
tem minaci radiatione respiciat maliuole stelle mortis decernit
exitū In prima perimit iuuētute Nam publica animaduersione p[er]
cussum et insepultū proiectū ferarū uel canū alitū facit mor
sibus dissipari In Virginis signi parte x orietur spica Quicū
q[ue] in ortu spice natus fuerit erit ruralibus officijs semper applica
et ad agrorum cultum patientia laboris adiunctus qui nouis se
minibus per annos singulos nouitatem frugibus paciat ad sub
sidiū uite multas fruges horreis condit Facit etiam preliarū
stellarū testimonio piscatores aulearios et his similes Si uō
in occasu hoc sidus fuerit inuentum aut nimio feruore estuo aut
in angustus presidiorū aut mansione turbabuntur Si uero Sa
turnus hunc locū minaci radiatione respexerit faciet eum qui na
tus fuerit misero paupertatis onere pregrauari ut sit p[er] omne ui
te spaciū pānis male pendentibus nudus et eum usq[ue] ad extre

Spica

mũ vite perdicat presidio publice miserationis alimẽta po
scentem ut cũ cruciatu animi pariter et corporis debitum
vite compleat munus ¶ Si mars hunc radiauerit locũ
ob interceptam annonam uel male dispositam uel fraudu
lenta cupiditate subtractam graui pulsatum inedia in
famentis populi dissipabit et popularibus manibus lace
ratum avibus metuenda acerbe mortis exẽpla d'mõstrant

Libra In signo libre parte viii oritur sagittarius
In hoc signo qui natus fuerit erit iaculator sagittariũ qui
volantes aves speciali artificy moderatione percutiat aut pis
ces tridente aut cuspide inter ipã undarũ spacia eos figat
intrepidus Si uero hoc signũ in occasu hunc eundẽ locũ
beniuole cũ maliuolis equata radiatione respexerint in ex
ercitu constituti et in acie positi inter acerbos hostiũ cumu
los infinitos hostiũ sanguinẽ cruenti hostili etiam ipi dexte
ra cesi moriuntur Si mars uero solus assistente mercurio
hunc viderit locum aut si in ipso loco fuerit facit tales qui
se ob aliene gratie uoluptatem nundinati sanguinis iactura
ad mortis spectaculũ uendant Si uero saturnus hoc fecerit
in ludum sententia iudicantis addicuntur In hac parte fixis
se perhibetur idest terram fixam esse nulla dubitatio est ce
lestianũ in exemplum timentes animo perhorrescũt que de
celo lapsa terrenorum corporũ lapsa sustentationibus applicat
In libre parte xv hedus hoc signo oriente quicumq; natus
fuerit erit animo vario conatuq; semper sollicito qui varys
cogitationibus implicatus numq̃ quietem securitatis gratia
perfruatur Erit etiam obsequiis magistratuũ deputatus scri
ba tabellarius publicorũ vectigaliũ tractans officia sed las
ciuis moribus et prepostesris amoris cupiditatibus obligatus
vino et epulis deditus et qui rebus publicis conuiuiorũ pre
ferat gratiam aptus ad saltandum et scenicas artes pro studi
osa animositate distens Si uero hoc signũ i occasu fuerit in
uentum et hunc locum maliuole stelle minaci radiatione re
spexerint aut per precipitia proyciuntur et sic pereunt aut ex
ercentes saltum penduli corporis ruina miseri franguntur mor
tis incomodo aut puellarũ cantibus tota nocte sectantes
et nimio impatiente ardore poscentes si per incognita loca per
gentes aut intecta insidiantes somno maritorũ precipiti lapsu
moriuntur Si uero beniuole uidentur stelle dysphorici moriuntur

Scorpius In prima scorpy parte oritur ara Hoc sidere o
riente qui nati fuerint cũ beniuolarũ stellarũ testimõio erunt sa
cerdotes prophete neocoris sanctissime cuiusdã r'ligionis antisti

tes diuinas quasdam artes studiosis interpretationibus expli
cantes. Si uero hoc sidus ī occasu fuerit et hunc eundem
locum mars aut saturnus minaci radiatione respexerint obsa
crilegium aliquod publica aīaduersione plectantur. Si uero
his locis accesserit testimoniū aut dys ī molati aut propter
religionem aliquā celi sempiternis cerimonys conseruantur
In scorpy parte xii oritur centaurus hoc oriente qui natus fu
erit aut auriga erit aut equorum nutritor et cultor aut certe ex
ercitator aut mulo medicus aut equitiarius. Si uero hunc
locum mars prospera radiatione respexerit. faciet inter equi
tes militare. Q si mercurius hunc locum uiderit faciet her
barios qui herbas sollerti arte collectas ad medelas laboran
tium pecorū serrient. Si uero hoc sidus in occasu fuerit et hūc
locum maliuole respexerint stelle. aut ex alto proiectus aut
quadrupedis animalis impetu aut equi calce aut deiectus
equo morietur aut euerso cursu equis trahentibus misera
morte lacerabitur. Sagittarius
In Sagittary signo in parte V. oritur arcturus. Hoc sig
no oriente qui natus fuerit. erit talis qui amicorū secreta fide
li taciturnitate custodiat. huic opes regie credentur aut era
rium populi uel edes publice. Si uero hunc locū maliuole
radiauerint stelle aut cura illis populi credetur aut fiunt do
mus regie ianitores aut quibus in pallacio admittendi uel sa
lutandi officia credantur. Si uero hoc sidus in occasu fuerit
inuentum et hunc locū saturnus cū mercurio quacumque radiatōe
respexerint faciet grauis criminis pulsatos inuidia et publi
co carceri traditos uinctos catenis cū miseris cruciationibus
interire. Sagittary parte x oritur cignus hoc sidere ori
ente qui natus fuerit aut aues capiet aut aues mercabit aut
ingenioso studio sonū hūane uocis insinuat aut palūbos stu
diose nutriet. Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum
dum sibi ex alienis predys parant subsidia facultatum ab hos
tibus captiuitatis onere deprimūtur aut propter studia aut
propter spoliorū furta publica aīaduersione plectuntur
Capricornus In primis partibus capricorni Kofunius hoc
oriente qui nati fuerit erunt marsi qui pestiferos angues sopi
tis ac mitigatis aculeis mitigent. Si uero hoc sidus ī occasu
fuerit inuentū et hunc locum quacumque radiatione respexerit
uenenati serpentis ictu morietur. In parte Viii ca
pricorni oritur delfinus. Quicumque hoc sidere oriente natus fu
erit habebit natandi studiū. Sed cū saturni testimonio urinator
erit. Cum martis uero et mercury petaminarios efelmatoris or

tisto palarios petauristarios aut certe nancta cursus agilita
te perspicuus. Si uero sidus hoc in occasu fuerit inventum et
hunc locum saturnus minaci radiatione respexerit in mari
uel in fluuio procellis et turbinibus erit submersus. In par
te capricorni oritur lyra. Quicumque hoc sidere oriente na
ti fuerint erunt equi recti que cupidi ad omnē apti equitatis
officiū vindices scelerum quibus publica iudicia questiones
que creduntur. Si uero hunc locū saturnus quacumque radiatiōe
respexerit erunt tortores. carnifices qui malos hominēs prone
cupiditatis studio persequuntur. Si vero hoc sidus in occasu fuīt
inventum publicis tormētis laceran̄ aut exusti ignibus aut tor
tione legitima peribunt presertim si hunc locū mars saturnus ue
respexerit. In xv. parte capricorni oritur cefeus. Quicumque hoc
sidere nati fuerint erunt graues. austeri omni seueritatis auctori
tate et metuendi uultu semper ex morū integritate fingētes
qui stoicam sectam uero sequantur affectu. Tales fuerūt apud
veteres cathones. tales nostris temporibus tullianus qui se
ueritatis merito etiam ordinary consulatus insignia consecutus
est. Et si in hoc loco venus et mercurius fuerint attestantes
arte tragica carmiā aut legūt semper aut faciūt. aut si uō hoc
sidus in occasu fuerit inventū in scopulis in quibus aliquando
periclitati fuerāt misera corporis iactura morientur aut nacti stati
peribunt aut propter incestū publica animaduersione plectantur
ut nouelle his et inaudite mortis inferatur exitū. In aquary
parte xii oritur aquila. Quicumque in ortu huius sideris nati fuerīt
ex cede hominū et ex spolys habebunt vite subsidia capient
etiam feras pariter et domabunt. Erunt preterea fortes milita
res quorū virtute ut nudo predita pectore hostes sequātur ut ad
laudem suam proicere credant si mortes secura animositate cōtempse
rint. Et si huīc locū beniuole stelle prospera radiatione respexerint
liberabūt patriā condent etiam alias ciuitates et deuictis uel sub
iugatis gentibus triumphabūt. Et si mars hunc locū saturnus
ue respexerit faciet prepositos. tribunos. ministros imperatorum
vel satellites regum et quibus cura impery uel armorū custodia
credatur. Si uero in occasu fuerit hoc sidus inventum faciet na
tos suffocari.

Aquarius

In aquary parte xx oritur cassiepia. Et hac oriente qui na
ti fuerint erunt aurifices. braccatores. inauratores implastatores
margaritary has omnēs artes ingeniosa conuersatione tractan
tes ex his artibus maxima vite sue subsidia habebunt. Si
vero hoc sidus in occasu fuerit inventum hi qui nati fuerint
aut ex ruina peribunt aut interfecti morientur

Pisces In piscium parte xii oritur andromada Quicumque
hoc sidere oriente nati fuerint contra homines crudeles sem
per feritate grassabuntur erunt autem aut penarum publica
rum miseri aut ceteris custodia aut carnifex qui occidendorum
hominum officia credantur Et si beniuola stella cum maliuolis
iuncta hunc eundem locum viderit facit ergastulorum prepositos uel
metallis Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum et locum
istum maliuole stelle respexerint facient feris obici aut in cruce
tolli Et si sic maliuolis ordinatis beniuolarum stellarum fauor ac
cesserit facient in ludum dari uel perpetuis stringi vinculis ca
Equus pegasus — tenarum In piscium parte xx oritur es cuicumque hoc sidere
oriente nati fuerint erunt preterea curiosi aurige agitatores
equites veredarii speculatores non numquam medici sed qui herbis
medelas hominibus pecoribusque componant Si vero cum maliuo
lis stellis in occasu fuerit hoc sidus aut calcis ictu aut deiectus
moriuntur aut curru attriti discerptis membris peribunt Aereus quia alatus pingitur[2]
~~[illegible]~~ uersatos eruatos uehiculo interire faciet sed misera
corporis laceratione quassatos In extremis partibus piscium
oritur ingeniculus qui a grecis engonasim dicitur Hoc sidere
oriente quicumque nati fuerint erunt fugaces callidi variis in
structi dolis mendaces qui homines variis insidiis appetant et
qui effrenata semper animositate grassentur Cum testimonio uero
martis et lune erunt similiter in bubulcitate neurobate occident
hoc sidere quanti fuerint et variis insidiis periclitabuntur Quem
locum si mars radiauerit viui exurentur In extremis partibus
piscium in leua parte consurgit belua que a grecis cetus dicitur
Quicumque hoc sidere oriente nati fuerint erunt piscatores sed ma
iorum piscium hi enim focas canes marinos xifias tynos crocodil
los capient Habebunt etiam officia que ex salibus sunt uel ex
salsamentis et aliqua minera et hec mercabuntur Si uero hoc
sidus in occasu fuerit et mars hunc locum radiauerit natantes in flu
uio uel in mari a crocodillis uel a canibus huiuscemodi consu
mentur Septentrio
Oriente septentrione qui est inter pisces et arietem hoc est inter
initium finemque mundi qui in uno infixus loco et in ipso mundi
uertice collocatus axem mundi perpetua celeritate contorsit Hoc
itaque signo oriente quicumque nati fuerint erunt mansuetarii fera
rum idest quicumque ursos uel tauros uel leones deposita feri
tate humanis conuersationibus sociant Si uero septentrio in
occasu fuerit inuentus attestante marte a feris interibunt Ex
tremus est anguis qui inter duas arctos positus in modum flu
minis qui sinuosis flexibus labitur Quicumque hoc sidere nati fue
erint marsi uel qui venenis ex herbarum pigmentis salutaria so

Left margin: Equus pegasus; + ; Engonasim; Cethus

Right margin (beside "aut deiectus"): [2] eo quod velocissimus fuit et currit ad omnia apti

Right margin (beside "Cum testimonio"): At si in occasu fuit variis insidiis natum periclitari asse(ve)rat Quem locum si mars videat vivi comburentur Vincit periculum ingenio et sua animositate ora tentans ardua et bene sibi eveniet Apeina v alias ye tentes et celestia populus suspexit sobrietate et abstinentia vinoque abstinueris ut alta contemplentur Hec imago est herculi qui decertauit serpente custodiente poma aurea

leant remedia comparare Si uero hoc sidus in occasu fuerit
inuentum serpentium morsu icti uel certe hausto ueneno peribūt
Cignus quoq; ad huius signi pertinet partem Quicumq; hoc
sidere nati fuerint erunt metallorū inuentores qui latentes
auri et argenti uenas ceterūq; speciēr sollertibus inquisitio
nibus perscrutantur Erunt etiā monetarij Si uero hoc
sidus in occasu fuerit inuentū et mars in ipo loco uel ī dia
metro uł in quadrato aut in eius domo conflagrabūtur aut
publica sententia flāmis ultricibus concremabunt' / Illud
etiam scire debemus Si illa hora qua completur pars aut
terre motus fuerit aut celū tonauerit Quicumq; natus fuerit
semper tremulus corpore instabilis erit qui dubio gressu tre
pidantibusq; uestigiis per omiā horarū momēta īminentium
fulminū speret ruinas et metuat. Huic oculi nutabunt et ar
denti acie omiā perhorrescūt nec uerba certum ordinem seruāt
sed impeditis sonis uocis tremulū murmur exhibilat ut stric
tis faucibus ipso semper exitu uerba deficiāt putabunt semper
tonare terram semper inoueri semper omiā ruere et cadere cogi
tatis erroribus recte conuersationis ordinē perdūt Hec sunt
Mauorti decius nostrum barbarice sphere principia hec est
caldaica operis disciplina Nunc ad sequētes partes sphere bar
barice omnem tractatum transferam quem ynogenesim ex a
liqua parte imitatur Quicquid N ynogenesis de singulis mi
nutis pronūciat hoc nos faciemus de singulis partibus Integer
itaq; horoscopus gnomon ponendus est ut uera pars sollerti com
putatione collecta apotelesma fideli faciat pronūciatione pro
ferri Si uero aliter totum quicquid promissum fuerit incio at
mendaciis obumbratur Nunc itaq; incipientes barbarice sin
gulas partes uires atq; earū apotelesmata secundū spheram
barbaricā proferemus Aries
In arietis prima parte Quicumq; habuerint horoscopū si beniuo
larū stellarū radiis accesserit nascentes reges duces prospere
semper ducentes exercitum
In arietis pte ii Quicumq; habuerint horoscopum erunt contu
maces fures et qui semper prepostero furore grassentur domici
liū suū ad peregrinas terras transferentes Si uero in hac pte
horoscopus martis testimoniū habuerit et luna de quadrato uł
diametro uiderit predictis facinoribus detecti publica animad
uersione plectuntur
In arietis parte iii Quicumq; habuerit horoscopū erunt surdi
innotili stolido fatuitatis stupore confecti
In arietis parte iiii Quicumq; habuerint horoscopū erūt fures qui

Cigni

Accidunte de Natis
hō tre motus: et
tonitrus: ~

in isto facinore deprehensi occidentur

In Arietis parte V quicunque habuerit horoscopum magno populo preerit et de rebus maximis iudicabit et prepone tur omnibus suis merito dignitatis erit iustus integer so brius qui religiones patris cum maxima ueneratione tu eatur sed omni preconio bonitatis ornatus morte sua morietur

In arietis parte VI quicunque habuerit horos. erit amicus regum et potentum iudicum maiorum illustribus ornatus dignitatis insignibus et omnia in se glorie ornamenta transferat Alium artis cuiusdam commendabunt merita Alius militaribus officiis preerit sed hi morte sua moriuntur

In arietis parte VII quicunque habuerit horos. cum testimonio iouis erit athleta. cum martis uero testimonio gibberosus biotha

In arietis parte VIII quicunque habuerit horosc. cum //natis testimonio maliuolarum stellarum. erunt athlete sed quos nobilitent illustrium merita uirtutum Sed hi post multa insig nia biothanata peribunt morte Si uero ad hanc partem beni uolarum stellarum radius accesserit erunt uates maxima in ani mo diuinitatis insignia preferentes

In arietis p. VIIII quicunque habuerit horosc. In prima eta te positi biothanata morte morientur

In arietis p. X quicunque habuerit horosc erunt perfidi irre ligiosi. impuri Sed hi uariis uitiorum ualitudinibus oppressi in prima etate moriuntur

In arietis p. XI quicunque habuerit horosc Ioue aut in ea parte constituto aut de trigona partili radiatione coniuncto erit potens magnifice preferens dignitatis insignia quem regi bus aut potentibus uiris fida amicitie necessitudo coniungat diues fluens grandia terrarum ac possessionum spatia possidens famosus. dux. omni dignitatis honore cumulatus et prosperis fame testimoniis adornatus et hic morte sua morietur

In arietis p XII quicunque habuerit horoscopum ioue et uenere in ipsa parte constitutis testimonio lune uel si hanc eandem partem luna trigonica radiatione respiciat erit preclarus splendore nobilitatis ornatus diues longeuus morietur

In arietis p. XIII quicunque habuerit horosc. erunt steriles quibus semper desiderata soboles deneget sed hi media etate morientur

In arietis p. XIIII quicunque habuerit horosc. erit negotiator sed affluentibus diuitiis instructus. fenerator de mensis publicas colligens magna diuitiarum subsidia notus omnibus semperque perspicuus hic locus textores faciet uel qui lanas purpurasque pertractat

In arietis parte XV. quicunque habuerit horosc. erit impudica libidi

Strima

num labe pollutus et impuris semper vitiis obligatus cine
dus publica dānatus infamia Si vero mulier fuerit simi
lis eam impuritatis libido percutiet
In arietis p. xvi. quicumq; habuerit horosc. assiduis intestino
rum doloribus cruciabitur sed is laniatus morietur Si vero
fuerit femina in parte extreme vite munus implebit
In arietis p. xvii quicumq; horosc habuerit erit auceps
venator uel nutritor aviū aut ferarū. Si vero ad horosc.
testimoniū martis accesserit a feris ul a canibus lacerabitur
et morietur
In xviii parte arietis quicumq; habuerit horosc. erit mulio ul
mulorū pastor sed hic a modica bestiola aut abspalangione aut
a mureraneo aut a scorpione percussus morietur
In p. xviiii arietis quicumq; habuerit horosc in primo etatis ue
stibulo constitutus morietur
In parte xx. arietis et xxi. et xxii quicumq; habuerit horosco
pum si ad eam partem iovis prosperū accesserit testimonium
vel si in ipsa parte iupiter constitutus fuerit. erit dives mul
ta q; preclara ornatus sobole filiorū uel multorū fratrū presidi
o munitus Sed hunc eundem regibus uel potentibus viris
fida amicitie merita iungent Erit cultor deorū omni pretermo
bonitatis ornatus. bonus. benivolus. iustus longevus. felix
in senectute et qui morte sua moriatur
In parte xxiii arietis quicumq; habuerit horosc. erit struma
ticus exulcerata maclarū labe possessus ul certe elefantiosus
In parte xxv. quicumq; habuerit horoscopū erit carnifex
braciator aut marmorarius erit hic deest
In pte xxvi arietis quicumq; habuerit horosc. ita erit timidus ut
p omnia horarū momenta varius suspicionibus expavescat
In pte xxvii arietis quicumq; habuerit horoscopū erit lanarius
sericarius textor uel lanarius
In p. xxviii quicumq; habuerit horosc. latrinas semp cloacas q;
mundabit ul ad opus publicū dānabitur sententia iudicantis
In p. xxix quicumq; horosc. habuerit erit tonsor
In p. xxx quicumq; horosc. habuerit erunt insani caduci frene
tici oligochronii Thaurus
In Tauri parte prima quicumq; habuerit horosc. erit vates
ericeus sed qui in templis vaticinari consueverat
In parte ii horosc. tauri quicumq; hūerit horoscopum baiula
bunt stercora latrinas cloacas q; purgabunt
In parte iii tauri quicumq; habuerit horoscopū erunt famosi
scenici qui i sacris certaminib; cōsequātur insignia coronarum
In pte iiii [illegible] [illegible] ho. habuerit [illegible] [illegible]
[illegible] ut ex [illegible] [illegible] causa [illegible]

de est

In parte iiii V tauri quicumque habuerint horosc. marte ibi po
sito uel minaci radiatione coniuncto ex grauibus offensis moriet
In parte vi tauri quicumque habuerint horosc. erunt exoleti ad
omne uitium impuritatis applicati reumatici cinedi sed quos
semper grauis pulset infamia
In p. vii tauri quicumque horoscopum habuerit erit aruspex augur
In p. viii tauri quicumque habuerint horoscopum nouis et
repentinis prouectus honoribus subito morietur
In pte viiii tauri quicumque habuerit horoscopum erunt turpes
infames omnium uiciorum labe polluti
In pte x. tauri quicumque habuerint horosc. erunt mali maligni
maliciosi et qui omnibus infelicitatis quassentur incomodis.
sed hi biothanati morte morientur
In pte xi tauri quicumque horosc. habuerit malignis humoribus
uiciato corpore intumescunt et hidropici morientur
In pte xii tauri quicumque habuerint horosc. concremati ignibus peunt
In parte xiii tauri quicumque horoscopum habuerit erit prepo
situs athletarum uel magister palestre
In parte xiiii tauri quicumque habuerit horoscopum erit corpus
eius fedis odoribus possessum ut hircini fetoris miserum
semper uirus exsudet
In parte xv. tauri quicumque horosc. habuerit erunt mendaces
et ab omni fide ueritatis separati. Erunt etiam edaces gule
uentrisque libidinibus seruientes
In p. xvi. tauri quicumque horosc. habuerint. erunt coinquinati.
In p. xvii tauri quicumque horosc. habuerit. erunt fabri ferrarij
In p. xviii tauri quicumque horosc. habuerit erunt serui humiles
pistores
In parte xviiii tauri quicumque horoscopum habuerint e
runt steriles et quibus semper filij denegentur Et si mars in
ipsa parte fuerit aut ex alto cadentes aut in humido loco
uel in aqua morietur
In parte xx. tauri quicumque habuerint horosc. erunt feda impu
ritate polluti cynedi miseris libidinibus seruientes Si uero
mulieris fuerit ista genitura publice prostituetur in fornice
In p. xxi tauri quicumque habuerit horosc. lanceati morientur
In p. xxii tauri quicumque habuerit horosc. erunt gibbrosi ridicu
li et biothanati
In p. xxiii tauri quicumque habuerint horosc. erunt uoce rau
ci lenones cynedi. infamie semper labe polluti. Et si beniuo
le stelle aut in ipso loco fuerint aut hunc eundem trigonica
radiatione respexerint erunt tragedi. comedi cerutes

In parte xxiiii quicumque habuerint horosc. erunt musici sed
si hunc eundem locum maliuole stelle radiauerint biothana
ta morte morientur //certe tonsores
In pte xxv tauri quicumque habuerint horosc erunt fullones aut
In p. xxvi tauri quicumque horosc. habuerit extincto uno oculo et surdi fiet
In p xxvii tauri quicumque horosc. habuerit erunt pantomimi sed cynedi
In p. xviii tauri quicumque habuerit horosc. multa possidebunt infi
mis lucris acquisitis illis diuitiarum cumulus accedet sed in
posteriori etate erunt miseri
Quicumque inter cornua tauri habebit horoscopum erit rex uel
dux erit magnus gloriosus. terribilis et cui imperium nauale cre
datur vel qui pedestrem ducat exercitum Subiugabit alias ciui
tates. alias liberabit sed huic inpetuum soboles denegatur hinc
etiam satis felices nascentur eunuchi et quibus regni tuitio cre
datur multis multa prestabunt decernuntur illis imagines preter
et tituli sed postea offenso principe mala morte morientur
Oritur etiam cum tauro nauis Qui ibi habuerint horoscopum
erunt negociatores hilares semper et leti Et si sibi beniuola
stella erit erunt potentes naucleri Et et si martis accesserit
testimonium et lune et per mare et per terras ducent exercitum
equitibus peditibusque prepositi hi ira principis aut indigna
tione morientur Qui autem in ipsa naui habuerint horos
topum erunt naute gubernatores negociatores aut fabri archi
tecti nauium Gemini
In parte prima Geminorum Quicumque habuerit horoscopum
Si in ea parte saturnus quacumque radiatione respexerit erunt
potentes magni primi prouintie siue ciuibus suis cum maximo
honore metuendi sed hi morientur indignatione principis
In parte ii geminorum quicumque habuerit horosc Ioue illis uel
saturno posito presertim si inoportunis geniture locis luna cl
locata pleno lumine ad ipsos feratur erit dux qui equitum
peditumque ducat exercitum cui nauium committatur imperium sub
iugabit plurimos ignota sibi uidebit loca ut usque in longin
qua loca potestatis etiam dantur insignia erit sane iustus reli
giosus plurimis multa prestans susceptis filys morte sua morietur
In iii parte Geminorum quicumque habuerint horoscopum erunt
sacerdotes uel principes aut reges sacrorum
In iiii geminorum parte quicumque habuerint horoscopum erunt
maxima pulchritudine corporis speciosi quos regibus corporis
pulchritudo commendet ut in amorem eorum regis desideria sem
per estuent
In v. Geminorum pte quicumque habuerint horoscopum erit

nobiles et erecto superbie spiritu sublevati
In vi geminorum parte quicumque habuerint horoscopum erunt diuini eritheva tetes
In parte vii geminorum quicumque habuerint horosc. erunt carceris custodiarumque custodes
In viii geminorum parte quicumque horosc. habuerint si mercurius in ipsa parte locum habuerit erunt milites si mars salpistaes hi morientur in bello
In parte viiii geminorum quicumque habuerint horosc. presente marte erunt opary laturary precio infelicitatis onere pregravati
In p. x. geminorum quicumque habuerit horosc. pulmonum dolore morietur
In p. xi gemi. quicumque habuerit horosc. erunt oplomachi
In p. xii gemi. quicumque horosc. habuerit marte presente punctu teli morietur. mulieres autem in partu deficient
In parte xiii gemi. quicumque horoscopum habuerit inflato ventre hidropici morientur
In parte xiiii gemi. quicumque horosc. habuerit marte presente de alto loco lapsi misera morte morientur
In parte xv gemi. quicumque habuerint horosc. erunt pantomimi balneatores medicastrini
In parte xvi. gemi. quicumque habuerint horosc. erunt pantomimi sed quos mulierum multorum amoribus perspicua pulchritudo corporis semper insinuet sed erunt molli ac delicato corpore
In parte xvii gemi. quicumque habuerit horoscopum faciet eos pulchritudo et corporum magnitudo perspicuos erunt sane verecundi et propter hoc amici rerum
In parte xviii gemi. quicumque habuerint horosc. erunt athletarum exercitatores palestritis semper obsequiis deputati
In parte xviiii gemi. quicumque habuerint horoscopum marte presente ferro morientur. Et si saturnus in parte aquam haurientes perpetuis laboribus deterentur. Et si luna in quacumque mobiles signis posita plena lumine feratur ad martem vel minuta ad saturnum elephantiaci fiunt
In parte xx gemi. quicumque habuerit horosc. marte presente habebunt populi gubernacula et ei publica iudicia credentur sed biothanata morte morientur
In parte xxi. gemi. quicumque horosc. habuerit si saturnus in eodem loco fuerit et si luna bene sit collocata erit affluentibus divitiis copiosus nobilis regum amicus. pauper filiorum pater aut paucorum fratrum frater sed longevus morietur
In parte xxii gemi. quicumque habuerit horoscopum erit cytharedus musicus. maxima preferet ex hoc nobilitatis insignia

et quem regibus amicitie necessitudo coniungat sed hic bio
thanata morte morietur
In parte xxiii geminorum quicumque habuerit horosc. erit uirtu
te strennuus in bello nobilis et quem omnibus ob hoc pros
perum testimonium fame commendet sed iste sine filiis morietur
In parte xxiiii geminorum quicumque horosc. habuerint marte ibi
posito uel de diametro uel de quadrato respiciente de alto
lapsi pereunt et uel fractis pedibus interibunt aut a feris
bestiis lacerati deficiunt
In parte xxv. gemi. quicumque horosc. habuerit erunt sacerdo
prophete tes aruspices sed regibus fideli amicitia uincti Quod si satur
nus in ea parte fuerit faciet cynedos sed qui regis indignatione
moriantur
In xxvi geminorum parte quicumque horosc. habuerit erunt editui
custodes quoque templorum uel qui sacrorum officiis deputentur aut hierodoli
In parte xxvii gemi. quicumque horoscopum habuerint erunt
caduca mente capti holiochronii oligochronii
In parte xxviii gemi quicumque horosc. habuerint erunt litigiosi
contentiosi qui semper litibus constitutionibusque uersentur Si
uero mars in ipsa parte fuerit uel si locum ipsum quadrata
uel diametra radiatione respexerit lacerati a canibus sine
filiis morientur
In parte xxviiii gemi. quicumque habuerint horosc. luna in ea
dem parte erunt nobiles noti sed in prima posita etate morientur
Quod si in linea geminorum fuerit horosc. et in eodem loco
mars fuerit inuentus a bestia uel a uipera percussi pedem
uel femur perdent

Cancer

Inter oculos cancri quicumque habuerint horoscopum orbi
uel luscitiosi erunt
In prima parte cancri quicumque habuerint horosc. Lunam in
eadem parte constitutam erunt negotiatores nobiles. radiante
saturno. naute. piscatores. tabernarii. caupones
In parte ii cancri quicumque horosc. habuerit erunt nimia po
tentia ac nobilitate perspicui uiolenti qui alienam substantiam
factiosa cupiditate possideant Ibunt sane peritinera infinita
sed morte repentina morientur
In cancri parte iii quicumque horosc. habuerint erunt ne
gotiatores laboriosi non consistentes loco
In iiii cancri parte quicumque horosc. habuerint inimicos
suos omni genere semper impugnant et superiores efficiun
tur in omni certamine
In cancri parte vi quicumque horosc. habuerit oculi eorum peruer

In cancri parte v. quicumque horosc. habuerint lumina eorum
cataculosis uulneribus inbuentur

uersa semper facie uertantur

In vii cancri parte Quicumque horosc. habuerit habebunt in capite tubera Sed si luna ad horoscopum feratur erunt astuti impii Et si lunam et horoscopum mars radiauerit latrocinantes crudeli feritate grassantur Sed hi aut in cruce tollentur aut publica animaduersione peribunt

In viii cancri parte quicumque horoscopum habuerint erunt ceci hec pars inter oculos cancri idest in iiii parte nebula est de qua frequentissime diximus

In viiii cancri parte Quicumque horoscopum habuerint Erunt naute gubernatores qui naues per omne pelagus periti artificii moderatione gubernent

In x. cancri parte Quicumque horosc. habuerint omnia efficaci conuersatione complebunt A xxv. autem parte cancri qui nati fuerint luna presenti uel radios commendate erunt omni felicitate beati uel prouecti sed hi se stupris adulteriisque tempore commaculabunt quorum adolescentia laudetur posterior uero infametur etas hoc idem et pars hec in mulierum genitura decernit Leo

In prima Leonis parte Quicumque habuerint horoscopum erunt latrones lenones rauca uoce orpiunt hoc et illis partibus que in ore sunt simili ratione perficitur

In ii leonis parte Quicumque habuerint horoscopum Erunt reges potentes Sed quotienscumque ad eundem locum mars uenerit aut saturnus grauia illis bellorum certamina concitantur In hac parte stella limpida etiam de qua diximus in precedentibus

In iii Leonis parte Quicumque habuerit horosc. erit rex duplex possidens regnum multas prouincias uirtutis sue potestatibus associans Sed in hac parte hec eadem stella radios suos ostendit

In iiii leonis parte quicumque horosc. habuerit. erit uenator

In v. leonis parte quicumque horosc. habuerit erit athletarum magister uel unctor

In vi. leonis parte Quicumque horosc. habuerit athleta nascetur

In vii leonis parte quicumque horosc. habuerit erit imnologus

In viii leonis parte Quicumque horosc. habuerit erit ex quodam artificio clarus et nobilis si beniuole stelle hoc idem fecerint erunt cynedi pantomimi. mulieres uero meretrices que pudorem suum passiuis libidinum conuersationibus uendant

In viiii leonis parte quicumque horosc. habuerint erunt obstetrices alienos filios nutrientes Et si luna in horosc. fuerit crescens lumine attestantibus beniuolis stellis regum uel po

tentium filios nutrient

In x Leonis parte Quicumque habuerit horoscopum erit dux nobilis sagitt Si vero mars horam lunamque viderit gladiatores erunt Virgo

In Prima virginis parte Quicumque habuerit horoscopum et si luna plena luminibus vel si prosperum horoscopum testimonium perhibeat erit magna nobilitate perspicuus erit postea cum rege vel cum regina insinuatus merito letarum habebit plurimos insinuata potestate Sed si mars hunc radiaverit locum erit cynedus morietur autem in humidis locis

In ii virginis parte quicumque habuerit horoscopum vel in v vel in vi erunt speciosi sacerdotes prophete aruspices magna nobilitate perspicui religiosi potentes habentes maxima divinitatis insignia

In vii virginis parte Quicumque habuerit horoscopum crescente luna vel in horoscopo constituta erunt sacerdotes aruspices divini religiosi potentes adversarios cum summa auctoritate semper opprimentes Quod si Jupiter et mars hunc eundem locum radiaverit erunt duces sed qui contra barbaros exercitum ducentes perdant Sed si mercurius testimonium perhibuerit erunt prepositi thesaurorum et feneratores Quotiescunque autem saturnus ad hunc locum venerit in magna penuria constituentur Si Jupiter solus in loco fuerat omni decernetur felicitatis insignia Si luna crescens lumine iovi comodaverit radios tunc potentibus pulchritudinis merito fida illos amicos necessitudo coniungat Quod si venus in ipso loco fuerit faciet mulieres prostitutas Si vero sub ipsa spica hora fuerit pistores sed qui inter collegas suos habeant principatum Si vero iuxta spicam fuerit horoscopus erunt infelices pauperes miseri

In viii virginis parte Quicumque habuerint horoscopum idest in ipsa spica erunt religiosi iusti magnifica nobilitate perspicui affluentibus divitiis ornati et qui gaudent sobole filiorum sed in provecta etate morientur

In viiii virginis parte Quicumque habuerint horoscopum erunt luctatores et qui in omnibus certaminibus consequantur insignia coronarum

In x virginis parte Quicumque horoscopum habuerit erunt latrones effrenata cupiditate semper in mundi

In xi virginis parte Quicumque habuerit horoscopum erit athleta sed qui gloriose consequetur nobilitatis insignia dives ac divitum mulierum maritus sed morte violenta morietur

In xii virginis parte Quicumque horoscopum habuerit erunt isti religi

osi maxima dignitatis insignia reportantes erunt prophete
sacerdotes erunt uel magnorū templorū uel ciuitatū uel
prouintiarū rectores sed his frequenter populorū iudicia
creduntur habebunt autem ex fortunis filiorū maximos dolores
In xiii virginis parte quicumque horoscopū habuerint erūt
cythare di uel hymnologi
In xiiii virgīs pte quicūque horoscopū habuerit erūt musici
In xv virginis parte Quicumque horosc. habuerit erūt elegā
tes qui virginū concubitus sepe sectentur. habebunt infe
more vicū et eos freq̄uēter viciosis humoribus concretus
sanguis inquietat
In xvi virginis parte quicumque habuerint horosc. erunt magni
plura negotia tractātes sed biothanata morte morientur
In xvii virginis parte quicumque habuerit horosc. erit gladiator
publicis voluptatibus deputatus
In xviii virginis parte quicumque horosc habuerint erunt be
ati et primi sacerdotes docti amici regū et qui a mulieribus a
mentur semper Et si mars in ipsa parte fuerit vel in occasu par
tis mulieris causa publica morte plectetur
In xviiii virginis parte quicumque habuerit horoscopum erit ar
chitectus structor parietarius uel marmorarius
In xx virginis parte quicumque habuerint horosc. erūt musici
cythare di cantica dulci vocis modulatione cātantes sed ad hi
ad clientelas patronorū ptinebunt obsequiis semper amoris sibi
gratiam comparantes
In xxi virginis parte quicumque habuerit horosc idest in extre
mo pede erunt homines qui plurimis se negociorū generibus
inuoluant sed his freq̄uēter iudicia credātur Quidam amicitias
affectabunt iudicum
In xxii virgīs pte quicumque habuerit horosc. que pars extrea
linea est attemptabitur demone Et si mars aut in ipā fuerit
pte aut ī occasu ptis a piratis capti interficientur mari

Libra

In prima parte libre quicumque habuerit horosc. erit pulchro
corpore et amabilis gratia uenustatis adornatus Et si saturnus
in hac parte fuerit erit omni corpore incolumis
In ii parte libre plurime sunt stelle in quibus sunt alie feminine
alie masculine Quicumque in masculinis stelle habuerint horosc
erunt hymnodici nobiles quibus deorū secreta credāt Qui uero
ī femīs habuerint stellis erūt cynedi grā semp urbanitatis pspicui
In iii p. libre quicumque habuerit horosc erūt sacerdotes iusti longeui
In iiii pte libre quicumque habuerit horoscopum. Erit cythare dus

musicis dilatationis vocibus ornatus
In v parte libre quicumque habuerint horoscopum erunt divi-
tes copiosi et qui semper in iudiciis versentur
In vi parte libre quicumque habuerit horoscopum erunt divites
multa negociationis officia tractantes
In vii parte libre quicumque habuerit horoscopum erit balnea-
tor mediastrinus
In viiii parte libre quicumque habuerit horoscopum erit alea-
tor populari notione perspicuus hec autem pars etiam in legibus
vehementer peritos efficit
In x parte libre quicumque habuerit horoscopum erit cynedus
publica pulsatus infamia Quod si mulieris fuerit ista genitura
erit passivis libidinum cupiditatibus prostituta
In xi parte libre quicumque habuerit horosc. hydropicus morte morietur
In xii p. libre quicumque habuerit horosc. in iudiciis cum omni notitia versabitur
In xiii parte libre quicumque habuerit horosc. erit
religiosus iustus cui publica iudicia credantur et quem rex ami-
co diligat semper affectu sed hic provecta etate sua morietur
In xiiii parte libre quicumque habuerit horosc. erit sculptor et
qui deorum simulachra miro artificis pigmore perficiat
In xv parte libre quicumque habuerit horosc. erit regina sine filiis
oligothronia biothanata morte morietur
In xvi libre parte quicumque habuerit horosc. erit negociator sed
qui peregrinas merces advehat semper
In xvii libre parte quicumque habuerit horosc. in septentrionali
scilicet parte si luna bene posita ad benivolas plena lumine fe-
ratur faciet litteratos scribas regum vel quibus dictandi
comitatur officium magne nobilitatis honore perspicuos
In xviii parte libre quicumque habuerit horosc. in crucem iussu im-
peratoris tolletur aut presenti imperatore torquebitur aut iussu
principali suspendetur sed tunc cum mars in ipsa parte fuerit inventus
In xviiii parte libre quicumque habuerit horosc. incursu repen-
tino hostium capietur
In xx parte libre quicumque habuerint horosc. in septentrionali scili-
cet parte erunt medici famosa artis nobilitate perspicui Si
vero mars in ipsa parte fuerit inventus habebunt actus de
mensuris et ponderibus sed sine filiis morientur
In xxi parte libre quicumque habuerint horosc. erunt geo-
metre oligothronii
In xxii parte libre quicumque habuerit horosc. si mars in ipsa parte
fuerit inventus de alto lapsi vel precipitati crudeli morte moriuntur
In parte xxiii libre quicumque habuerit horosc. erit aut rex aut

regna sed multis relictis superstitibus morietur ferro

In XXIIII pte libre quicumque habuerint horosc. erunt negoci atores qui peregrinas merces aduehant in nauibus Si uero mars in ipsa parte fuerit uel in occasu erit a piratis cap ti morientur

In XXV parte libre quicumque habuerit horoscopum erit fa ber ferrarius uel qui res metallicas exerceat

In XXVI parte libre quicumque habuerit horosc. erit textor ger dius sed eius animus insanie ualitudine sepe quatiatur

In parte XXVII libre quicumque habuerit horosc. erit pigmentarius uel tinctarius

In XXVIII pte libre quicumque habuerit horosc. erunt diuites sacerdotes

In XXVIIII pte libre quicumque habuerit horosc. Erunt religio si iusti beniuoli omni bonitate ornati

In XXX. p. libre quicumque habuerint horosc. erunt mendaces uerbosi affluentia sermonis inflati Et si beniuole stelle illuc fuerint collocati erunt medici magni peregrinatores biotha nati In boote quicumque habuerit horosc. erunt diuini astrolo gi artis caldeice periti

Scorpius

In prima Scorpii parte quicumque habuerit horosc. erit in cantator qui latentes dolores mitiget potestate uerborum

In II parte Scorpii quicumque horosc. habuerint erunt turpes meretricio squalore sepe polluti

In III Scorpii parte quicumque habuerint horosc. erunt nani gibberosi ridiculi

In IIII pte Scorpii quicumque habuerint horosc. erunt nani regum uel imperatorum deliciis deputati

In V. Scor. pte quicumque habuerit horosc. luna bene posita erunt nobiles iusti. religiosi qui preclaro affinitatis ornati con sortio. habebunt plurimos liberos sed si ex magisterio uel inter pretationibus habebunt uite substantiam erunt regis scribe litterarum tractantes officia sua. hos fida regum amicitia nobilitabit

In VI Scor. p. quicumque habebunt horosc. erunt sacerdotes diuites liberos multos habentes sed frequenter exiguum indignatione morientur

In VII Scor. p. quicumque habuerit horosc. a bestiis morietur

In VIII Scor. p quicumque horosc. habuerit. erunt opifices sed hi aut ab aspide aut a uipera percussi morientur

In VIIII Scor. p quicumque horosc. habuerit erit ortulanus ortorum semper cultoribus applicatus

In X p. Scor. quicumque habuerit horosc. In prima etate morietur

In XI p. Scor. quicumque habuerit horosc. erit entheus sacerdos dans responsa querentibus

In XII parte scorpionis quicumque horosc. habuerit erit servus templorum vel sacrorum obsequiis deputatus

In XIIII p. scor. quicumque horosc. habuerit luna in aliquo car dine constituta erunt iudices famosa reportantes insignia dignitatis de aliorum iudicii sententiis iudicantes habentes vite necisque maximam potestatem. Sed hec illis potestas decernitur ab anno XXX vel XXXV. Sed hi et uxores sortientur et suscipient filios. Habebunt climateras et pericula anno XXVII et XLV et LVIII que pericula si evaserint anno LXVI morientur. Sed erunt cum quodam vitio aut gladio aut ferro morientur vel in aqua vel ... =

In XVI parte scor. quicumque habuerit horosc. erunt // pete pistores. Quod si luna in quocumque signo clare stelle fuerint erunt iudices cum magna licentia ac potestate. Quod si mars in deiectis locis fuerit inventus. faciet spiculatores sed his ipsis gladio cervices amputabuntur

In XVII parte scor. quicumque habuerit horosc. erit aurifex in aurator bractearius

In XVIII p. scor. quicumque habuerit horosc. a bestiis laceratus morietur

In XVIIII p. scor. quicumque habuerit horosc. luna bene posita erit magna potentie felicitate ornatus vite et necis habebit maximam potestatem. Quod si iupiter horosc. quacumque radiatione respexerit potestas etiam tanta erit ut regali imperio comparetur. Sed in re publica erit nimium negligens hic offenso principe morietur

In XX parte scor. quicumque horosc. habuerit. erit dux potens bellator qui prospere ducet exercitum infinitas victorias faciet cuius virtus et gloria regalibus comparetur imperiis elatus nimio felicitatis augmento de attentando imperio re belli cogitatione tractabit. Erit audax. temerarius. relinquens superstites filios igne vel offenso rege morietur

per stellam 2e magnitudinis que vocatur cor scorpionis nature martis et part. iovis.

In XXI parte scorpionis quicumque habuerit horosc. dextro scorpionis pede erit piscator sed qui marinas spongias colligat. Qui in secundo pede habebit horoscopum ab aliqua bestia vel a quadrupede morietur. Qui in III pede habuerit horosc. erunt cynedi. Mulieres vero prostituto pudore meretrices

spungias — secundo.

In XXII p. scor. quicumque in priore pede sinistro habuerit horosc. erit ortulanus. In II a bestiis morietur. In III. erunt tonsores. In IIII a piratis occidetur vel a bestiis in humidis locis morietur

In XXIII scor. parte quicumque habuerit horosc. et venus et mars in ipsa parte fuerint positi. erit potens. dives. longevus cum augmenta felicitatis provecta etate decernetur multi autem filiorum sobole letabitur

In XXIIII parte scorpionis quicumque habuerit horosc. amare cupidi

tatis instinctu et parricidalis furoris amentia fratres suos inter
ficient sed ipsi violenta morte morientur

In XXV p. Scor. quicumque habuerit horosc. Si mars in ipsa par
te fuerit inventus vel per diametrum vel per quadratum iunctus
igne cremabitur

In XXVI p. Scor. quicumque habuerit horosc. erunt oratores ad
vocati mediati sed quos professionis sue nobilitet ingenium cum
testimonio benivolarum stellarum illis legatio patrie reddetur Sed
hi offenso rege morientur

In XXVII pte Scor. quicumque habuerit horoscopum presente iovis et
venere erit dives iustus amabilis longevus multarum mulierum
amore prevenientis sed hunc protessu etatis augmenta felicitatis
attedent hic in patria sua etatis augmenta maxima consequitur
glorie et dignitatis

In XXVIII p. Scor. quicumque habeb habuerit horosc. erunt strabi
quorum perversos oculos ornet bona gratia venustatis Erunt
sane negligentes Et si mars in ipsa parte fuerit profusionem
sanguinis patientur quidam erunt elephantici quidam frene
tici Si non plena lumine luna feratur ad martem

In XXVIIII parte Scor. quicumque habuerit horosc. erunt advoca
ti sapientes Et si benivola stella in ipsa parte fuerint inventi
legati mittitur ad imperatorem et complebunt omnia quecumque
illis fuerint in legatione mandata consequetur munera Sed
habebunt in necessariis partibus corporis vicium

In XXX. p. Scor. quicumque habuerit horosc. erunt marsi vene
fici ad neces hominum venena vendentes ut ex isto studio mul
tos interficiant Erunt sane mendaces mali malitiosi Et si
mars in ipsa parte fuerit inventus erunt venatores sed biothanati

Adiacet Scorpio ex dextra parte ofiutus . et vulpes in sinistra
cynocefalus et ara In Ofiuco qui nati fuerint erunt auda
ces enthei presago divinitatis instinctu futura noscentes In vul
pe qui nati fuerint erunt callidi fraudulenti circumscriptores cor
datissimi habentes vite subsidia eterna cultura querentes Et
si saturnus in ipso loco fuerit inventus erunt custodes monumen
torum hi autem morientur per dolum . In Cynocefalo qui
nati fuerint erunt frequenter valitudinarii sine filiis oli
gochronii . In ara qui nati fuerint erunt sacerdotes qui
ex sacrificiis habentes vite subsidia sunt perituri et mala
morte pereuntes

Sagittarius

In Prima parte Sagittarii Quicumque habuerit horosc.
erit nobilis religiosus iustus et cui maxima glorie conferen
tur insignia Et si benivola stella in ipsa parte fuerit inventa

faciet reges uel regū proximos qui omia efficaciter cōpleat
In ii Sagittarij parte Quicumq; habuerit horosc. erunt
furiosi periuri sacrilegi
In iii sagitt. pte Quicumq; habuerint horosc. unum
oculū quolibet genere perdent //tori custodes
In iiii Sagitt. parte Quicūq; habuerit horosc erūt moninie(?)
In v Sagitt. p Quicumq; habuerint horosc. Erunt impuri
impudicia miseri ac turpis infamie labe polluti
In vi. Sagit. p quicūq; habuerit horosc. Erunt nati tibijs
varicosi biothanati
In vii sagitt. p Quicumq; habuerit horoscopū eo nomie
erit iustus religiosus et cui publica iudicia credantur ita ut
de ceterorū sententia iudicet
In viii Sagittarij parte Quicūq; habuerint horosc si Iupi
ter in ipā parte fuerit inuentus Erunt longeui religiosi et
inter affines suos primi suscipientes filios Erunt interptes
regum uel magistri scribe sacrarū litterarū tractātes officia
Si in processu etatis felicitatis illis insignia conferentur. bo
na morte deficient
In viiii Sagitt. p Quicūq; habuerit horosc. erunt astrologi
diuini enthei cultores deorum
In x. Sagitt p quicumq; habuerit horoscopū erit athleta
oplomacus
In xi sagitt. p quicūq; habuerit horosc. ī bello percussus morietur
In xii sagitt. p quicūq; habuerit horosc erūt periculosi temerarij et
qui preposterio cupiditatis ardore ad omē nephas libēter accedat
In xiii sagittarij pte quicūq; habuerit horosc. parricidali possessus
sus interficiat et ipē biothanatus peribit
In xiiii sagitt. p. quicūq; habuerint horosc. cythharedi erunt
publicis voluptatibus deputati vitium habebunt in oculo
In xv sagitt p. quicūq; habuerit horosc. erit mechanicus qui ī
strumēta bellis necessaria faciet Morietur etiam in bello
In xvi Sagitt. p. quicūq; habuerit horosc. Si mars in ipā pte
fuerit inuētus. lanceatus morietur femiā uō ī partu deficiet
In xvii sagitt. p. quicūq; habuerit horosc. erūt athlete Si mars
testimoniū perhibuerit venatores. Si Iupiter equorum cultores
In xviii sagitt. p. quicumq; habuerit horosc. erit fur periurus ma
liuolus. malignus sine filijs biothanatus //filijs
In xviiii sagitt. p. quicūq; horosc habuerit erit panchraste sine
In xx. sagitt. p. quicūq; horosc. habuerit erūt nani gibberosi ridiculi
In xxi sagitt. p. quicumq; habuerint horosc. multum manducabūt
et res alienas abnegabunt

In xxii sagitt. parte quicumque habuerint horosc. Si iupiter in ipsa
parte fuerit inuentus erunt magni potentes infinita terre spacia
possidentes erunt pedites equitum comitatus exercitus frequentor
etiam illis nauale prelium credetur. Contingent multa bella sub-
iugabunt barbaros. ciuitates alias constituent alias dissipabunt
habebunt uxores et filios sed uxores eorum in necessariis locis uias
habebunt uel cicatrices. Sed hi morientur in pugna in peregrinis locis
In parte xxiii sagitt. quicumque habuerit horosc. in desertis et ab-
ditis locis morientur a bestiis
In xxiiii sagittarii parte quicumque habuerit horosc. erit equo-
rum domitor uel auriga. Si vero iupiter in ipso loco fuerit aut
mulio erit aut auriga regius sed qui ob hoc maxima glorie con-
sequatur insignia Marte attestante biothanatus interibit
In xxv sagitt. p. quicumque habuerit horosc. erit ebriosus temulentus
presertim si mars in ipsa parte fuerit inuentus. Si vero venus testi-
monium perhibuerit erit cynedus sed qui publica dampnetur infamia
Mulieres vero fient meretrices
In xxvi sagitt. p. quicumque habuerint horosc. erunt vitiorum
contagione polluti. mulieres vero viragines meretrices et
ad omne libidinis facinus applicate
In xxvii sagitt. p. quicumque habuerit horosc in desertis locis
Si vero mars in ipsa parte fuerit inuentus erunt oligochronii
infelices quidem plaga morientur
In xxviii sagitt. p. quicumque habuerit horosc erit asinarius mu-
lio et qui assiduis laboribus implicetur
In xxviiii sagitt. p. quicumque horosc. habuerit erit nanus gib-
berosus captiuus
In xxx. sagitt. parte quicumque horosc. habuerint erunt mundi
phisici sine gratia. mors uero ipsorum erit a bestiis. Et si mars
in ipsa parte fuerit inuentus erunt oligochronii sine filii. Si
vero in extrema linea sagittarii id est super cauda fuerit horosc.
figuli nascentur. Si uero infra caudam erunt inmobiles strabi
cursores velocissimi alienis semper potestatibus subiugati et in-
quietabuntur sanguine. habebunt prolixam faciem et morientur
a quadrupede. In dextra parte sagittarii oritur nauis ergo in
sinistra canis. Quicumque itaque in ipsa naui habuerit horosc. erunt
naucleri gubernatores negotiatores sed qui ad occidentem naui-
gent. Sed si mars hunc eundem locum viderit reuertentes ad orientem
a piratis interficientur. In Cane quicumque habuerint horosc. erunt
litigiosi clamosi. Si uero mercurius in ipso loco fuerit inuentus erunt ad-
uocati optimi et amici regum. Qui vero in ore canis habue-
rit horoscopum erit turpi vita. inquinato ore sed affluentia vani

sermonis inflatus

Capricornus

In prima capricorni parte quicumque habuerit horoscopum
Erit Rex imperator

In ii parte capricorni quicumque habuerit horosc. erunt campi duc
tores et quibus dispositio committitur preliorum sed hi biotha
nata morte morientur

In iii parte capricorni quicumque habuerit horosc si mars in ipsa par
te fuerit inventus Luna vero collocata erunt magni potentes max
imam gladii potestatem habentes sed qui iudicia severe et crude
liter semper exerceant erunt crudeles ingeniosi semper audaces
et qui multos interficiant erunt magni exercitus duces sed in pug
na morientur

In iiii parte capricorni quicumque habuerit exercitum si mercurius
in ipsa parte fuerit inventus faciet musicos vel artifices sed qui
mulieres preposteris libidinum amoribus persequantur erunt sane ne
gligentes si vero luna bene fuerit posita faciet scribas nobiles
sed quibus magnarum rerum officia credantur erunt sane divites iusti
ti religiosi sed hi longeui morientur

In v. parte capricorni quicumque habuerit horosc. erunt turpes impu
ri ad omne vitium libidinum applicati

In vi parte Capr. quicumque habuerint horosc. erunt elephantici

In vii p. capr. quicumque habuerint horosc. erunt curiosi artifices sed
quos artificii sui nobilitas commendet amici regum sed in hoc loco
nascentur et medici cum testimonio malivolarum stellarum

In viii p. capri. quicumque habuerint horosc. si venus in ipsa parte
fuerit inventa habebunt maxime nobilitatis insignia Et si luna
bene fuerit collocata multa agentes omnia tractabunt negociationis
officia Alii publicis vectigalibus preerunt

In viiii p. capr. quicumque habuerit horosc. si mars in ipsa parte fuerit inven
tus in prima etate morientur Si vero mercurius testimonium perhibu
erit erunt feneratores divites sed pecuniarum causa morientur

In x. p. capri. quicumque habuerit horosc. si mars in ipsa parte fue
rit inventus; faciet mechos sed cum amabili gratia venustatis Sed
hi amicorum suorum uxores prepostera amoris cupiditate corrumpent
verum numquam in isto facinore deprehensi publicantur. his ex aliquo
artificio maxima vite subsidia conferentur sed adulterio cognitas
sortientur uxores. morte repentina morientur

In xi. p. capri. quicumque habuerit horosc. erit aurifex

In xii p. Capricorni quicumque habuerit horosc. erit athleta vir
tutis magne biothanatus.

In xiii parte capri. quicumque habuerint horoscopum si mars in ipsa parte
fuerit inventus erunt tales qui propter lucrum ad omne facinus crude

litatis attedant sed erunt marsi venena vendentes qui serpentes
sopitis venenorū aculeis nutriant per hos multi morientur
Erunt periuri adulteratores libidinū hi tenui voce dulatez
modos carminū dicent . omēs homines ficta decipientes sim
plicitate corrupti clamosi qui neq̧ de uxore neq̧ de filiis gau
dia consequātur verum processu etatis de pedibus claudica
bunt Sed hi de cōmerciis uel de publico habebūt vite subsidiū
In xiiii parte capricorni quicunq̧ habe habuerit horosc . Si iupi
ter in ipsa parte fuerit inuentus uel venus Erunt diuites mi
nistri rerū quibus tutto credatur in populo suo principaliū suorz
officia tractabunt Erunt sane negligentes et qui plurimis con
uiuiis gaudeant Q si mercurius in ipso loco fuerit inuētus
ex domestica cōmendatione prouecti ad notitiam regum ami
citiam q̧ peruenient // si ridiculi
In xv parte capricorni quicūq̧ habuerint horosc erūt nani gibbero
In xvi pte capricorni quicunq̧ habuerīt horosc . vi digitos habe
bunt et erunt gibberosi in conuictione spine et colli Quicūq̧ ha
buerit horosc marte ibi posito luna perhibente testimoniū et
bona radiatione coniuncta Erunt nobiles polichronii nobilium
filiorū parentes amici regum biothanati interibunt
In xvii pte capricorni quicūq̧ habuerit horosc . si mars et venus
et mercurius in eadem parte fuerint constituti vel ī eodem signo
interficient uxores suas Sed et ipī publica aīadversione plectēt
In xviii p . capr quicūq̧ habuerit horosc . Si mercurius ī ipā pte
fuerit inuentus scriba regalibus officiis semper applicatus in hu
midis morietur locis a bestiis consumptus
In xviiii pte capricorni Quicunq̧ horosc . habuerit erit tabellio
et forensibus studiis applicatus
In xx . p . capri . quicunq̧ habuerit horosc . erit nobilis amicus regū
et cui multa ex largitione imperatoris conferātur . amabilis po
pulo verū mediocritatis spatio ista illi dignitatis insignia con
ferentur facilis ad indignandū indignationes suas exercentes
cum maximo impetu potestatis Sed huic ex casu fratrum in
fortunia prouenient morientur morte sua
In xxi p . capri . quicūq̧ habuerint horosc . erunt languido aīo
languidis sensibus et qui frequenter tenentur insania
In xxii pte capri . quicūq̧ habuerit horosc . a bestiis cōsūptus moriet
In xxiii p . Capricorni quicunq̧ habuerit horosc erit pantomi
mus gratia uenustatis perspicuus
In xxiiii p . capr . quicūq̧ habuerīt horosc . erūt iusti potentes & aliorū
iudiciī sententiis iudicātes amici regū fiunt . His ex infortuniis fi
liorū maxima decernūtur doloris incommoda

In xxv parte capricorni quicumque habuerit horosc. erit tirannus crudelis ad omne facinus armatus periculosus temerarius sed cui mors multitudinis manibus proferatur

AQVARIVS

In prima parte aquarii quicumque habuerit horosc. Si iupiter et saturnus simul fuerint iuncti vel si horoscopum trigonica radiatione respiciant et si luna bene fuerit collocata erit rex magnus gloriosus polichronius omnium terrarum possidens principatum. Sed maxima illi potentia processu temporis decernetur sed is in aqua morietur.

In ii p. aquarii quicumque habuerit horosc. habebunt artem que pertinet ad ornatum uel ad picturas filiis superstitibus morietur

In iii p. aquarii quicumque habuerit horosc. Si iupiter in ipsa parte fuerit inuentus uel si eum quacumque radiatione respexerit erit magnus potens multam possidens terram sed is iacturam patrimonii sui sustinebit. Verum propriis uiribus maxima illi conferentur subsidia facultatum debellabit gentem suam et erit ad omne crudelitatis facinus adiunctus et qui multorum hominum stragibus gaudeat. habebit et ex ancillis filios sed hos inmatura perdet etate Erit sane ab omni tristicia separatus. omnibus displicebit. omnibus detrahet ut ex ista causa omnes eum amici uitent Erit edax multum cibum sumens. multum agrum possidens sed processu temporis omnia illi potentie conferentur insignia. Verum cum fuerit limen senectutis ingressus debilitato corpore agrum colet

In iiii p. aquarii quicumque habebit horosc. Erit deorum cultor iustus de aliorum iudicum sententiis iudicans. Sed is biothanata morte morietur

In v. aquarii p. quicumque habuerit horosc. laqueo se suspendet

In vi aquarii parte quicumque habuerit horosc. aquam hauriens misero laboris onere pregrauabitur erit athleta nobilis

In vii aquarii parte quicumque habuerit horosc. si venus qualibet radiatione fuerit coniuncta erunt longeui. diuites. iusti et qui in senectute proficiant sed hi filiis superstitibus morientur

// architectus

In viiii parte hor. aquarii quicumque habuerit horosc. erit structor sculptor

In x. p. aquarii quicumque horosc. habuerit. Si mars qualibet radiatione coniunctus fuerit faciet balneatores qui in prima etate morientur

In xi p. aquarii quicumque habuerit horosc. in aquosis locis uel in humidis morientur Si vero in uertice corni fuerit horosc. erunt medici. Et si saturnus quacumque fuerit radiatione coniunctus erunt pollinctores et funerarii quibus sepulture officia credantur

In xii aquarii parte quicumque habuerit horoscopum erit piscator de mari habens vite subsidia

In XIII aquarii parte quicumque habuerit horosc. erunt ortulani uel
qui cloacas mundet. Si uero mars testimonium perhibuerit bal
neatores. Si saturnus haustores aquarum.
In XIIII p. aquarii quicumque habuerit horosc. Si mars ei testimonium per
hibuerit faciet ductores uel nautas sed qui omnis laboris one
re pregrabuntur.
In XV p. aqua. quicumque habuerit horosc. erit inpudens cinedus sed
qui hoc libidinis uitium latenter exerceat.
In XVII aquarii parte quicumque habuerit horosc. Si mars quacumque fuit
radiatione coniunctus lanceatus morietur. //tenebit
In XVIII aquarii parte quicumque habuerit horosc. pulmonum dolores sus
In XX aquarii parte quicumque habuerint horosc. hydropici morientur.
In XXI aquarii parte quicumque habuerit horosc. aurifex erit.
In XXII aquarii parte quicumque habuerit horosc. erit formosa facie. for
moso corpore. gratus sed in prima etate morietur.
In XXIII aquarii parte quicumque habuerit horosc. erunt pigmentarii diuites
In XXIIII parte aquarii quicumque habuerit horosc. Si huic parti iupi
ter quacumque fuerit radiatione coniunctus erit formosus magno cor
pore gratus amabilis. Si autem uenus quacumque radiatione coniuncta
fuerit erit amicus regis corporis pulchritudine insinuatus felix sed
in prima iuuentute morietur.
In XXV parte aquarii quicumque habuerit horosc. erunt steriles sine
filiis erraticis semper amorum cupiditatibus estuantes.
In XXVI parte aquarii quicumque habuerit horosc. ex cultura terre
habebunt uite subsidia uel de herbis sed hi perpetuis laboribus
opprimentur erunt sane longeui et inprestabiles.
In XXVII parte aquarii quicumque habuerit horosc. erunt ierodul i ser
ui templorum in sacrorum cerimoniis hymnos dicentes.
In XXVIII parte aquarii quicumque habuerit horosc. podagricus erit.
In XXVIIII parte aquarii quicumque habuerit horosc. Si mars in ipsa
parte fuerit inuentus uel si qualibet ratione coniunctus de alto
proiectus claudicabit. Et si saturnus uiderit. morietur.
In XXX parte aquarii quicumque habuerit horosc. si lune apposi
te saturnus quacumque fuerit radiatione coniunctus horoscopanti sci
licet parti erunt longeui nobiles sed quibus processu temporis
omnia felicitatis insignia conferantur. Quidam negotiationis causa
grande pelagus transibunt. Erunt sane sine filiis priuignos
suos in loco filiorum habebunt. Extra partes a sagittario oritur fal
cis lupus lepus. aquarius minor et ara. In falce qui habuerit
horoscopum erit arator qui campos colens multas frumentorum
copias colligat. In ore lupi quicumque habuerit horosc. erit salta
attestante marte comedetur a canibus. In ipso lupo quicumque habue

rit horoscopum erunt fraudulenti fures crudeles homicide qui
et suos et extraneos crudeli feritatis atrocitate percuciant sed et
biothanati mortui insepulti proycientur. In sinistro pede lupi
quicunque habuerit horosc. attestante marte a latronibus percussi
luxabunt pedes. In dextro pede lupi quicunque habuerit horoscopum
frenetici in primo etatis tempore morientur. In capite mino
ris aquarij quicunque habuerit horosc. per deserta interficiet.
multum errabit. in desertis conuersabitur locis. quidam fient
aucupes. In dextra aquarij minoris quicunque habuerit horosco
pum erunt equorum magistri. Si uero beniuole stelle testimonium per
hibuerint aurige uel muliones erunt regis. In ventre aquarij
minoris quicunque habuerit horoscopum merito erit ortulanus
fenerator laboriosus biothanatus. In pede dextro quicunque habu
erit horoscopum in locis aquosis humidisque morietur. In ara
quicunque habuerit horosc. de sacrificijs habebunt vite subsidia
sed inexusti morientur. In aque effusione quicunque habuerit
horosc. a prima etate erit diues et possessor et paternum patri
monium varia profusione dilapidabit erit liberalis sed erunt illi
multi frequenter ingrati. Sed hic in processu etatis maxima
et patrimonij et dignitatis habebit augmenta et inimicos suos
ob nefariam subiugatos sibi uidebit

Pisces

In Prima parte piscium quicunque habuerit horoscopum
erit curiosus compositus egregius facultatibus habens vite
subsidia. Sed hic ex conscriptione sororum vel ex affinium susci
piet filios

In II p. piscium quicunque habuerit horoscopum erit stridentis a
nimi suspitiosus gelotipus

In III parte piscium quicunque habuerit horosc. erit impuris libidi
num viciis implicatus et meretricio squalore pollutus cuius vi
ta publica semper versetur infamia

In IIII parte piscium quicunque habuerit horoscopum erit effeminatus
moribus cynedus. Si uero mulier fuerit pudorem suum passiua
libidinum nundinatione prostituerit

In V. p. piscium quicunque habuerit horosc. Si mercurius ei qua
cunque fuerit radiatione coniunctus et venus. erit diues nobilis
longeuus ex arte aliqua habens vite subsidia. Insinuabitur re
gi et bona senectute prouectus filiis superstitibus bene morietur

In VI parte piscium quicunque habuerit horosc. a bestiis confectus morietur

In VII parte piscium quicunque habuerit horoscopum si mars in ipsa
parte fuerit inuentus a bestiis aut in aqua a pisce lacerabitur
et sic morietur

In viii parte piscium quicumque habuerit horoscopum uel in viiii presente venere et mercurio quicumque nati fuerint erunt religiosi iusti longeui et litterarum tractantes officia erunt scribe regum noti regibus filiis superstitibus morientur

In x parte piscium quicumque habuerit horosc. Si luna bene posita et luna in parte horosc. fuerit constituta erit grandis potens notus omnibus regibus coniunctus multam peragrans terram grande nauigans pelagus preponetur liburnis nauale illi committetur imperium erit in pugna superior et uictor habebit amoris maximum gratie meritum iustus religiosus sed circa muliebres contubitus semper impatiens magna prestans et omnia impetrans Morietur autem aut ira regis aut dolo

In xi parte piscium quicumque habuerit horosc in desertis locis a bestiis naturam perdet aut in humidis locis aut certe in prima etate biothanatus sine filiis peribit

In xii parte piscium quicumque habuerit horoscopum erit piscator freneticus et in prima etate morietur

In xiii parte piscium quicumque habuerit horoscopum presente venere et ioue erit diues nobilis et habens uitam et uite substantiam ex aliqua arte Si uero mercurius ei quicumque fuerit radiatione coniunctus erit negociator pigmentarius diues felix filiis superstitibus morietur

In xiiii parte piscium quicumque habuerit horosc. maxima illis conferentur dignitatis insignia In aquosis locis morietur uel humidis uel expiratus

In xv parte piscium quicumque habuerit horosc. presente marte ibunt per deserta terrarum et per incognita maria nauigabunt. torquebuntur et habebunt uitam semper in nauibus

In xvi parte piscium quicumque habuerit horoscopum erit diues longeuus inter affines suos primus

In xvii parte piscium quicumque habuerint horoscopum carmina dulci modulatione cantabunt Si uero mars in ipsa parte fuerit inuentus laqueo se suspendet

In xviii parte piscium quicumque habuerit horoscopum erit audax multum cibum sumens ualitudinarius

In xviiii parte piscium quicumque habuerit horoscopum erit orator aduocatus affluentia docti sermonis ornatus. Quod si beniuola stella testimonium comodarit erit in domo regia multa imperans verecundia grauitate que morum honesta conseruatione semper ornatus

In xx parte piscium quicumque habuerint horoscopum errabunt per multas gentes Si uero mars testimonium perhibuerit erunt a prima etate captiui

In xxiii parte piscium quicumque habuerit horosc. erit anceps
de amnibus habebit substantiam
In xxiiii parte piscium cuicumque habuerit horosc. morietur in mari
In xxv parte piscium cuicumque habuerit horoscopum erit
aurifex. celator. pictor
In xxvi parte piscium quicumque habuerit horoscopum marte et
saturno testimonium perhibentibus erunt balneatores mediastini
in nautici infelices. biothanati et quibus organice machinati
onis officia credantur
In xxvii parte piscium quicumque habuerit horosc. erit fugitiuus mul
tas terras peragrans sed in spina percussus morietur
In xxviii parte piscium quicumque habuerit horosc. si mars in ipsa
parte fuerit inuentus in humidis aut in aquosis locis a bestiis la
cerati morientur
In xxviiii parte piscium quicumque habuerit horosc. si iupiter
et uenus in ipsa parte fuerint collocati et luna bene posita fuerit
erit nobilis diues per omne euum felix sua morte deficiet
In xxx. parte piscium quicumque habuerit horoscopum erit ha
bebit uitam in mari erit semper laboriosis actibus implicatus
In extrema autem cauda idest inter lineam que diuidit pisces
et arietem et habuerit horoscopum marte in eodem loco constitu
to erunt apotopi abscisi uirilia In pisce septentrionali oritur
ceruus. lepus In australi cetus idest marina belua Quicum
que horoscopum in cornibus cerui habuerit si mars in ipsa par
te fuerit inuentus. erit prepositus armorum. ducet exercitus
. pugnabit peregre. morietur in prelio In ore cerui quicumque
habuerint horoscopum erunt marsi uestigantes prendenteque ser
pentes. biothanati In pedibus cerui quicumque habuerit horosco
pum errantes plurimum biothanata morte morientur In lepore
quicumque habuerit horosc. erunt periti gubernatores In cau
da ceti quicumque habuerint horosc. si mars in ipsa parte fuerit
inuentus a bestiis lacerati morientur In duabus partibus ceti
quicumque habuerit horosc. presente uenere et mercurio sub iacce
bit potentibus et inde proficientes uite consequentur augmenta
Alii erunt serui ad grandem dignitatem uenientes honesto ac libe
rali merito seruitutis In tribus partibus ceti quicumque habuerit
horoscopum nauigabunt ac plurimas circuibunt terras Quod si mars
in ipsa parte fuerit inuentus a piratis morientur In quibus
sunt signorum partes claras stellas clare stelle In plurimis signis
claras esse stellas et regia luminis maiestate fulgentes in vi^to
diximus libro Quid itaque in istis partibus in quibus clare inue
niuntur stelle decernat horoscopus que in vi libro de luna diximus ex

plicare curabo In xi parte arietis clarum ostenditur In hac itaq; stel
la quicunq; habuerit horoscopū presente ioue uel trigonica radi
atione coniuncto erit dux magnus potens amicus regum mul
tam et grandem possidens terram honesto fame testimonio suble
uatus sed in morte sua morietur In cornibus tauri i xxx pte
eius clara stella Quicunq; itaq; in ipā tauri cornua habebit ho
roscopium erit Rex aut dux Cui uero in dextro cornu habebit ho
roscopū erit magnus princeps et cui nauale et pedestre cōmitta
tur imperium terribilis laboriosus multas ciuitatibus ciuitates
bellorū obsidionibus liberans hic omnis natus sine liberis erit
decernūtur illi publice tituli et imagines ac statue sed postea offen
sis regibus morietur In qua autem tauri stella hec eadem decer
nant Ut iam tibi ostendit liber In Leonis parte ii stella lim
pida inuenitur In hac stella quicunq; habuerit horoscopum erit
Rex potens duplex possidens regnum Sed cui quotienscunq; saturn'
et mars uenerit totiens illi bella maxima conatentur In xiii pte
scorpionis est limpada stella in qua stella si luna limpada fuīt
inuenta horoscopium partiliter possederit quicunq; in ea nati
fuerint erunt potentes magnas uite et necis habentes potes
tates et quibus maxima pars cōmittatur imperii In xviiii
parte scorpionis est itidem limpida stella Si itaq; luna bene
collocata si in ista fuerit horoscopi parte erit potens Qui si iu
piter fuerit prospera radiatione coniunctus erit regi proximus
diuinos honores possidens prestans bonus sed negligens
huic mors ex regis indignatione proueniet In Sagittarii
xxii parte sunt limpide stelle In ipsis stellis quicunq; habue
rit horoscopū Ioue in ipso signo constituto erit magnus potēs
multā possidens terram ducet exercitum peditū atq; equitū
Sed et prelium illi nauale credetur Erit uictor in omnibus pre
liis subiugabit barbaros Ciuitates uero alias restaurabit ali
as euertet habebit uxorem in necessariis corporis partibus ha
bentem uitiū habebit filios superstites sed in pugna moriet'
In iii parte capricorni est stella clara Si in ipso signo mars
fuerit inuentus et bene sit luna posita Quicunq; natus fuerit
in ea erit magnus potens habens uite et necis maximā potes
tatem sed erit crudelis et qui multis gaudeat cedibus exerci
tum ducet et erit ingeniosus magnus audax et in bello morie
tur. In prima parte aquarii est clara stella Quicunq; itaq;
illic habuerit horoscopum ioue et saturno prospera radiatione
coniunctis sed luna bene posita erit rex magnus gloriosus Re
ligiosus iustus longeuus Sed cui precedenti etate maximū po
testatis conferatur imperium In x pte piscī est clara stella in

australi scilicet piscis Itaque Venus cum horoscopo in ipsa stella
cum fuerit inventa et luna bene sit ordinata quicumque natus
fuerit in ea erit magnus potens regi notus multas terras pagra-
bit grande navigabit pelagus Liburneum illi et navale con-
mittitur imperium erit victor in prelys ab omnibus amabitur e-
rit iustus religiosus. pronus sane ad muliebres contubitus
prestans multa potiora impetrans Ira regis vel odio morietur
Hec quidem de singulis partibus pronuntiat sphera barba-
rica Sed genitura integre explicari non poterit nisi omnia equa-
tis stellarum mixturis et traditionibus comparata Quod nos fre-
quentissime dixisse meministi Cum .n. ignitis sideribus aliorum
siderum fuerit frigus oppositum et frigoris glacies igniti ardo-
ris fuerit flagrantia temperata mixtura etiam per rationem efficitur
Omnia itaque pro locorum pro stellarum potestatibus colligenda pa-
titur .n. iacturam potestatis sue stella cum in deiectis locis vel cum in
humilitatibus suis fuerit collocata Gaudent autem stelle sicut
frequentissime diximus principe in loco in altitudine sua posite
Secundo loco in finibus suis Tertio in domibus suis Cum itaque
omnia fuerint ita partili ratione collocata totum debemus geni-
ture corpus inspicere Ut fata hominum ex omnium stellarum po-
testatibus collocantes quicquid decretum fuerit veris possumus
explicare sententys

Accipe itaque Mavorti Decius nostrum quod tibi cum summa
animi trepidatione promisimus VII hos libros ad VII stel-
larum ordinem numerumque compositos Nam Primus liber
solum patrocinium defensionis accepit In ceteris vero libris ro-
manis novi operis tradidimus disciplinam Tu vero precedenti
admonitione conventus et religiosa iurisiurandi auctorita-
te commonitus hos libros puro animo ac pura mente custodi ne
imperitis auribus et sacrilegis animis scientia istius operis
intimetur celari se et abscondi abinitio voluit his rerum
et plurimis se tegumentis natura abscondit Nec esset facilis ac-
cessus ne cunctis patefacta maiestatis sue origine panderetur
Hoc et nos in istis libris facere conveniet Ut lectio eorum profa-
religiosis pateat: prophanis semper sacrilegis denegetur ne
veterum deneganda commenta sacrilegis quodammodo editionibus
polluamus Quapropter filys tuis trade quia illos a prima e-
tate ad omne officium virtutis instruxisti et tuis trade amicis
sed quos tibi fida amoris necessitudo coniugit quos scis exem-
pla tue virtutis imitari Nos tibi soli edidisse sufficiat artificium
horum librorum quos tibi mandamus Tu verus interpres
tu fidus custos tu religiosus antistes Tu solus virtutum tuarum

merito ornare poteris quod nos pervigili cura et labore animi pariter et corporis cum maxima sollicitudine ac trepidatione perfecimus. Finis

Iulij firmici materni siculi Viri Clarissimi Matheseos liber viii explicat feliciter. Deo gratias. finis

m in p° lib° ptiu t'mios et loca posuimus indicia sub certa demonstratione curavimus. Pars fortune et eius dns corpus et q ad corpus attinet signat ut ipm oriens eiusqz dns. Pars enim fortune e lune oriens sicut oriens ipm solis e oriens. h aut inde cognoscit et si tinsacti diei tpus in ptes unius hore multiplicatas collecta qz summa a luce loco distribuas ad locum ptis fortune absqz dubio pveniet. Ps fortune si nulli malivolaru adiuncta n° sub radijs eius eius dno in hunc modu se hntez natu saluat et bona honesta qz nutritoz portendit. Corrupta naqz et adusta natu debile qnqz nutritionis insinuat statu hius enim dns eodem° se hns expssius agit cuius adustio auget angustia inducit et impedimentu. In oriente locatus qnius adulsat mudus naqz infortunijs et adustione ultius erit forma qmedas et spem mores eius et libertatis obhuas. Ps fortune in 2° si oriens dns eam a diuij eius respiciat feliciter pmittit bona qz auget peccunias et opes absqz labore tribuit si no n° pte n° eius dnij aspiciat du sub alterius lumine respectu moretur du q respiciat no oblit honesta vita regu de causa inducit hoiu aut q dixius omni aspectu negato victu cottidianu de die in diem quesitat. Corruptio tade dispensa paupertate et qnuissimi vite insinuat statu victu et cottidianis qritas ope indiget aliena. Ps fortune in 3° fratribus salubris si inqui fini natiuitas fuit significativa nam mutce et altnati subuenit et in opti° pseriat statu melius qd si dns 3ij ppriu locu respiciat et sit receptus llam sub 10mo a 11mo dm respectu meretrices et meretricatos domini pmittit. Malivola ite cu ea tenu obtines fres corrupt et eos mutat. Ad hoc etqz 3ij dno eque corrupto l si adustione subeat no e ei fi. Pars fortune in qrta ifortunis inuda eius dno inde saluo eque nato erit qnus et adnutendu pficia. In coiuge veneta et qua pntes ad maxim efficit et i statu qseruat pprio. Si no adsit corrupto statu pventu adulsat 4 qnuissima mutatui facit. Ps fortune in 4 infortunis inuda et adustione filiu saluat et corrupta corrupet. Ps fortune in 6 nato adulsat adh et oriet dns si n° oriens n° oriet dns pt pte respexerit a regione vigilis captiuit flebi icomodu. Si no in loc ppis recipi a si benivolaru respectu moriu cotigat a lib efficiat a liboz epecb negotia his ita se hntibus corpus a i loco pnso desciretes captiui labore incidunt atqz angustia q° retro° nutritoz phibet n° alr si stelle retro° applicete altos qd ret° eque 4 ipe potit nutri vim et nutro qnus et ad dapna pveniet. Ps fortune in 7 si natus soltes futurus sit qiugiu pstat septi naqz dns ifortunis lib ppi loci respicies inlicem de causa qstu et gaudia efficit. Corruptus naqz qiugiu negat et infamia pollent qtroversia implicat. et si adsit qiugiu dapnat hinc qd adustio mentis et cogitationis secreta pbat

Pars fortune in 8 eiusque dominus receptus infortunis liber si oriens eiusque dominum respiciat hereditatem et mortis de causa divicias affert si vero nec oriens nec eius dominum respiciat dum tamen a 2° domo perdat testimonia opes dispergit et facultates devastat / eodem existente corrupto damnum neglecti et despecti que odium et inde agendi / unde et mortis maneat metus adhuc eius oriens dominus corruptus inter binus fiat modicum vero nichil nutrit Pars fortune in 9 mutationes prenunciat et itinera oriens que dominus ibidem locatus peregrinationes reddunt sed non preiudicat sed humilem innuat atque modestum si in qua liber extitit Corruptus namque adulaciones prodit atque blandicias Pars fortune in 10 regis frequentat limina ibique vitam ducit generata Eius item dominus liber orientis dominum respiciens aut receptus honore affert atque dignitate receptio namque eum in regno fiat laudabile non receptus eius Corruptus laboriosam et difficilem insinuat vitam Pars fortune in 11 eiusque dominus receptus gloriam preparat bonum eius et facile nutriunt opere comunium incessorum vite subveniunt et facilitant beatum corruptus que existente difficile nutritur et paucos succedentes dampna tolleat atque angustias Pars fortune in 12 eiusque dominus corruptus vel adustus mendicies multa aufert / Econtrario versum domino infortunis modo existente dum tamen pars fortune domini 8 vel 4 vel 4 eius dominus corruptus respiciat que tunc nascitur manibus propriis incidit Si orientis dominus infelix partis dominum suum locum non respicientem corrumpens negligentem facit et superbum plerumque et audacem efficit et hostes trucidat De parte absentis sed dicitur pars futurorum et accipitur in die a luna in solem atque absentis que parti fortune contraria et in nocte econtra / et projicitur ab ascendente recepit ea que legis sunt et humiliter administrat ut pars fortune vite prospere et corpori Ea vero eiusque dominus infortunijs et adustione mundi eius tamen domini recepto preter notat humilem mentem et laudatam more vulgi eius prodicat contrarie ea quod mala dum tamen eius dominus corrumpatur exteriora laudat sed perverse mentis facit indicium Corrupta quod eiusque domino salvo existente interiora exterioribus anteponit Pars absentis in cardine cum que nascitur in sua lege stabilem et firmam portendit et omne huius scrupulum removet eiusque dominus receptus proprium que locum respiciens mentis et cogitaciones insinuat virtute receptione quod negata sub benivolencia tamen respectu discurres et liber operibus bonum et laudabile prefigurat sed aliud quia debeat facit non recte dimittit dominus sed partis rebus legem sine mutacione innuit Pars absentis in 9 nascentis indicat prelate Melius quod si eius dominus receptus ea respiciat sic enim et in dampna sollicitudine liber transitorie felicitatis prospicit blandicias unde gloria decorat melius Corruptus vero non receptus legis prevaricator eiusque legis observanciam corrumpit Intencio quod id ipsum unum remissius et in tribus hic eadem testatur Pars absentis in 11 domus succedentibus cum que nascitur legis observacionem prodicat et que ad legem pertinet integerrime custodit / eius item domino infortunis modo existente si id respiciat locum proprium bonum exaugeat atque accumulat sed ad hec receptio bona et sana prefigurat mentem corruptus namque intencionis secreta corrumpit sed quod omnia in 4 dicenda occurrat hoc solum excepto quod in 11 id ipse humilibus et iustis fit amicus In 4 de filijs hic id et legis observanciam prodicat Pars absentis in 2 8 6 et 12 que exteriora sunt nascentis accusat si vero eius dominus corrumpatur mentis secreta aperitionibus non differat Solus quod non corruptus his que extrinsecus sunt tamquam benignus accedit receptione quod existente que animo gestat priorum ac humilium vestigia non relinquunt De parte spei que accipitur in die ac nocte a domino domus spei in quartam et quartam domus secunde et projicitur ab ascendente atque percurrit cardines occupans nascentis statum quantum ad genus suum attinet commendabile efficit et vitam fortunosam insinuat eius dominus infortunijs liber ac receptus

p amorem intellectoz id bo^m exauget. Corruptus vo corrupit et obest. que si i oriete comore
pro labore ead adimqret In x pnti d'causa In a amiciciu et geroilia ea pueniut
lla d'meo celo a ege id ipm accept d' i specti qd fortiatz et isortiat ut s de augmto
et dimi^{tem} dictu e/ i ferat sz q z' sig cisz do' ptia cit assumeda Ps ite pemine



Folia V – XIV w osolonej teczce
MZ

XV

